






2
6
235











XXXI
ROIAS



SINGVLARIA IVRIS IN FAVOREM FIDEI, HÆRESISQVE DETESTATIONEM,

TRACTATVS DE HAERETICIS,

cum quinquaginta Analyticis assertionibus.
Et priuilegijs Inquisitorum.

Authore IOANNE A ROIAS, *vtriusque iuris licentiato, nunc Inquisitore hæreticæ prauitatis Valentino.*

Cum Annotationibus FRANCISCI PEGNAE, sacræ Theologiæ, & iuris vtriusq; Doct.

Adiectis Quæstionibus XXV. coram iudicibus fisci sanctæ Inquisitionis controuerti solitis.

Authore GABRIELE A QVEMADA *Iudice fisci Inquisitionis* TOLETANAE.

Hac nouissima editione omnia diligenter recognita, & emendata.

Summarijs nouis, quibus alia exemplaria deficiebant, illustrata.

Cum indice copiosissimo, studiosisque omnibus pariter vtilissimo.

CVM PRIVILEGIIS.





Venetijs, Apud Franciscum Zilettum. MDLXXXIII. 60

AMPLISSIMO
AC ILLVSTRISSIMO
CARDINALI GAMBARAE
S. D. P.



A est summi ac optimi Dei in humanum genus benignitas ac liberalitas, is amor atq; beneuolentia, Antistes colendiss. vt non eam tantum quam cæteris etiam rebus concesserat essentiam illi communicarit: sed præter reliqua eximia munera, mentem etiam Diuinum ac cęleste donum ipsi sit elargitus: vt quæ imaginem Dei referat, ac illi hominem, plane similem reddat. Eius etiam causa creata esse omnia, diuinarum rerum periti tradunt: Adeo sane, vt Aristotelem quoq;, eius studiosi dicant, hominem rerum omnium finem ac scopum constituisse. Vt autem appareret, cuius rei causa, à Deo conditus homo esset, quod vnum ac præcipuum illi deerat, immortale profectò beneficium, & quod solum eum beatum possit efficere, Religionem donauit, sempiternum munus: sui scilicet cognitionem, qua vna beari potest. Cum autem variæ atq; multiplices fuerint rationes ac modi, quibus se Deus hominibus patefecit: Nam primum quidem, per admirabile hoc mundi theatrum ac pulcherrimum opificium: In quo homo tanquam spectator operum Dei, aut templi huius Sacerdos, veluti alter quidam paruus mundus, maiore ferè miraculo conditus fuit: Deinde verò per species quasdam

ſingulares ac viſiones ſacris quibuſdam hominibus apparuit, per ocultos etiam atq; arcanos mentis afflatus, diuinorum hominum animis ſe olim inſinuauit, vt certam Dei motionem illam eſſe intelligerent. Apertam tamen, conſpicuam ac plane manifeſtam ſui cognitionem, virtutem atq; actionem, tum Deus hominibus declarauit, cum verbum ſuum ac legem admirandis quibuſdam ſignis atque portentis, aliàs nunquam auditis aut viſis, per electum populum humano generi dedit; Sed nulla vnquam certiori ratione ſe nobis patefecit: quàm cũ filium ſuum æternum in has terras ad nos miſit, quẽ aſſumpta hominum natura integra, & verbo, & opere diuinã naturam ac voluntatem ita nobis aperuit, vt vere dici poſſit Deum nobiſcum verſatum eſſe, ac diuinæ voluntatis Theſauros nobis explicuiſſe. Cum igitur ab ipſis mundi primordijs, ad hæc vſque tempora, humanum genus, à Deo tot ac tam præclara beneficia acceperit: nullumq; ſit momentum, in quo non quiuis homuncio ab eo maximis bonis afficiatur: hoc rerum ſtatu, peto quæ fuerint hominis partes. Nonne Deum uti creatorem, parentem, beneficum, beatorem, ac omnis boni ac felicitatis fontem ac auctorem agnoſcere colere ac venerari? nonne ſi non humanitas, ſaltem pudor, ſi non dignum, ſaltem qualemcunq; numinis cultum à nobis debuit extorquere? ingratitudinem etiam ethnici pro immani ac barbaro vitio ducunt. At nos non tantum ingrati, ſed in Deum iniurij, blaſphemi, ſanctorum eius mandatorum violatores & contemptores ſumus. Sed nunc non libet, nec locus eſt, miſeram mortalium conditionem, ſcelera, flagitia, ac omnis generis corruptionem ac deprauatos mores deplorare. Illud vnum dicam, intolerandum videri, ſacrum Dei verbum, in quo vno mortalium ſalus continetur: ac eius cuſtodem ac depoſitariam ſanctam & catholicam eccleſiam, unicam columnam ac fundamentum

uerissi-

verissimæ ueritatis, à prophanis hominibus semper fuisse proscissam, deprauatam, laceratam: sanctam Christi sponsam tot vulneribus confossam, ac vulneratam, ut nisi certo Dei uerbo nobis constaret, nauem hanc inter tot fluctus ac tempestates usq; ad extremum mundi diem, integram ac saluam permansuram, illique adfuturum, qui illam fabrefecit ac condidit Christum Iesum: omnis nobis de eius salute spes deponenda esset. Contra hosce uerbi Dei deprauatores ac sacro eius cætui male obtemperantes & uetus synagoga, & Christi Saluatoris Nostri ecclesia catholica semper fuit uigilantissima, & de huiusmodi profanis hominibus singulares Deus penas semper sumpsit, ac per manifesta supplicia sui uerbi contemptum uindicauit. Heli Sacerdos in Israelitico cætu manifestum nobis exemplum propositus est, quàm grauiter Deus punire solitus sit eos qui Inquisitionis officium negligunt; cum Dei mandato illud facere teneantur; sed in Christi etiam ecclesia honestissimũ semper locum habuit is magistratus, qui huiusmodi causis præest: cuius scilicet cura, studio ac diligentia, & à prauis dogmatis arcentur fideles, & in obedientia sanctæ catholicæ ecclesiæ, ac sincera doctrina retinentur. Sanctum hunc magistratum, cum ego semper magnifaciendum existimarim, & tanquam sanctæ catholicæ Romanæ ecclesiæ obtemperantissimus filius, quantum per artem meam in edendis ac distrahendis libris per me fieri potuit, illi obsequentissimus fuerim, idem nunc etiam facere institui. Cum enim intelligerem duos Tractatus de Hæreticis Ioannis de Roia, Romæ in bibliotheca Francisci Pegnæ uiri eruditissimi seruari, & à multis desiderari, illos ab eo uiro impetrandos putaui, & recenter ac diligenter impressos, cum aliquot eiusdem Domini Pegnæ adnotationibus communes facere omnibus, cum uix antea reperirentur. Is uero ob publicum commodum atq; utilitatem, nõ grauate eos mihi

trans-

trãſmiſit:meq; præterea admonuit,in his duob. tractatibus, auctorem ſæpe citare Inſtructiones uarias Inquiſitionis Hiſpanicæ, quibus in illis regnis utuntur Inquiſitores, non tamen ſunt euulgatæ, nec ut ab omnibus paſſim legi poſſint conceſſæ. citantur præterea frequenter Iacobi Simancæ (quem auctor Septimacenſem uocat) loca plurima de catholicis eius inſtitutionibus deſumpta, cæterum de hoc quoque me admonuit idem Pegna, eas citationes non reſpondere his catholicis Inſtitutionibus, quas Iacobus Simancas impreſſit Romæ anno 1575. ſed illis quas multo antea impreſſerat in Hiſpania anno Domini 1552. Non tamẽ eſſe difficile, has citationes (ut experientia docebit) inſtitutionibus recenter impreſſis accommodare. Hunc autem ego librum, cum eſſem editurus, non putaui committendum, ut à ueteri ac laudatiſſima maiorum conſuetudine recederem : ſcilicet,ut aliquem illi patronum compararem: qui ſuo ſplendore gratiam illi apud Lectores poſſet conciliare, illisq; plurimum comendare: ac ſi ita ſors ferret, à maleuolis ac Sycophantis ipſum defendere ac tueri. Hìc, tu ampliſſime Cardinalis omnium primus mihi in animo occurriſti : qui utroque nomine illi adeſſe poſſis. Is enim eſt familiæ tuæ ſplendor ac decus,ut non tantum patriam ſuam ſed uniuerſam Italiam illuſtret : cum quot uiros, tot fere heroas protulerit in hanc lucem Italiæ lumina ac ornamenta, ſiue enim Rempublicam, ſiue ſacrum eccleſiaſticũ ordinem quis ſpectet:in utroque genere, ſummi quidam uiri Principes ac proceres, e tua familia extitere: qui maximis regibus ac ſummis Pontificibus non tantum gratiſſimi fuerunt,ſed etiam affinitatibus & cognationib. coniunctiſſimi. Ex his tres ſaltem ſilentio præterire non licet: qui tanquam lucentiſſima ſydera inter cæteros emicuere. Horum primus fuit Comes Brunorus parens tuus : qui & rerum humanarum peritia,et bellica ac politica uirtute uſque adeo excel-

lebat,

lebat, ut apud ſummos Pontifices, Reges ac Cæſares ſumma auctoritate polleret, & ad regna ac Imperia gubernanda natus uideretur. Alter uerò fuit Comes Ioannes Franciſcus, cuius tu nomen geris: uir eloquentiſſimus, & Ciceronianæ eloquentiæ ſtudioſiſſimus, & in melioribus, & Græcis & Latinis litteris apprime inſtitutus: omniumq; liberalium artium ac diſciplinarum peritiſſimus. Huic ſane Reſpublica litteraria plurimum debet, cuius quidem præſidio ac auſpicijs factum eſt, ut latina lingua antiquam ſuam puritatem ac decus recuperaret: cum ſua liberalitate ac magnificentia, optimum uirum ac de Latini ſermonis ac eloquentiæ poſtliminio reuocatæ, ſinceriori ratione optime meritum Marium Nizolium magnis ſane ſumptibus atque impenſis diu apud ſe aluerit: nec tantum ſua munificentia illum fouerit ac ſuſtentarit, ſed auctor ac impulſor, hortatorq; ei fuerit, ut in laborioſo illo ac fructuoſo ſtudio latinę eloquentiæ reparandæ, tantum uigiliarum inſumeret, ut inde nobis immortale Opus obſeruationum in Marcum Tullium Ciceronem prodierit. Cuius exemplum poſtea alij ſecuti, Romanum ſermonem iam obſoletum, nobis facilem ac familiarem reddiderunt; ut iam ſeculum noſtrum cum florentiſſimo illo Ciceronis ſeculo comparari merito poſſit. Quare, ut græcarum literarum beneficium Mediceæ, ita latinarum in integrum reſtitutionem, Gambaræ familiæ debemus: idque fateri libenter debent omnes meliorum literarum ſtudioſi. Tertius autem fuit Patruus ille tuus, qui in ampliſſimo hoc, in quo tu etiam tuo merito es collocatus, Cardinalium cætu tanta polluit, & dignitate & auctoritate, ut tanquam ſol inter ſidera luceret: cuius iudicium, uirtutem prudentiam ac rerum peritiam, tanti, ſemper fecit, ille uerè ſummus Pontifex Paulus Tertius, ut in gubernando Regno ac conſilijs capiendis, eius perpetuo ſapientia ac uirtute uteretur; ac dum uixit, ab omnibus

alter cato

alter cato habitus fuit. Tu, uerò, Cardinalis Illustrissime, non tantum patrimonij tuorum maiorum, sed uirtutum multo magis hæres extitisti; quas etiam proprijs uiribus ac facultate non mediocriter amplificasti. Quarum ratione ac summis tuis meritis in supremum hunc ordinem es cooptatus: in quo tam præclare te gessisti, ut dignissimus fueris iudicatus, qui in sacro isto magistratu Inquisitionis sederes: Cuius ea est dignitas, meritũ ac auctoritas, ut summi Pontifices ex eo fere deligantur; ob quam etiam causam, liber hic, qui amplissimi nominis tui auspicio in publicum prodit, cum sacri huius Magistratus leges ac ritus doceat, iure quodam tibi deberi uidebatur. Et quamuis infra tuum & meritum & dignitatem subsistat, tu tamen dantis animum respiciens, læta fronte accipies, ac leuidensæ munus æqui bonique consules. Siquidem, ut Plinius inquit, cum mola salsa litant, qui thura non habent. Vale.

Deditissimus Franciscus Zilettus.



REPERTORIVM IN SINGVLARIA IVRIS, & Tractatum de Hæreticis IO. A ROYAS, ET IN QVAESTIONES Fiscales GABRIELIS A QVEMADA.

In quo Alphabetica serie notabilia omnia, & materiarum capita ita ordinata sunt, vt Lectoris nullus voluendis opusculis labor futurus sit, ad omnia desiderabilia in eis contenta reperiendum.

Authore Brunoro à Sole vtriusq; Iuris Doct. Veneto.

A



ABBAS Ioachim quare nō fuerit iudicatus hęreticus, licet libellus quem scripsit cōtra Petrum Lombardum fuerit damnatus. Tract. de hæret. par. 1. num. 61

¶Abiurare idem significat, quod iureiurando aliquid negare. sing. 1. nu. 3

¶Abiuratio est quædam solemnis hæresum detestatio. sing. 1. nu. 4. quę est vtilis & necessaria in crimine hæresis. num. 1. eam coram populo facere oportet. nu. 5. in concilijs generalibus olim fieri solebat. nu. 6. in scriptis est facienda. num. 7. abiuratis hęresibus nominatim. nu. 13. Pro leui corā inquisitoribus domi est facienda. nu. 11. in quo differant abiuratio de leui, & de vehementi. num. 20. & 26. Quibus de causis fuerit instituta. num. 17. vide eius formas plures remissiue. num. 18. & de suspecto vehementer vi. eius formam. num. 19. & sing. 172. num. 6. vbi habes eius diffinitionem. num. 5. Et qualis esse debeat ad constituendum quem relapsum. in tract. de hæret. part. 2. nu. 331. & 332

¶Absolutio & reconciliatio præsupponit culpam. tract. de hæret. nu. 269. quia priuatio pręsupponit habitum. num. 270. quod intellige, vt nu. 271. 272. secus in casu de quo nu. 273

¶Absolutus semel in causa inquisitionis quando iterum repeti possit. trac. de hæret. part. 2. num. 384. 385. & 408

¶Absurdum nihil dici aut excogitari poterit, quod si in aliquem sensum,

Bapti-

B

C

¶Cartha-

Con-

D

& le-

I

¶Indicia

contra

XVII

XVIII

propter

M

Lex

M

¶Minor

exercere

¶Processus

S

Serui


T

ſunt

¶Voces

FINIS.

XXVIII





SINGVLARIA
SEV SPECIALIA IVRIS,
in Fidei fauorem, hæresisq; detestationem: alphabetico ordine collecta.

SVMMARIVM.

1 *Abiuratio vtilis & neceßaria est in crimine hæresis.*
2 *Vt intelligatur res, de qua disputatur, oportet statim diffinitionem referre.*
3 *Abiurare est iureiurando aliquid negare.*
4 *Abiurare est quædam solemnis hæresum detestatio.*
5 *Abiurationem coram populo facere oportet.*
6 *Abiuratio in Concilijs generalibus olim fieri solebat.*
7 *Abiuratio in scriptis facienda est.*
8 *Quando scriptura requiritur, quinq; testiũ testimonia sufficiunt.*
9 *Probatio quæ fit per instrumentum, dicitur probatio probata.*
10 *Probatio per testes est magis perfecta & naturalis, quàm per instrumentum.*
11 *Abiuratio pro leui coram inquisitoribus domi est facienda.*
12 *Delatus an teneatur omnem hæresim abiurare.*
13 *Abiurandæ sunt hæreses nominatim.*
14 *Ecclesia nulli ad se reuertenti gremium suum claudit.*
15 *Actus præsens præteritam intentionem declarat.*
16 *Omnis controuersiæ finis, est iuramentum.*
17 *Abiurationem quibus de causis institutam fuisse.*
18 *Plures abiurationis formas vide remissiuè.*
19 *Abiurationis forma de suspecto vehementer.*
20 *Differentiæ inter abiurationem de leui & de vehementi.*
21 *Quando indulgentiam .40. dierum inquisitores conferant.*
22 *Pœnæ & pœnitentiæ, quæ suspectis de hæresi iniunguntur.*

23 *Pœna exilij & deportationis aliquando ponitur.*
24 *Habitus qui vulgò Sant Benito nuncupatur, qua ratione hoc nomine vocatur, & vnde originem habuit.*
25 *An hæreticus, uel suspectus ad triremes condemnari posſit.*
26 *Quatuor notandæ differentiæ inter abiurationem, de leui, & de vehementi.*

SINGVLARE. I.



BIVRATIO, quàm frequens, quàm vſitata ſit in crimine tantum hæreſis, nemo ſanè ambigit: vtpotè in tam graui crimine vtilis & neceſſaria. c. ad
1 abolendam. §. illos quoq; de hæret. ca. ſuper eo. & c. accuſatus. eo. tit. lib. 6. & in c. inter ſolicitudines noſtras. de purga. cano. tex. ſin. in hac materia, in c. ego Berengarius. de cõſecra. diſ. 2. & in c. 1. & in cap. ſi quis voluerit. & in c. ſi quis epiſcopus. 1. q. 7. & huiuſmodi abiurationis vſus in multis ſane Concilijs receptus fuit, vt in prima Nicena Synodo. c. 8. & in Epheſina Synodo, ſub Celeſtino primo celebrata, & in Synodo Laodicena ſub Liberio Papa. c. 7. & in Concilio Conſtantienſi de abiuratione Hieronymi de Praga. & in 8. Synodo generali de abiuratione Berengarij habetur tranſumptiuè in d. c. ego Beregarius. de conſecra. diſt. 2. & Leo Papa ſcribens Ianuario epiſcopo Aquileienſi, inquit, nullum hereticum ad vnitaté eccleſiæ eſſe recipiendũ: niſi ad arbitriũ ſui Epiſcopi vel inquiſitoris fidei, abiurata, & anathematizata hęreſi. Et habetur in c. ſaluberrimũ. & in c. donatũ. 1. q. 7.

Et antequàm ad vlteriora hac in re progrediar, pro clariori huius materiæ dilucidatione, libet mihi ab ætymologia nominis, eiuſque diffinitione exordiri: prout

prout docet Cic.in li.j.offi.in prin.dicens.Omnis enim quę à ratione suscipitur,de aliqua re institutio,debet à diffinitione proficisci:vt intelligatur quid sit id,de quo disputetur. Quo scribendi methodo vsus fuit iuriscon sultus in l.1.§.dolum.ff.de dolo.& in l.1.ff.de test. & in l.1.ff.de tutel.& in l.1.ff.de acq.poss.& in l.1. & in l.2.§. appellata.ff. si cer.peta.& in pluribus alijs iuribus, in
3 quibus latissimè per iuris interpretes. Abiurare ergò id significat,quod iureiurãdo aliquid negare. tex. in c. cum haberet.de eo qui duxit in matrimo. quam pollu.
4 per adulterium. ibi,adulteram abiurauit.ca.audita.de resti.spol.Et abiurationis diffinitio est, solemnis quædam hæresum detestatio cum assertione catholicæ ve ritatis & obligatione,iuramento,& pœna vallata per-
5 manendi in fide Christiana.Quę diffinitio optime colli gitur ex omnibus iuribus superius relatis : præsertim ex tex.in d.c.ego Berengarius. Et omnia huius diffinitionis verba explicando,verbum illud (solemnis)ob id
6 diffinitione inseritur:quia publicè faciẽda est talis abiuratio,cõuocato populo,pręparato throno,& habito sermone de fide.Ordinario & Inquisitore existẽtib. & in præsentia omnium solemniter fiat abiuratio. tex. in in c.ad abolendam.ibi,ad arbitriũ episcopi,publicè abiurare.& in d.c.inter solicitudines.ibi, publicè familiaritatem hæreticorum abiuret. & in d. cap.ego Berengarius.ibi,coram.112.factam. Et huiuscemodi abiu-
7 ratio olim fieri solebat in Cõcilijs generalibus,aut pro uincialibus.vt in c.conuenientibus.& in c.si quis Episcopus.1.q 7.ibi,in cõi Concilio porrecto suæ fidei libello.Ex quo tex.ẽt deducitur,de solemnitate abiurationis esse necessarium libellum propria manu subscriptum.Taliter ꝙ ille,qui ab hæresi reuertitur ad fidẽ ca-

tholicam,in ſcriptis tenetur iureiurando negare propriam hęreſim,uidelicet falſam & erroneā eſſe. tex. in d.c.conuenientib.in q.7.ibi.ſcripto negare debent hæreſim ſuam & confiteri Catholicam fidem.& in c.quotiens.ea.cau.& quæſt.& in ca.ijs qui tempore. 26. q.6. Ideo meritò gl.ſing.& magiſtralis in c.1.§.poſtquā.in in uerb.in ſcriptis.de cenſibus.lib.6.quæſt.34. caſus,in quibus neceſſaria eſt ſcriptura,cōgeſſit, hunc caſum. 5. in ordine refert,allegando.d.c.ſaluberrimum.
8 Hoc in loco omittenda non eſt illa ſingularis regula,quòd quādo à lege uel ſtatuto requiritur probatio per ſcripturam & inſtrumentum,ut in prædictis triginta quatuor caſibus modo relatis,loco inſtrumenti ſufficit probatio per quinque teſtes, & erit plena & ualida talis probatio.Hoc eſt ſingulare dictum Cyni in l.optimam.nu.2.C.de contrahen.& committen.ſtipul.allegando tex.in l.teſtium.C.de teſtib.Quod dictum ſequitur Abb.in c.ſicut conſuetudo.col.fi.& ibi Fel. de probatio.& in c.cum Ioannes.nu.12.de fide.inſtr.& Fel.in d.c.ſicut conſuetudo.nu.13.& in c.ſi quando.circa fi-
9 nem.de reſcrip.Hyppo.in ſing.157.incip. Volo re ſcire. Et licet probatio, quæ fit per inſtrumentū, dicatur probatio probata.l.cū precibus.C.de probatio. l. antiquæ iuriſdictionis.C.ad ſenat.conſ. Velle.ibi, inſtrumento publicè cōfecto oīno eſſe credendū.l.optimā. C.de contrahen.& cōmit.ſtipul.c.ad audientiā. de prę ſcrip.tamen Inno.in c.cum P.tabellio.de fid.inſtru. inquit,ꝙ probatio per inſtrumentum eſt ſupernaturalis & contra ius,ut credatur pelli animalis mortui.Et pro
10 batio per teſtes eſt perfecta & naturalis, & ſecundum ius diuinum &humanum.Deniq; in exercendis litibus eandem uim obtinent, tam fides inſtrumētorū,quàm depo-

depositiones testiũ.l.in exercendis.C.de fid. inst c.Cũ Ioan.de fid.instru.Sed propter labilem hominum memoriam.l.2.§.si quid.C.de vete.iur. enucle. & breuem eorum vitam:ut inquit tex.in cap. licet ex quadam.de testibus.merito in actibus humanis instrumenta & scripturæ conficiuntur:ideo in reb. antiquis maior adhibetur fides instrõ,quam testib.l.si arbiter.ff.de probatio. l.3.§.duo. ff. de Carbo.edic.c.cum causam de probatio.

Vt ad nostrum institutum, nostramq; materiam noster reuertatur sermo:dico esse similiter necessariam in abiuratione, ut eam in actis Notarius plenè scribat, ut docet tex.in d.c. ego Berẽgarius.in fi.& optimè Alfon. Aluar.Guer.in Thesauro religionis Christianæ.tit.de hære. nu. 48. & in Directorio Inquisitorum,in formis proferendi sententias super abiuratione,par.3.Et non est semper necessarium, ꝙ abiuratio sit publica,& solennis,& in conspectu populi: videlicet, quotiens quis ob leuem & modicam suspitionem abiurat hæresim in domo Episcopi, vel corã Inquisitoribus Christianæ fidei, fit hæc abiuratio:nisi aliter Episcopo, vel Inquisitorib. visum fuerit:vt habetur in Directorio Inquisitorum,loco modò citato.Et tradit Ia.Sep.in Insti.cath.c.1.n.10.

Item dicitur in diffinitione,hæresum det estatio.Nã condemnatus,vel infamatus in vna tantum hæresi, de-
12 bet nihilominus abiurare omnem hæresim, probat tex.in d.cap.ego Berengarius. Ioan. And.& Dominic. in cap.accusatus.§.1.de hære.lib.6. vbi probatur,quòd qui in vna hæresis specie errauit, & posteà simpliciter, uel generaliter abiurauit,& in aliam sectam, uel speciẽ hæresis diuersam incidat, est relapsus, & tanquam relapsus puniendus,quia oẽs hæreses inuicem sunt colligatæ ut inquit tex.in c.excõmunicamus,in 1.in prin. &

in 2.in fine. de hæret.ibi, facies quidem diuersas habentes,sed caudas adinuicẽ colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Offendẽs itaq; in vno vitio, factus est omnium reus.ca.fratres.de pœni.dist.5. reg. defleat peccator. de regul. iur. in decreta. Et quanquam omnem hęresim reus teneatur abiurare,vt proximè dictum est,nominatim similiter,& in forma speci
13 fica abiurandi sunt errores & hæreses: vt patet in iuribus in limine huius specialitatis citatis: & tenuit Rota.in antiquis.num.875.& Decius consi. 137.&Nicol. Boer.decisio. 343.incipi. & videtur. allegando Calde. in consi. 2.tit.de hære.& Matthæ. de Afflict.in constit. Neapoli.tit.de hæreti.nu.35. Et Iacob.Septima.in Institu.catho.cap.1.num.17. quemadmodum sacerdoti omnia peccata mortalia nominatim sunt aperienda & confitenda.cap.sunt plures.de pœniten. distinct. 3. & in cap.falsas.de pœniten.distin.5. prout iura ciuilia affirmant, quòd qui ad aliquid faciendum est obnoxius,pro parte faciendo non liberatur.l.in uenditione. §.penult.ff.de verbo.obliga.l.quamdiu. C. de distract. pignor.

Prætereà dicitur in diffinitione, cum assertione catholicæ veritatis,ex eo quòd hac confessione se esse catholicum manifestat:& ad vnitatem Ecclesiæ velle redire; vt quòd quisq; sua voce dilucide protestatus est in eundem casum, non valeat proprio testimonio infirmare: vt vtar verbis tex. in l. generaliter. C. de non nu.pecu.c.per tuas.de probatio.

Prætereà dr̃ in prędicta diffinitione,obligat.permanẽdi in fide Christiana:propter hæc verba non est per-
14 tinax & incorrigibilis:& ob id ab ecclesia catholica recipitur,quæ nulli reuertenti ad eam claudit gremium

suum

ſuum.l.fin.in fine. C. de ſumma Trini.& fid. cath. cap.
duo iſta nomina.23.q.4.c.quieſcamus. 42. diſt.& Hie-
remi.c.3.declamat dicens. Tu fornicata es cum ama-
toribus multis, tamen reuertere ad me & ego ſuſci-
piam te.Et prophæta Malachias.c.3.ex perſona Domi
ni inquit.Reuertimini ad me & ego reuertar ad vos:&
habetur in cap.Reuertimini.16.q.1.Et delicti veniam
pœnitentibus non negamus, inquit Imperator. in l.
Manichęos.C.de hæreti.c.quòd quidam. de pœnit.&
remiſſio.c.vnico.de ſchiſma.lib.6. cap.legatur. 24.q.2.
reg.peccati venia.de reg.iur.lib.6.

Item dicitur in diffinitione,pęna & iuramento ual-
lata.vt nulla cauſa vel ratione poſſit ſe tueri à pœna con
tra relapſos ſtatuta,quæ eſt, quòd non audiatur uolēs
iterum hæreſim abiurare, ſed ſæculari iudicio ſine vlla
pœnitus audientia tradendus. c.ſuper eo.de hære.lib.
6.c.ad abolendam.§.illos quoq;.eo.tit. Per hanc enim
iterationem delicti apertè oſtēditur & declaratur,qua
lis fuit abiurantis animus tempore ſuæ abiurationis,
videlicet,nō amore vel zelo fidei Catholicæ,ſed ꝗ ficta
confeſſione hæreſim abiurauit, ad euitandam tantum
delicti pœnam.c.accuſatus, in princip. de hæreti.lib.6.
Paul.Grilla.de hære.quæſti.vltima.Ioan.Nicola.de hæ-
ret.nota.42.incip.reuocabis. Nam actus præſens prę-
teritam intentionem declarat. Singularis eſt caſus
15 in l.ſi hi qui adulterij.C. ad leg. Iul.de adulte.vbi con-
ſanguineus accuſatus fuit adulterium commiſſiſſe cū
conſanguinea: & eo quod in loco ſuſpecto erant in-
uenti, & conſanguinitatis prætextu abſolutus fuit,
poſteà obtenta diſpenſatione & mortuo primo mari-
to eam in vxorē duxit. Vnde oritur præſumptio vio-
lentiſſima,quòd tempore accuſationis fuit cognita, &

qualis erat eorum animus, quando in loco suspecto erant inuenti. Ita inquit text. hisce verbis: si postmodum nuptias contraxerunt: facinus illud, in quo fuerāt accusati, manifesta fide atq; iudicijs euidentibus publicabunt. de hac præsumptione est etiam text. in l. cum quis. C. de natu. libe. c. 1. 24. q. 1. & l. 2. tit. 17. par. 7. additur iuramentum in renunciatione hæresis, propter iuramenti vim & eius efficaciam. l. ait prætor, & l. nam & postea. ff. de iureiur. c. cum contingat. de iureiur. c. quāuis pactum. de pact. lib. 6. & exceptio periurij est exceptio litis finitæ. l. sing. si quis maior. C. de transact. cap. paruuli. 22. q. 5. vnde inquit Paulus ad Hæbre. cap. 6. omnis controuersiæ finis, est iuramentum. Simili quoque modo in crimine scismatis fit abiuratio. ca. omnis cuiuslibet. 1. q. 1. & in ca. quotiens. 1. quæstione. 7. Vbi Gratianus ex epistola Beati Gregorij. sic lib. 10. transcripsit formam abiurationis, quòd scismaticus promittat se semper esse in vnitate ecclesiæ sanctæ Romanæ: & nunquàm ad scysma reuersurum. Et oportet hanc abiurationis formam in proprio idiomate fieri; ut ab reo & vniuerso populo rectè intelligatur. Et nititur probare Iacob. Septima. in Insti. cath. c. 1. nu. 5. à ritu & consuetudine Apostolorum abiurationē descendisse. & Alfon. de Cast. de iusta hære. puni. li. 1. c. fi. quòd si ita esset (quod nō affirmo, neq; inficior) facile sequeretur, non humanam, sed diuinam esse institutionem.

17 Videamus nūc, quibus de causis & rationibus † abiurationem hanc fuisse institutam. Eam potissimam arbitror esse causam: vt per eam ostendatur accusatum, neque incorrigibilem, neque pertinacem esse ab erroribus suis recedendo, & iureiurando promittendo in fide catholica esse permansurum. Ideoque qui recusat

ad arbitriũ Episcopi, & inquisitorũ abiurare, & con gruam satisfactionem facere, tanquam pertinax & impœnitens iudici seculari relinquendus est. c. ad abolendam. §. 1. de hæreti. & in c. excommunicamus. 1. §. adijcientes v.bi Fel. nu. 4. eo. tit. Gundisal. de Villa. de hæreti. q. 15. nu. 11. Ludo. Carre. de hæreti. §. modo qualiter. nu. 2. & Iacob. Septima. in Instit. cath. c. 1. num. 25. Alia erit etiam ratio, vt vniuersus populus hæreses illas abiuratas, & detestatas, falsas, & erroneas, Euangelicæq; veritati contrarias apertè intelligat: & qui similes errores habebant, facilè ad fidem catholicam reuertantur, & resipiscant. Argumento. tex. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. l. vnica. C. de emenda. propinquorum.

Huius autem abiurationis tenor & forma habetur in d. c. ego Berengarius. & in c. saluberrimum. & in c. donatum. 1. q. 7. & in Concilio Niceno sub Constantino Magno celebrato. c. 8. & in Concilio Constantiensi: & in alijs Conciliis œcumenicis. Atque nonnullas
38 abiurationis † formas scripsit Nicolaus Aymeri. in suo directorio Inquisitorum, in tertia parte post principiũ: & Gundissalus de Villa. de hæreticis, q. 20. nu. 7. Cardi. de Turre crema. in Summa de Ecclesia. lib. 2. c. 22. Alfonsus Aluarez Guerrero, in Thesauro religionis Christianæ, titulo de hæreticis. nu. 39. cum sequen. & Ludouicus Carre. de hæreticis. §. modo qualiter. num. 15. Alfonsus de Castro, de iusta hæreticorum punitione, libro 1. cap. fina. in fine, & Iacobus Septima. in Institu. catho. cap. 1. num. 27. & in Instructionibus hodie nostro idiomate Hispano impressis. fol. 13. sed duas tantum abiurationis formas in præsentiarum referam, quæ passim in actu practico versantur: quarum

rum prima est de suspitione magna & uehemēti, cuius tenor talis est.

Ego Petrus de tali loco, talis diœcesis, in iudicio per
19 sonaliter constitutus † coram venerandis dominis Ordinario, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, sacrosanctis euangelijs positis coram me, & proprijs manibus per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam & apostolicam, quam sacrosancta Romana ecclesia docet, profitetur & prædicat, atque tenet. Item iuro me credere corde & profiteor ore, hoc & hoc (Hìc explicetur articulus catholicus cōtrarius illi hæresi: de qua vehementer est suspectus,) & consequenter abiuro, abnego, & reuoco ipsam hæresim. (Hìc explicetur articulus hæresis, & omnis alia hęresis,) & iuro quòd nunquam prędictæ hæresi, seu hæresibus credidi, neque credo, neq; credam, nec illis adhæsi, nec adhæreo de præsenti, nec adhærere intendo: nec docui, nec docere intendo, nec docebo. Iam iuro & promitto, quòd talia & talia (hìc exprimantur omnia de quibus est accusatus) propter quæ habebitis me suspectum de huiusmodi hæresi vehementer, nunquam faciam, nec operam, vt fiāt, dabo. Quòd si aliquid de prædictis fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis de iure relapsis debitis prompto animo me submitto: & paratus sum subire omnem pęnitentiam, quam pro his quæ feci & dixi (propter quæ habebitis me suspectum de dicta hæresi uehementer) decreueritis mihi iniungere: & illam iuro & promitto pro viribus adimplere: & nullatenus contraire. Ita me Deus adiuuet & hæc sacrosancta euangelia.

Et ista abiuratio de uehementi suspitione sit quotiēs accusatus de hæresi per legitimos & sufficientes testes

non

non fuit conuictus,neq; ore confeſſus,ſed tantum erat
magna & vehemens ſuſpitio contra accuſatum: & hæ-
reſis crimen non erat plenè probatum, ita inquit text.
in c.accuſatus.de hære.lib.*6*. Sin autem contra reum le
20 uis & modica ſuſpitio eſt, abiurabit † de leui modo &
forma,de qua ſupra. Sed aliqua ſunt mutanda,& nō-
nullæ ſunt differentiæ, de quibus latius inferius dicen-
dum erit. Et facta prædicta abiuratione, Inqniſitor ab-
iuranti dicat. Filij,tu ſuſpitionem, quam de te meritò
habebamus, purgaſti per abiurationem quam feciſti:
volo te reddere cautiorem, & caue tibi deinceps quo-
modo ages. Nam ſi de cætero talia agas,uel dicas,pro-
pter quæ probetur in futuram hæreſim,uel in aliam hę
reſis ſpeciem incideris, ſine aliqua miſericordia pœna
relapſis debita punieris, & ut relapſus, tradendus eris
brachio ſæculari. Et notarius ſit cautus, quòd omnia
ſupradicta in actis diffusè trāſcribat: & poſteà feratur
ſententia,ſeu pœnitentia,cuius formam & tenorem re
fert Archid.in cap.ut commiſſi.§.necnon. de hæret.lib.
6. Et plures ſententiarum notandas formas ſcripſit, Di
rectorium Inquiſitorum par.3. poſt principium:& Al-
phonſus Aluarez Guerrero, in Theſauro religionis
Chriſtianæ.titu. de hæret.nume.44.& 48. Atque illico
21 † Inquiſitor conferat indulgentiam quadraginta die-
rum omnibus & ſingulis, qui ſermoni ſuo & abiura-
tioni interfuerunt. Et exponat uniuerſo populo,quòd
omnes qui conſilium,auxilium vel fauorem,denuntian
do,uel alio quouis modo dederit, ut proditus præfatā
abiurationem faceret, tres annos de indulgentia con-
ſequuntur.

Et tales ſuſpecti, ſiue leuiter, ſiue vehementer non
debent perpetuò immurari, neque carceri perpetuo
tradi,

tradi,neque crucibus consignari, sed ad tempus carce-
22 ri mancipari, uel ad peregrinationem faciendam,† vel quod in diebus solennibus habeant inter Missarum solennia cereos,suis proprijs manibus ardentes,uel ad similia:prout qualitas negotij requirit.cap.excommunicamus.in 2.in fi.de hęre.&in Directorio Inquisitorum. 3. parte post prin.

Et Inquisitores, suspectos de hæresi punire possunt in pœnis pecuniarijs pro officio exequendo,seu in pios vsus conuertendis.Ioan.And.in clem.Nollentes.de hęreticis,& in Directorio Inquisitorum par. 3. cap. 103. Card.in clem.fi.in fine,de hæret.Gundisal.de Villa.de hæret.quæst.8.Ludo.Carre.de hæret.§.de cuius.num. 24.Iacob.Septima.in Institutio.cath.cap. 45. num. 30. & est glos.in cap.si vos.23.quæst.5.& Instruct. Toletana.cap.8.Et pœna exilij, † & deportationis aliquando
23 poni potest.l.Arriani:& l.quicunque.C.de hæret.Lud. Carre.de hæret.§.expedito.in princip.& flagellis puniri.cap.1.24.quæst.6.tex.in c.in Archiepiscopatu, de rapt.ibi,flagellis afficere,ea moderatione adhibita,quòd flagella in vindictam sanguinis transire minimè videātur.

Solet similiter iniungi pœnitentia,ut cōuersi ad fidē deferant ante & retro cruces,habitus vulgò.Sant Benito nuncupaт̄,idest,saccus benedictus,ut arbitror,quod nullibi legisse,neque ab aliquo audiuisse memini.Quia ipse saccus pœnitentibus & peccata sua cognoscentib.
24 iniungitur, ideò meritò saccus † benedictus nuncupari meretur:ut in libro tertio Regum.cap.21.legitur, & habetur in ca.Achab rex impijssimus. de pœnit. distin. 3. ubi Achab rex impijssimus vineam Naboth cruore possedit, & de tam graui crimine pœnitentiam agens

scidit

ſcidit ueſtimenta ſua,& poſuit ſaccum ſuper carnē ſuā: & ieiunauit,& dorminit in cilicio.& tex. in cap.in capite Quadrageſimæ.ibi,ſacco induti. 50.diſt.

25 Item per iudices † eccleſiaſticos poni poterit pœna damnationis ad triremes, & ad remigandum in triremibus,colligitur ex dictis Innoc.in cap. qualiter & quādo.in 2.de accuſa.quem refert Io.Bernardiaz.in practi. crim. cano.:cap. 135. ubi ad id allegat tex.in cap.1.23. q.5.in quo loco optimis nititur rationibus probare talem pœnam ad triremes præsbytero nullo modo eſſe imponendam.& an talis condemnatus loco eius ſeruū vel aliam perſonam ponere poſſit,ex cauſa:puta ob infirmitatem? videtur quòd ſic. l.in metallum. ff.de pœnis.explicat optimè Ludo.Carre. in practica criminali §.fi.num. 12.quæ ſanè pœnæ, & pœnitentiæ arbitrio iudicantis augentur, & minuuntur, ex circunſtantijs, conſiderata cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate quantitate & euentu.l.aut facta.ff. de pœnis, & l.reſpiciendum.ff.eod.tit.cap.de cauſis.§.fin.de offic, delega. cap.ſicut dignum.de homi.l.8.titu.31.par.7.

Superius pollicitus fui differentias & diſcrimina,in-
26 ter abiurationem de vehementi ſuſpitione † & abiurationem de modica, & leui ſuſpitione referre: ideo ipſe differentiæ ſequentes ſunt. Prima eſt in forma & ſerie abiurationis : nam vtraque abiuratio non eiſdem verbis formatur:vt ex ſuperioribus apparet. Secunda differentia, reſpectu loci:nam abiuratio de vehementi fit ſolennis in conſpectu totius populi:ſed de modica & leui in domo epiſcopi,uel coram Inquiſitoribus Chriſtianæ fidei,ut in Directo.Inquiſitorum.3.par.poſt principium. Et Iacob.Septi.in Inſtituta.catho. cap.1.num. 10. Tertia differentia eſt, quo ad pœnam & pœnitentiam

tiam

tiam iniungendam, prout modo dictum est. Quarta & principalis differentia est, quod abiurans hæresim propter vehementem suspitionem, si iterum labitur in hæresim, quamuis delictum non fuisset plenè probatũ, censetur relapsus. Quod aliter est, si abiuratio propter leuem suspitionem facta fuisset, quòd non censetur abiurans relapsus, neque pœna relapsi puniendus: licet in hæresim abiuratam reincidat. cap. accusatus. de hæret. lib. 6. Sed hanc conclusionem limitat Ancha. in d. cap. accusatus, & Matth. de Afflictis Constitutionib. regni Siciliæ. tit. 1. colum. 8. nisi post leuem abiurationem inuentus fuerit verè hæreticus, & per legitimas probationes constiterit de illo crimine, de quo facta fuit abiuratio leuiter, quòd puniatur ut relapsus: quam opinionem erroneam esse censeo, quia nimis dura est, & misericordiam excludit, & nulla esset differentia inter abiurationem vehementem & leuem, quod de directo esset contra text. in d. cap. accusatus. videndus est ergo de hac conclusione Paul. Grillan. de hære. q. 10. & Iaco. Sept. in Insti. catho. cap. 1. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia annalis quem effectum operetur.*

2 *Impedimentum iustum quid operetur aduersus contumaciam.*

3 *Sententia lata in absentem, potius præsumitur propter contumaciam quàm propter delictum.*

4 *Contumax per annum in crimine hæresis lapso anno punitur ut uerus hæreticus.*

5 *Decretum Barchinonẽse circa renuditionem inquisiti de hæresi post annum, quid operetur.*

SIN-

SINGVLARE II.

1 ABSENS in causa criminali,† si per annum in contumacia extiterit, eius bona publicãtur: taliter, quòd si post annum comparet post tria edicta, uel tres citationes, nouem dies continentes, bona non recuperat, & omnes pœnas pecuniarias, à lege uel iudice positas luere tenetur. Sed admittitur ad corporalem defensionem: solutis prius expensis & 600. dipondijs pro homicidio, & 60. pro contemptu, quæ pęna desprez vulgariter nuncupatur. l. 1. l. annus. l. fin. ff. de requi. reis. l. 2. C. eodem titu gl. in uerbo probatum, in cap. veritatis. de dolo & contum. gl. sing. in ver. condemnetur, in cap. excommunicamus in 1. de hæret. l. 7. tit. 8. par. 3. & latius habetur in pragmatica huius regni.

In hoc loco notandum est sing. dictum Bal. in l. 1. nu. 7. C. de requir. reis allegando. l. si finita. §. si fortè. ff. de damno infecto, & l. 1. ff. ex quibus caus. maio. quòd si
2 morbo † vel aliquo iusto impedimento fuit impeditus, potest petere post annum restitutionem aduersus annotationem bonorum, & impedimento probato bona consequi. Et ibidem Bald. infert ad statutum Perusij, quod in effectu habetur. l. j. tit. 3. lib. 3. ord. quòd si quis non comparet intra. 9. dies habetur pro confesso, & in omnibus tanquàm contra confessum, & contumacem potest procedi: quòd si talis non potuit propter infirmitatem comparere, auditur, petita restitutione. Idem tenuit idē Bal. in l. 2. vers. Sed quęro. ff. si quis in ius voc. non ierit. Hippol. consil. 114. incip. circa quędam. num. 14. quo ad pœnas corporales indubitatum est, ut proximè retuli, quòd omni tempore est audiendus. Et sen-

tentia

3 tentia † lata in absentem, potius præsumitur lata propter contumaciam, quàm propter delictum absentis. l. si ideo. ff. de euictio. l. præsens. C. de pign. Hippol. sing. 4. incipien. quàmuis.

Sed supradicta locum non habent in crimine hære-
4 sis. Nam si aliquis contumax † extiterit per annum continuum, lapso anno, vt verè hæreticus damnatur. c. cum contumacia. cap. ut inquisitionis in fine. de hære. lib. 6. c. excommunicamus. in primo. §. qui autem. eod. titu. l. 3. tit. 9. par. 1. & ita prædictam differentiam inter hoc crimen & alia crimina assignat. gl. in uerbo cōdemnetur. in d. §. qui autem, & Paul. Grilla. de hære. q. 8. nu. 3. Alpho. Guerrero in Thesa. relgio. Christianæ. tit. de hæret. num. 21. & in Directorio Inquisitorum. part. 3. cap. 124. & huiusmodi præsumptio quæ oritur ex contumacia aduersus hæreticum, est præsumptio iuris, & de iure, ideo non admittitur probatio in contrarium. l. antiquę. C. ad Velleia. gl. in l. siue possidetis. C. de proba. gl. magistra. in cap. is qui fidem. de sponsa. gl. in cap. ex parte. de reg. iur. gl. in cap. ferrum. 50. distin. sed ho-
5 die in nostra Hispania † aliter statutum est, quòd quò ad pœnam corporalem auditur post annum, de qua re factum est ab Inquisitoribus decretum Barchinonense anno. 1533. quod refert Iaco. Sept. in Insti. cath. cap. 2. num. 6. & licet communis intellectus ad dictum. c. cū contumatia, sit quando quis pro crimine hæresis sit excommunicatus, tamen hodie in quolibet excommunicato uidetur habere locum, pro quacunque re sit excommunicatus, ut patet in Concil. Triden. c. 3. in fi. ibi, quicunq; excommunicatus: & ibi, contra eum tāquàm de hæresi suspectum. sessio. 25. de reformatione, saltim ut procedatur cōtra eū tanquàm suspectum de hæresi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Accusare inuitus quis non compellitur.
2 Ex litibus, iurgia & contentiones oriuntur.
3 Quilibet in crimine hæresis tenetur non solum denuntiare sed etiã accusare.
4 Quemlibet pro reip. defensione mori oportet.
5 Hæresis crimen quasi cancer serpit.
6 Non caret scrupulo societatis occultæ qui manifesto facinori desinit obuiare.
7 Error cui non resistitur approbatur.
8 Nullum crimen crimine hæresis maius est.
9 Modicum fermentum (vt ait Paulus) totam massam corrumpit.
10 Oportet ab ouibus sanis morbidam separare.
11 Differentiæ & discrimina inter accusationem & denuntiationem.
12 Denuntiationum genera quatuor sunt.
13 Regulam & 8. notandas ampliationes & 3. fallen. vide.
14 Vnusquisque sub præcepto tenetur coram iudice hæreticum denuntiare.
15 Quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam.
16 Longè grauius est diuinam quàm temporalem lædere maiestatem.
17 Qui non denuntiat hæreticum censetur suspectus de hæresi.
18 Perniciosa est hæreticorum familiaritas.
19 Hæreticus etiam occultus denuntiandus est.
20 Bonum publicum priuato præferendum est.
21 Absque aliqua præuia monitione hæreticus est denuntiandus.
22 Nulla præcedente de crimine infamia est hæreticus denuntiandus.
23 Non obstante quacunque fide & iuramento de non reuelando, tenetur quis hæreticum iudici denuntiare.
24 Iuramentum temerarium non est seruandum.
25 Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.
26 De iuramento Gabaonitis præstito ibi traditur.
27 Ignorantia facti prudentissimos sæpe fallit.
28 Iuramentum ius ciuile propter eius excellentiam uocat Sacramentum.

SINGVLARE. III. IIII. & V.

1 ACCVSARE inuitus † quis non compellitur. l. vnica. & in rubro & nigro. C. vt nemo inuitus agere seu accusare cogatur. l. fi. ibi. compelli non potest. C. de vsuris pupillaribus. l. creditor. ff. de pig. c. si primates. 5. q. 2. gl. in c. quapropter. 2. q. 7. Gl. in c. licet. de accusa. Gl. magna in fine in c. 2. de libe. obla. notat Bart. in l. in eum. ff. de accusa. de qua re latissime Hiero. Cagno. in reg. culpa caret. ff. de re. iu. & Ferdinandus Vazquez de Minchaca in controuersia. 16. & S. Tho. 2. 2. q. 68. Soto, de ius. & iure. lib. 5. q. 5. art. 1. & 2. Ratio est propter periculum & pœnam talionis si accusationem suam nō probauerit, ad quod periculum inuitus non est cogendus. l. liberorum. l. si cui crimen. ff. de accusa. l. qui crimen. C. qui accusa. non possunt.

possunt.c.tuæ.de procura.& ca.qualiter & quando. in 2.& c.super his. de accusa.l.21.in fin.tit.1.p. 7. & propter molestias,expensas,vexationes, & solicitudines,
2 quæ ex accusationibus † oriuntur.l.seruus non in omnibus.ff.de actio.& obli.l.properandum.in prin. C. de iud.cle.dudum.in prin.de sepul. Item habetur in lib. Prouerbiorum.c.25.Quæ viderint oculi tui, ne proferas in iudicio cito,ne forte emendare non possis & ca. 11.qui ambulat faudulenter reuelat arcana amici, qui autem fidelis est celat amici commissum.ca.qui ambulat.5.q.5.ideo nullus inuitus tenetur accusare.

Quæ regula fallit in crimine hæresis, quod quidem
3 crimen quilibet tenetur ‡ non tantum denunciare,sed etiam accusare si illud testibus comprobare potest, id asserit S.Tho.1.2.q.68.art.1.dicens hisce verbis, si crimen fuerit tale quòd vergat in detrimentum reipu.tenetur homo ad accusandum , dummodo. sufficienter possit probare, in quo loco Caietanus inquit, caue ignorantiam illorum qui putant neminem teneri ad accusationem.Idem tenet Alex. de Ales in 3.p. q.42. & Domi.de Soto de iust & iure.lib.5.q.5.art.1.& in libro de ratione tegendi & detegendi secretum,mẽbro 2.q.5.conclusione.2.Card.in c.Si peccauerit in te frater tuus.num.20.2.q.1.& in c. 1.nu.5.2.q.7.& Brunus de hære.lib.4.c.7.Iaco Septi.in Institu.catho.c.4.

Duo deniq; requiruntur, vt quispiam sub præcepto teneatur accusare,quòd crimen existat contra bonum publicum & in publicum detrimentum reipu. & quòd illud crimen probari possit,& alia via & remedio bono publico perfectè consuli non potest, secundum Caie. ubi supra. Ratio huius nostræ principalis conclusionis est,nam pro defensione reipu.vnusquisque pugnare &

4 etiam mori debet, † cum seipsum simul & alios defen-
dat.l.post liminum.§.filium.ff.de capti.& postli.reuer-
si.l.veluti.ubi docentes.ff.de iust.& iure. vnde Cicero.
lib.1.Officiorum.vnicuiq; nostrum chari sunt parẽtes,
chari liberi,propinqui & familiares,sed oẽs hominum
charitates vna patria cõplexa est.Vnde merito omnes
ad accusandum hæreticum sunt obnoxij, cum hæresis
5 † crimẽ reipu.Christianæ sit perniciosissimũ,vnde Pau
lus de hereticis loquẽs inquit epistola.2.ad Timotheũ
sermo illorum ut cancer serpit. & in Leuitico habetur
c.5.si peccauerit anima,& quis audierit uocem iurãtis,
testisq; fuerit quod ipse uidit aut conscius est,nisi indi-
cauerit,portabit iniquitatem suam. quod sane præce-
ptum,quia morale est,manet in noua lege, tãquàm de
iure naturæ.Et in Deuteronomio.c.13.in hunc modũ
statutum est.Si tibi voluerit persuadere frater tuus, fi-
lius matris tuæ, aut filius tuus uel filia, seu uxor quæ
est in sinu tuo, aut amicus quẽ diligis ut animam tuã,
clam dicens, eamus, & seruiamus dijs alienis, non ac-
quiescas ei,neq; audias, neq; parcat ei oculus tuus ut
miserearis & occultes eum. Vnde inquit tex.in ca. 2.
6 de hære.hisce uerbis.Qui alios † cum potest ab errore
non reuocat,seipsum errare demonstrat,& cap. negli-
gere.2.q.7.negligere, cum possis perturbare peruer-
sos,nihil aliud est quàm fouere,neq; caret scrupulo so-
cietatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuia-
7 re,& error † cui non resistitur approbatur.tex. in c.er-
ror.83.d.Ob id egregiè affirmat diuus Ambrosius li.2.
officio.c.24.quod ubi commune periculum est, id dis-
simulare,peccatum non est leue: & Paulus ad Roma,
c.1.non solum eos dignos esse morte qui malum fa-
ciunt,sed qui facientibus consentiunt: vt est notissima
juris

iuris regula: de qua in c. 1. de offi. deleg. & in c. mulieres, & c. nuper, & c. quantæ. vbi pleniſſimè docentes. de ſententia excom.

8 Et quia nullum crimen † grauius eſt, quàm crimen hæreſis, ideo confeſtim ſine mora aliqua ad accuſandum, uel denuntiandum, properandũ eſt. Operationes animæ multò velocius & citius fiunt, quàm quæuis corporales actiones. Ideo vbi maius periculum vertitur cautius & velocius eſt agendum l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de Carbo. edicto. ca. vbi periculum. de electio. lib. 6. ne modicum fermentum, vt ait Paulus ad Gala. c. 5. totam maſſam corrumpat. tex. in c. corripiantur. in fine. 24. q. 3. ibi ne per plures ſerpãt dira contagia, ſeparare

9 † ab ouibus ſanis morbidam, ac pulchrè Hieronymus, vt habetur in c. reſecandæ. 24. q. 3. reſecandę ſunt putridæ carnes, & ſcabioſa ouis à caulis repellenda, ne

10 tota domus † maſſa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, & putreſcant, & intereant. Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam ſtatim non fuit oppreſſus, per totum orbem eius flãma populata eſt: & iuxta verum ſenſum doctorũ, illud Matthæi. ca. 7. ita intelligendum eſt, attendite à falſis prophetis, qui veniũt ad uos. &c. intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Lupi ſanè iſti ſunt hæretici, qui arcendi ſunt à grege.

Hodie verò per nouiſſimas inſtructiones decretum

11 eſt, vt ſolus promotor fiſcalis accuſet hæreticos, † vt teſtatur Iac. Sep. in Inſt. cath. c. 4. nu. 2. & 5. in fin. eſt enim maxima differentia & diſcrimẽ inter accuſationẽ, & denuntiationem. Et tanquàm diuerſa, in lib. 5. decretalium dicitur de accuſationibus, & denuntiationibus: in accuſatione principalis intentio accuſantis eſt punitio criminis: in denuntiatione verò, emendatio proxi-

mi, illuc tendit & ordnatur denuntiatio, ut corrigatur & emendetur denuntiatus. cap. nouit. de iudi. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. & accuſatio eſt alicuius criminis coram iudice competēte ad vindictam & punitionem facta delatio. cap. ſuper his. de accuſa. l. cum rationibus. C. qui accuſa. non poſ.

12 Denuntiationum † verò genera quatuor ſunt, euangelica, canonica, iudicialis & regularis. Euangelica eſt illa quæ continetur Matthæi. cap. 18. & Lucæ. 17. & in cap. nouit. de iudi. & in cap. ſi peccauerit in te frater tuus. 2. q. 1. ubi pleniſſimè per iuris interpretes: & dicitur euangelica, quia ab euangelio ſumpta fuit. Et denuntiatio canonica eſt, manifeſtatio criminis, non ad vindictam publicam, ſicut accuſatio, ſed ut coerceātur crimina ne vltra procedant. cap. Inquiſitionis. c. ſuper his. de accuſa. cap. licet Heli. de ſymo. & dicitur canonica, quia à iure canonico inuenta. ſed inter hanc & denuntiationem fraternam nihil aut parum intereſt. Licet Innoc. in d. cap. nouit, & Dominicus de So. ubi ſup. & Summiſtæ non nullas differentias nituntur referre. Alia eſt denuntiatio regularis, quæ fit in religionibus ſecundum conſtitutiones & regulas ſuarum religionũ, in qua denuntiatione ordinem iudiciarium ſeruare minimè opus eſt. cap. ſi homo eſſes. 23. q. 1. cap. ad noſtram. de appella. c. illa propoſitorum. ubi glo. & Doct.

13 de accuſa. Quarta denuntiatio eſt iudicialis † quæ fit coram iudice, de qua noſter ſermo eſt habendus: & ut methodice in hoc articulo procedam, regulam & 8. ampliationes, atque tres fallentias conſtituam.

14 Sit igitur regula & axioma, quòd vnuſquiſque † tenetur ſub præcepto coram ordinario, vel Inquiſitorib. hæreticum denuntiare. cap. 2. vbi gl. & Doct. de hæret.

cap.

cap.quapropter.2.quæſt.7.Innoc.in cap.1. de teſti. cogen.S.Thom.22.q.70.art.1.Archidiaconus,in c.ſi peccauerit.num.29.2.q.1.Gundiſſ.de Villa.de hæret. q.6. num.4.Alphon.de Caſtro,de iuſta hære. punitione.li. 2.cap.25. Domi. de Soto,de iuſtitia & iure. lib.5.q.5. arti. 2. Ferdinandus Vazquez à Menchaca in controuerſia.16.num.4.Iacob.Septi.in Inſtitu. catho.cap.18. Nam pro ſalute communi contra hoſtes communes eſſe oportet communem omnibus vigilantiam & ſolicitudinem, neque illius diſſimulare debemus opprobrium qui probra noſtra deleuit, vt formalibus verbis textus vtar,in cap.in nonnullis.in fine.de Iud.& Sara.& in auth.Vt non luxurienter homines contra naturam. §.1.colum.6.& quòd contra religionem diuinam com-
15 mittitur in omnium fertur † iniuriam,verba ſunt text. in l.Manichæos. C. de hære. l. 2. C.de apoſta.& longè
16 grauius eſt diuinam † quàm temporalem lædere maieſtatem. Ita,hiſce uerbis inquit tex.in ca. uergentis,de hære.& in auth.modò citata. ob id hoc crimen eſt publicum & nõ priuatum,eius accuſatio, denuntiatio, & perſecutio omnibus competit. cap. præſumunt.2.q.7. lex regia.2.titu.26.par.7.

Primo ampliatur dicta concluſio, quòd vſque adeo ueram eſſe dicimus,quòd qui non denuntiat, uel reue-
17 lat Ordinario,uel Inquiſitoribus hæreticum,† reputatur ſuſpectus violenter de hæreſi,affirmat Alphon.Caſtro de iuſt.hæreti.puni.lib.2.c.25.poſt prin.cui in hoc articulo aduerſari uidetur Iaco.Septi.in Inſtitu.catho. cap.18.in fine,quæ ſane concluſio maximum in ſe rigorem continet: quòd ex eo tantum quòd non reuelat hæreticum,cenſeatur violẽter ſuſpectus de hæreſi.Sed in hoc caſu meo iuditio huiuſmodi concl. ſubſtineri po

test. Si vltra scientiam & taciturnitatem prædictam
18 cum hæretico vel lapso in hæresim conuersatur † & ei est nimis familiaris & amicus, tunc contra non denuntiantem violēta oritur præsumptio, ita expresse tenuit Host. §. qualiter deprehendatur. num. 4. Et Alphonsus Aluarez Guerrero in Thesauro religionis Christianæ. titu. de hæret. nu. 9. in fine: & idem Alphonsus Castro. de iusta hæreti. puni. lib. 2. cap. 17. iuxta vulgatum prouerbium, similes cum similibus facillimè congregātur: & sacra testatur scriptura, cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. & prouerbiorum. 13. qui cū sapientibus graditur sapiens erit, & amicus stultorum similis efficitur, & cap. 22. noli esse amicus homini iracundo, neq; ambules cum viro furioso, ne fortè discas semitas eius.

19 Secundo, dicta regula ampliatur † etiam si crimen hæresis sit occultum, nihilominus iudicibus ecclesiæ illud vnusquisque tenetur denūtiare: quod probatur in Deu. c. 13. ibi, clam dicens, Eamus & seruiamus dijs alienis, non quiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus, ut misereatis, & occultes eum. S. Thom. 2. 2. q. 33. art. 3. & q. 70. art. 1. Host. in sum. de hære. §. qualiter deuitentur. num. 5. Innoc. in cap. 1. de testi. cogen. Car. in c. Si peccauerit. nu. 29. 2. q. 1. Alphon. Cast. de iusta hæret. puni. lib. 2. c. 25 Gundis. de Villadi. de hære. q. 6. num. 4. & q. 10.. nu. 7. Iacob. Septi. in Instit. catho. c. 18. in fine. & c. 42. num. 10. vbi allegat Leonem papam in sermone. 4. de collectis, dicētem, Manichęos vbicunq; latentes vestris præsbyteris publicate: magna est enim pietas prodere latebras impiorum, & ipsum in eis cui seruiunt diabolum debellare, & hoc est publicum bonum quod priuato præferēdum est. l. actione. §. labeo.

ff. pro

ff.pro socio.cap.ratio nulla. de præben.ideo hæc pestis
20 † reipu. Christianæ nocentissima etiam occulta resecā
da est, quę vt cancer, ut dicit apostolus, dicitur serpere.

Sed Ioan. And. in cap. nouit. de iudi. tenet, in peccato omnino occulto, taliter quòd probari non potest, locum non habere hanc denuntiationem, dicens, quòd talia omnino occulta diuino iudicio sunt relinquenda. cap. si omnia. 6. q. 1. & propter charitatem peccatum occultum proximi, tenetur, quis celare. cap. si sacerdos. de offic. ordi. cap. Christus. j. q. 1. quod sanè iuuatur per tex. in cap. qualiter & quando. in primo, in fine. de accusat. ubi iudex qui super statum ecclesiæ generaliter inquirit, non poterit testes astringere ad occulta delicta reuelanda, additur text. qui in specie hoc probare videtur, in clem. nolentes. de hæret. ibi, secrete nouerint talia commisisse, arguere & corrigere studeant in secreto: ubi probatur, quòd delictum quod probari nequit, iudici minimè est denuntiandum. Quod etiam probatur ratione, si delictum est omnino occultum quid prodest denuntiatio & iudicialis authoritas, cum deficientibus probationibus & inditijs tortura, & alia iuris remedia sileant.

Peccatum omnino occultum quadrupliciter consideratur: ut asserit Dominicus de Soto in locis superius citatis, & melius atq; elegantius Card. de Turre Cremata in d. c. si peccauerit. nu. 23. vbi plenissime de peccato occulto plurima notatu digna scripsit. Mea quidē sñia, quocunq; modo cōsideretur peccatum seu crimē omnino occultum, illud si est crimen hæresis, quis sub præcepto tenetur denuntiare, nam iura & rationes modò relatæ in alijs criminibus procedunt: & textus d. clemen. nolentes. procedit quando prætextu officij officiales

ficiales & commissarij hæreticæ prauitatis munera aut pecunias accipiunt. Nõ tamen si in hæresim sunt lapsi: & cum citra crimen hæresis in alijs delictis text.ille loquatur, conclusioni nostræ in nihilo aduersatur, quem tex.perperam ac ma'è intelligit Gundis.de Villa.de hæret.q.10.num.8.in fine.

21 Tertiò ampliatur prædicta regula † quòd absque aliqua pręuia monitione vnusquisque hęreticum tenetur denuntiare, taliter, quòd non est necessarium prius admonere seu correctione fraterna corrigere. Gundis.de Villa.de hæret.q.10.num.6. Alphon.de Cast.lib.2.cap.25.de iust.hære.puni.Iaco.Sept.in Institu.cath.cap.42.num.10.cum sequentibus. Domi.de Soto, de ratione detegendi secretum, membro. 2.q.4.regulariter verò in alijs criminibus à denuntiatione repellitur, qui non præmonuit.cap.2.cap.super his.cap.cum dilecti.c.qualiter & quando,in 2. de accusa. quia hoc crimen reipu. Christianæ est nimis perniciosum, & mora in non denunciando illud potuisset esse valde nociua. Sed S.Th. 2.2.q.37.arti.7. quem doctores modo citati referunt, tenuit: quòd si crimen esset occultum, & quispiam firmiter existimaret quòd statim per secretam admonitionem posset huiusmodi mala impedire, & quòd hæreticus emendabitur, & reipu. nocumenta cessabunt, quòd in hoc casu prius est monendus, vtputa secundũ Dominicum de Soto,ubi supra, si corripiens esset vir magnæ authoritatis, & hæreticus admonendus esset homo timidus: sed in vtroque casu tutius & rectius est vt cõfestim absque monitione aliqua denuntietur, maximè si hæreticus sit dogmatizans,ut sunt omnes ferè hæretici: Neque huic aduersatur conclusioni sacræ scripturæ authoritas Matth.cap.18. videlicet, Si peccauerit in

rit in

rit in te frater tuus corripe illum: vbi saluator noster nobis præcepit.delinquentem, seu peccatorem prius corripere quàm ecclesiæ dicere & denuntiare: hæretici enim non censentur fratres sed extranei: quia nō filij Dei, quemadmodum Christiani, sed filij diaboli cēsentur, qđ probatur authoritate Pauli, epistola.j.ad Corin. c.5.dicentis. Si quis frater nominatur, &c. vt doctissimè & catholicè more suo explicat Alphon.de Cast.iu d. cap. 25. prope finem.

22 Quartò ampliatur dicta regula,† quòd in hoc crimine hæresis ad denuntiationem & ad inquisitionem per iudicem faciendam proceditur, nulla præcedente de crimine infamia: tex.est in cap. excommunicamus, in j. §.adijcimus.de hæret. ubi Cardinalis inquit alibi text. non legisse.& ibi Ioan. de Anan.num.2.Idem Cardi.in Clem.2.quæst.2.de hæreticis. Bart.in extrauag.ad reprimendum.in verbo, Inquisitionem. Qūo in crimine læsæ maiestatis proce.Ludo.Carre. de hære.num.110. in alijs verò criminibus regulariter oportet ad Inquisitionem faciendam famam seu infamiam delicti præcedere.cap.cum oporteat. cap. qualiter & quando. in 2. cap.Inquisitionis, de accus.cap.licet Heli. de symo.cap. Deus omnipotens.2.q.1.l.1.in fine.tit.17.p.3.

Quintò ampliatur prædicta regula, quempiam sub
23 præcepto teneri hæreticum iudici denunciare † non obstante quacunque fide aut iuramento de non reuelando, seu denuntiando, ita docet. S. Thom.2.2.q.70. artic.1.ibi, si pertineat ad corruptionem spiritualem, vel corporalem multitudinis, illud quis propalare tenetur testificando, vel denuntiando, & contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum: nam esset frangere fidem quam alteri debet: idest, bono publico

&

& religioni Christianæ, de quo optimè Barba. in c.nouit.num.230.de iud & Iaco.Septi.in Institu.cath.c.18. in fin.& c.45.nu.14. & quamuis præfati iuris interpretes ad id neque iura, neq; rationes allegent. Ipse tamen allego tex.in c.quemadmodum.§.fin.de iureiuran.vbi vir qui iurauit non accusare vxorem de adulterio, non obstante iuramento poterit denunciare:item tex. in c. intimauit, de testibus.de eo qui iurauit testimonium non dicere.c.quia propter.2.q.7.glo.fin.in fine,in c.illa præpositorum.de accusa.tanquàm temerarium huius-
24 modi iuramentum, † & cōtra bonos mores & religionem Christianam minimè est seruandum; neque iurantem obligat.c.quintavallis.c.sicut.in 2.c.tua nos.de iureiur.cap.1.22.q.4.regula iuris notissima,non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramētum. de reg.iuris.lib. 6. & reg.in malis promissis fidem non expedit obseruari.l.generaliter.ff. de verb. obliga.l.iurisgentium.§.& generaliter.ff.de pactis.& non debet es-
25 se iuramentum † vinculum iniquitatis.c.quanto.de iureiur.c.inter cætera. 22.quæst. 4.ibi,iuramentum non fuit institutum vt esset vinculum iniquitatis,præsertim quòd hoc est ius publicum:quod quippe, in reb.sacris, & sacerdotibus & magistratib. consistit: ut inquit tex. in l.1.§.huius studij.ff.de iust.& iure.l.2.§. post originē. ff.de ori.iuris.auth.matri & auiæ. §. fin. colum. 8. & ius publicum priuatorum pactis mutari nequit.l.ius publicum.l.inter debitorem.ff.de pactis.l. testamenti factio. ff.de testa. cap.si diligenti de foro compe.

Si quispiam obiecerit de iuramēto Gabaonitis præ-
26 stito,ut habetur in libro Iosue.cap.9.ibi,iurauimus eis in nomine Domini, ideo non possumus eos attingere, & transumptiue in cap.venerabilem,in fine.de electio.

& in

& in cap.inter cætera,& in c.innocens. 22.quæst.4.ubi Dominus præcepit filijs Israël, ut non inirent fœdus neque amicitias cum Gabaonitis.Sed eos in ore gladij occidant:& contra hoc prçceptum Domini cum eis asserentibus se esse de partibus longinquis,fœdus & con cordia fuit iureiurando inita.Cognita postea fraude,ꝙ erant Gabaonitæ,pepercit eis Iosue propter iuramentum seniorum Israël : multis enim de causis videtur nõ fuisse huiusmodi iuramentum seruandum.Primo,quia error fuit in persona, credendo non esse Gabaonitas: nihil enim consensui tam contrarium est quàm error. l.2.ff.de confessis.l.nihil consensui.§.non videtur,de regul.iur.ff. Secũdo propter dolum & fraudem quæ fuit causa iuramenti.cap.cum contingat in fine. de iureiur. ibi.vi aut dolo extortum.Tertio,quia contra præceptũ Domini, & tale iuramentum non est obligatorium, ut abundè superius dictum est.His omnibus respondere possumus ex mente tex.in d.c.innocens, in fine. quòd in principio credebant filij Israël suum iuramentum esse licitum, propter ignorantiam facti, credendo illos non esse Gabaonitas, quæ quidem ignorantia cum sit facti excusat.l.iuris ignorantia.C.qui admitti.reg.igno
27 rantia facti.de reg.iuris.lib.6.facti ignorantia † pruden tissimos sæpe fallit, ut inquit iurisconsultus Neratius in l.2.ff.de iuris & facti ignoran.vel quòd Gabaonitis data fuit mors ciuilis loco mortis naturalis, cum in seruitute filiorum Israël fuerunt positi. Quæ mors ciuilis morti naturali æquiparatur.l.interdicit, in fi.ff.de condi.& demonstra.l.seruitutem mortalitati ferè comparamus.ff. de reg. iuris. uel quòd illud virtuti & efficatiæ iuramenti tribuamus, ut annuere videtur tenor literæ in d.cap.9. Iosue, ibi, iurauimus eis in nomine domini,

ideo

ideo non possumus eos contingere, ex eo quod nephã
28 dissimum esse iudicabant, iusiurandum † vtpote rem sacram & religiosissimam frangere. Ideo ius ciuile iuramentum, sacramentum & iurisiurandi religionem vocat. l. 1. ff. de iureiuran. l. 2. C. eod. titu. auth. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.

Sextò ampliatur, quòd etiam proprium parentem
29 in hæresim lapsum † filius tenetur denuntiare. Alphõ. de Cast. lib. 2. de iusta hære. pu cap. fin. Pala. rub. in rep. cap. per vestras. §. 17. num. 7. fol. 65. de dona. inter virum & vxorem. Iacob. Septi. in Institu. catho. cap. 29.
30 nu. 10. quia potius Deo † quàm parentibus obediendum est. cap. relatum. de sententia excom. ca. quisquis metu. 11. q. 3. & si filio liceat occidere patrem oppugnantem patriam. l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fune. l. 12. tit. 18. par. 2. à fortiori licebit patrem fidei catholicæ oppugnatorem, filio denuntiare. Doctores modo relati vnum notatu dignum affirmant, quòd filius qui denuntiat patrem hæreticum, ab infamia, & alijs pœnis contra filios hereticorum in iure statutis liberatur, immo meo iudicio, maximam laudem & præmium meretur. arg. tex. sing. l. quisquis. §. fi. C. ad leg. Iul. maiesta. l. 5. ti. 2. par. 7. & quòd de filio denuntiante dictum est, idem, de patre, uxore, marito, fratre, & alijs personis coniunctis, meritò dicendum est, ut in d. ca. 13. Deute. expressè cautum est.

Septimò ampliatur etiam si immineat periculum denuntianti. S. Thom. 2. 2. q. 70. in prin. & Domi. de Soto in locis supra citatis in crimine enim hæresis agitur de bono communi, quod particulari bono præferendum est, per iura superius allegata, si pro defensione rei quis tenetur mortem subire. l. minimè. ff. de relig. & sumpt.

fun.

fun.l.12.tit.18.par.2.à fortiori pro defensione fidei, & religionis christianæ. 1

Octauò ampliatur, non solum denuntiare & accusa-
31 re † ut satis diffuse dictum est, sed propria authoritate cuilibet catholico licet hęreticos capere & bonis suis expoliare & impune occidere, authen. gazaros. C. de hære. ibi. diffidamus atque bãnimus. cap. si audieris. vbi glos. in uerbo necabis. 23. q. 5. cap. excommunicamus in 2. §. catholici. de hæret. Ioan. Monachus, & Io. And. in cap. præsidentes. de hære. lib. 6. Ludo. Carrer. de hære. §. nunc de pœnis. num. 7. Gundissal. de Villa. de hæret. q. 24. per totam quæstionem, & Deuteronomio. c. 13. ibi, ut miserearis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum, & cap. 17. ibi, ad portas ciuitatis lapidibus obruentur & 4. lib. Regun. cap. 22. & 23. & in lib. Machabeorum. ca. 2. ibi, accessit quidam iudæus in omnium oculis sacrificare idolis, quem uidit Mathathia & doluit, & contremuerunt renes eius, & accẽsus est furor eius, & insiliens trucidauit eum super aram. & in lib. Nume. cap. 25. ibi occidat vnusquisque proximos suos qui adorauerunt Deos alienos: sed secundum Archid. in d. cap. præsidentes. de hæret. lib. 6. tutius est quòd omnia supradicta authoritate iudicis, & non propria fiant.

32 Primò, dicta regula fallit † quãdo certissimum esset, hæreticum iam omnino esse emẽdatum, quo casu, quis non tenetur eum denuntiare. S. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 7. ibi, nisi fortè aliquis firmiter existimaret quod statim per secretam admonitionẽ posset huiusmodi mala impedire, quem referendo sequitur Domi. de Soto. de iusti. & iure. lib. 5. quæst. 5. art. 1. post principium. & Min-

chaca

chaca in controuersia. 16.num 4. in quo loco id accuratissimè explicat huius dicti: poterit esse ratio de reg. iuris notissima, quòd deficiente causa quæ erat efficax ad aliquem actum, vel effectum producendum, deficit ipse actus & eius effectus. l. fi. ff. de testa. tute. cap. cum cessante. de appella. cap. cum infirmitas, de pœni. & remiss. Ergo cum quis iam esset emendatus cessat peccatum, & per consequens eius denuntiatio, & quæ medicamẽ
33 ta † prȩstant morbis, hæc iura negotijs, ut Imperatoris uerbis vtar in auth. hæc constitutio quæ innouat constitutionem. in principio. colum. 8. cap. cæterum. de iura. calu. cap. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & remissionibus, ibi, more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati. sed recte valentes neque medico neque medicamento, ut sacra testatur scriptura, indigent. Eadem ratione correcti seu emendati denunciatione: uerum quia difficillimum esse iudico, quẽpiam de conuersione & correctione alicuius firmam existimationem & credulitatẽ habere (hominis enim
34 indicium † sæpe fallit & fallitur. cap. fraternitatis. de frigidis. cap. lator. & cap. consanguinei. de re iudica. cap. à nobis est sæpe quæsitum. de sententia excommuni.) ob id denuntiatione in hoc casu vti, tutius & rectius esse arbitror.

35 Secũdo fallit in hæretico occulto, qui seipsum † prodere & denuntiare non tenetur. S. Thom. 2. 2. quæstio. 69. artic. 1. & 2. allegando illud Chrysostomi super epistolam Pauli ad Hebræos. Non tibi dico ut te prodas sed, reuela ante Deum viam tuam, & habetur in c. quis aliquando. de pœnitentia. d. 1. vnde facile colligitur neminem teneri crimen suum reuelare, nisi in sacramento confessionis, quàm opinionem amplectitur Domi-

nicus

nicus de Soto, de ratione tegendi & detegendi secr. membro.2.q.7.& Iaco.Sept. in specie in crimine hæresis loquitur in Institu.catho.c.42.nu. 12.sed si delictum nõ est occultum, sed contra reum de delicto sunt indicia, vel infamia,iudici veritatem dicere reus tenetur, vt asserunt prædicti doctores, & optime Bernar. Diaz de Luco in practi.Cano. c.118. allegando Caietanum in d.q.69. quòd etiam eo casu quòd præcedat infamia & indicia debent manifestari reo,vt sciat se esse in tali articulo constitutum, quòd tenetur iudici obedire,& vt posset se purgare, alioquin iudex iniuste interrogat:& reus veritatem fateri non tenetur, quæ opinio altiori eget indagine, & tanquàm meoterica in actu practico non uersatur.

Tertio fallit,quotiens in confessione sacramentali,
36 † crimen hæresis quis cognouit, quòd confessionẽ & crimen,non obstante quacunq; excommunicatione, vel præcepto iudicis,celare, & non prodere tenetur. c. omnis vtriusq; sexus.de pœniten.& remissi.ibi, caueat autem omnino,ne verbo,vel signo,vel quouis alio modo, prodat peccatorem. ca. dilectus.de excessi. præla. ca. sacerdos. de pœniten.d.6.vbi doctissime more suo Martinus ab Azpilcueta plures huius sanctissimi decreti rationes scripsit, videlicet quòd naturæ iura id præcipiunt. Item quòd in illo actu sacramentali, Sacerdos Dei vices gerit.Item quòd confesio à nemine fieret,& à nemine amaretur,imò esset omnibus exosa, nisi summè eius secretum seruaretur.& S.Tho.2.2.q. 70. art.2. inquit hisce verbis, de his quę homini sunt commissa in secreto per confessionem, nullo modo debet dicere, neque testimonium ferre, quia hæc non
37 scit ut homo sed tanquàm dei minister, quia † maius

est vinculum sacramenti, quolibet hominis præcepto, hoc in loco silentio omittenda non sunt verba Alberici de Rosatis in rub. C. de hære. num. 4. dicentis: q vnum specialissimum est in hoc crimine hæresis. Quòd sacerdos cõfitentem sibi hæresim potest manifestare, quòd non est in alijs peccatis, ut notatur per Archid. de pœ-
38 ni. dist. 6. quæ. opinio Alberici erronea est, † & in conclusione & allegatione meretur reprehendi. Archidia. quem ipse allegat illam opinionem non tenuit, sed oppositam in d. cap. sacerdos. num. 3. dicens: pone quòd aliquis confitetur incidisse in hæresim, sed non vult abstinere: uel vult se abstinere, non tamen vult alios hæreticos, vel, eorum fautores notificare, quid faciet iste sacerdos? dic secundum Rainerium, quòd possit reuelare talibus qui possunt prodesse & non obesse. 22. quæst. 5. c. hoc uidetur, primo præcisè hoc uidetur, quòd non sit sacerdos astrictus propter uim pœnitẽtiæ, tum quia ille non agit pœnitentiam: tum etiam quia non seruat fidem, cum sit hæreticus & infidelis, & ideo tali nõ est fides seruanda. 23. quæstio. prima. cap. noli. alij dicunt quod sacerdos debet adire Episcopum, & dicere ei, vigila super gregem tuum, quia lupus est in grege, & tutius est secundum Hostiensem in summa, de pœniten. & remissio. §. in quo tenetur. & Host. ibi, nume. 53. Sed nuper in Concilio Tridentino sessione. 24. cap. 6. de reformatione. statutum fuit quòd de crimine hæresis solus Episcopus, & non eius Vicarius seu quilibet Sacerdos in foro co nscientiæ posset absoluere. an de obseruantia illius, cap. aliqua inconuenientia oriantur, aliorum iudicio relinquo.

Nonnullos casus in quibus confessionem liceat de-
39 tegere, † referunt doctores, in quarta, dist. 21. & Abb.

& alij

& alij in d.cap.omnis,& in d.c. dilectus, de excessi.prę̨l. & Martinus Nauarrus in d.ca.sacerdos. & Siluester in uerbo.confe.3.num.4.cum sequen.Abb.in cap.significasti.de adult.Feli.in cap.testimonium.circa finem, de testi. Et in cap.1.de exceptio.Et Iacobus Septi.in Institu.catho.cap.42. in fine. & Dominicus de Soto, de ratione tegendi secretum membro.3.q.4.videlicet,qñ hæretici simulata confessione peruertere moliuntur ipsos sacerdotes: optimè Doctor de Medina.lib.de pœnitentia.titu.de confessione celanda. & sex casus in quib. confessionem detegere liceat,accuratissime & satis diffuse refert Fran.de Ripa,in lib.3.de peste.nu.103.cum sequentibus.

Mea sane sententia tutius & melius esse existimo,sal
40 ua tantorum doctorum authoritate, † quòd nullo vnquàm casu confessionem Sacramentalem detegere liceat,tum, ut prædicti doctores fatentur, quia confes-
41 sionis sigillum est de iure diuino † ut ipsamet confessio, & ius diuinum est immutabile,& omni tempore &
42 casu firmum permanet † ulloque pacto uel lege humana tolli nequit.c.nulli fas sit.25.q.j. uerba formalia sũt. nulli fas sit diuinas constitutiones tollere.c.fin.de consuet.& in §.sed naturalia quidem iura. Insti.de iure natu.gen.& ciuili.optimè Abbas in capitulo,quæ in ecclesiarum.num.18.de consti. optimè Card. de Turre cre. in summa,de ecclesia.lib.2.cap.107.Et Dida. de Coua. in lib. 1.resolu.c.17.nu.8.& in 4.de sponsa.fol.78.Tum etiam,quia hoc cõfessionis sigillum, in fauorem totius religionis Christianæ fuit institutum, ob id priuatorũ pactis & conuentionibus non tollitur. cap. si diligenti, de foro compet. capit. contingit.in princip. de senten. excom. l. ius publicum. ff. de pactis. l.nec pignus.§.pri-

uatorum conuentio.ff.de reg.iuris,& id annuere uidetur tex.si rectè inspiciatur in d.c.omnis. §.caueat autẽ omnino Sacerdos.& ibi,aliquatenus prodat. ponderãdo particulas illas,aliquatenus, & omnino: quæ dictio
43 † omnino,omnem casum,& dispensationem excludit. c.qualiter & quando.de iudi. ibi, quod omnino fieri prohibemus,& ibi Abb.nu.18.gl.in verbo oĩno.in c.fi. de offi.de leg.lib.6.alia in Cle.1.uerbo omnino, de uita & honest.cleri.diffusè Tiraque. in rep. l. si vnquam, in uerbo reuertatur.nu.66.C.de reuo.dona.

44 Et quando Sacerdos reuelauit confessionem, cui potius fides adhibenda est, sacerdoti asserenti illud extra confesionem sciuisse,& non in confessione, aut pœnitenti dicenti in confessione dixisse? præsumendũ est contra Sacerdotem, illud habuisse in confessione, nisi doceat aliunde sciuisse, pœna tamen ordinaria nõ est puniendus,quia apertè non conuincitur de delicto. Host. Abb.& Card.in d. c. omnis vtriusque sexus. Lapus allega.94.Fel.in c.1.col.1.de exceptio.Barba. sing. in consil.70.incip.sapienter.uol.2.mirabiliter Fran.de Ripa.in tract.de peste.lib.3.nu.106.Io. Bernardiaz de Luco in pract.crimi.c.102.circa finem.Martinus Nauarrus in c.Sacerdos.nu.163.de pœn.dist.6. ubi ad id in casu simili allegat dictum sing. Innoc.in ca. quia verisimile.de præsumptio.

Annotatio Pegnæ.

Tridentino.) vide Nauarrum in manuali confeßariorum. c.27. nu. 271. Vnibertum in opere iudiciali. uer. absoluere.& Campeg. apud Zanchinum.cap.34.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inscriptio in accusatione de iure necessaria est.*
2 *Qua ratione à iure inscriptio fuit inuenta.*
3 *Publica fama excusat à pœna talionis liberat.*
4 *Dictum vnius testis à pena talionis liberat.*
5 *In crimine hæresis inscriptio minime necessaria est.*
6 *Inscriptio hodie non est de consuetudine, nisi in curia Romana.*
7 *Criminis in probatione deficiens puniendus est arbitrio iudicis.*

SINGVLARE. VI.

1  Ccusator † debet se inscribere ad pœnam talionis,& dare fideiussorem de lite prosequẽda.l.libellorum.l.si cui crimen.ff.de accusa.l.pe.C.eodem tit.l.qui crimen.C.qui accusa. non pos.cap.tuæ.de procur. capitulo,qualiter & quando.in secundo,ibi,nisi legitima præcedat inscriptio nullatenus admittatur. & capitulo,super his. de accusatio. capitulo,Paulum.capitulo,si quem pœnituerit.in princip.2.4.3.l.3.titul.nono,parte quarta.l.21.in fine.titul.1.par.7.l.5.titul.20.libro quarto, fori.ll.atque de iure diuino videtur esse pœna talionis, vt habetur Exodo. capitulo 21.ibi,oculum pro oculo, dentem pro dente, & Deuteronomi.capitulo decimonono. ibi, qui inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerit: vnde lex Taurina ultima in ordine, merito & maxima ratione orta fuit, ac ita illud Ouidianum intelligendum est: Nec enim lex iustior ulla,quàm necis artifices arte perire sua, ut doctissime explicat D.Soto de iusti.& iure.libro quinto.quæst.5.articu. 4. per totum il-

lum quartum articulum post Thom.2.2.quest.68. art. vlt.ideo concludit Iacobus de Siman.in Institu.catho. cap.62.num.35. quòd licet pœna talionis contra accusatorem non sit in vsu,tamen contra testes communiter est recepta,quia plus testis nocet accusato quàm accusator, & quia in maximum discrimen accusatum trahit, & vix se defendere possit, saltim maxima cum difficultate de testibus falsis & occultis:ideo testis falsus in crimine hæresis,meritò pœna talionis est puniendus:quod procedit,siue delictum sit publicum,siue priuatum.l.fin.ff.de priua.deli.l.fi. ff.de furtis. Ob id ergo
2 à iure fuit inuenta hæc inscriptio † ne facile quis prosiliat ad accusandum,cùm sciat non inultam calumniosam suam accusationem fore, vt his verbis inquit. d.l. si cui crimen,& dicit singul.Bal.in l.si tibi.in 2. per tex. ibi.C.de libe. caus. quòd ille qui in causa ciuili per calumniam trahit aliquem ad iudicium,potest de illa iniuria criminaliter puniri, vltra solutionem expensarũ, quod est notãdum. Sed optimum solet adhiberi remedium,quòd quando aliquis falsam accusationem proponit,vt non puniatur,vt probet quòd de illo crimine
3 erat publica vox in ciuitate † vel fama.& quòd audiuit ab amicis,uel consanguineis,uel personis fide dignis, ita Bar.in l.uerum.ff.de furtis.melius idem in l.fin. per
4 tex.ibi.ff.de hære.Insti. Et similiter dictũ † unius testis excusat à pœna talionis.Bald.in spe.tit.de accusa.circa finem refert Hippo.sing.47.incip.in ore duorum. Ve-
5 rum in crimine hæresis speciale est, † quòd inscriptio minimè est necessaria.l.apostatarum.C.de aposta. colligitur ex tex.in cap.fi.§.iubemus.de hære.lib.6.notat glossa, ubi alia delicta quæ inscriptionem non requirunt refert,in cap.super his.de accusa. gl. in summa.2.

quæst.8.

quæst.8.glo.in uerbo pagina.in d.l.qui crimen.in specie tenuit Gundissaluus de Villa. de hæret. quæst. 10. num.4.Iacobus Septim.in Institutio. catho.cap.4.numero.5.Et hodie fateor inscriptionem neque pœnam talionis esse in usu & cōsuetudine, prout affirmat Bar. in l.pe.§.ad crimen.nu.2.ff. de pub.iudic.& in l. si cui. nu.2.ff.de accusa.dicens,quòd tantum in curia Roma-
6 na † est in usu,Spe.ti.de libellorum concep.in prin.Sal. in d.l.qui crimen:ubi Ang. dicit, quòd iam recessit ab aula.idem Sali.per tex.ibi in Aut.sed nouo iure. C.de adulte.Alberi.in l.fin.C.de accu.Feli.in d.c. super his. nu.5.Couarru.lib.2.resolu.c.9.in prin. rationem scripsit Fel.in loco retro citato,quòd propter inscriptionē & pœnam talionis,multi ab accusando retrahebantur, & ita crimina remanebant impunita,sed hac consuetu-
7 dine non obstante,qui in probatione † criminis deficit puniēdus est arbitrio iudicis,vt proba.l.& in priuatis. fi.ad Turpillia.& d.c.super his.gl.in uerbo effectum.in c.tuæ.de procu.& Couarru. & alij tenuerunt in locis modo citatis.

SVMMARIVM.

1 *Accusator seu denuntiator non computatur in numero testium. nisi in crimine hæresis.nu.2.*
3 *Testis qui sponte se ingerit ad testificandum, est ut suspectus repellendus.nam testes debent esse rogati. 4.*
5 *Productio requiritur in testibus,licet non requiratur citatio.*
6 *Denunciare qui tenetur si se offert ad testimonium , non censetur suspectus.*
7 *Testis non repellitur, quando ei immediate & principaliter non acquiritur ius.*
8 *Capitulum in omni negotio. de testi. declaratur.*

9 *Verba generalia restringuntur secundum materiam subiectam.*
10 *Mantua Carpentana, vulgò, Madrid.*
11 *Delictum omne quod principaliter respicit offensam Dei est publicum.*
12 *Iniuria & offensa duplex oritur ex quolibet delicto, etiam priuato, parti. & Reipublicæ.*
13 *Maiestatem Diuinam longe grauius est lædere quàm terrenam.*
14 *Laicus non prohibetur accusare clericum de delictis famosis.*
15 *Fornicatio in clerico est crimen publicum, & eum quilibet parochianus poterit accusare.*

SINGVLARE VII.

1 ACCVSATOR † seu denuntiator in numero testium, in illa causa non computatur. cap. nullus.4.q.4. ca.forus.de verb.sign.sed qui
2 denuntiat † hæreticum in numero testium computari debet:id enim facere videtur zelo tantum fidei catholicæ.c.in omni negotio de testi. quem text. ita ibi intelligit Anto.de Butrio.& Abbas nu. 4.& Iac. Septi.in Instit.catho.cap.62.num.36. neque prædictis obstat reg.iuris notissima, quòd idem sit actor, seu de-
3 nunciator,& testis † qui sponte se ingerit ad testificandum,vt suspectus est repellendus. l. quæ omnia. & ibi Bart.ff.de procu. Aut.de testibus. §.si vero ignoti. ibi, festinantes. colum. 7. Bart. in Auten. sed nouo iure. col. 1.C.si cert. peta. & in l. quoniam liberi.in 1. C. de testi.latissime Hyppo. in l. vnius. § seruo.num. 6.ff.de
4 quæst.& testes † debent esse rogati. l. hæredes palam. §.in testamentis ff.de test.Auten.rogati.C.de testibus.
5 Ideo in testibus requiritur productio,† licet non requiratur citatio. Bald. in authen.sed nouo iure. col. 1. C. si cert.peta. vbi, inquit, testes esse producendos à

parte

parte:est glo.ubi Bart.in l.post legatum.§. is uero.ff.de his quibus ut indig.& optime Fel.in c.2.nu. 25. de testi.ubi nu.27.plurima referendo, inquit, quòd testis semper præsumitur rogatus & citatus: & qui tenetur
6 denuntiare † si se offert ad testimonium dicendum nõ censetur suspectus,vt egregie inquit Ioan. And. in ca. præterea.in 2.de iure patronat. Bald. in l. nouissime.ff. quòd fal.tuto.autho.Fel.in cap.ex parte.num.7.de testibus.nam si is qui denuntiat,non prætendit commodum,uel incommodum, laudem aut uituperium habere, ob id merito à testimonio non est repellendus, prout inquit Bal.in rub. ff. de rerum diui. uersic. nunc de quinto. quòd quando ex testimonio immediatè &
7 principaliter non acquiritur testificanti ius † non repellitur à testimonio. Bar. & Pau. in l. qui testamento. ff.de testamentis.tex.in cap. cum nuntius. & in c. insuper.de testi.ubi plenissimè docentes, præsertim quando sumus in materia,in qua agitur de peccato euitando,uel corrigendo:prout est nostra materia,testi denũtianti crimen & se offerenti plena adhibetur fides, &
8 iste est uerus sensus † ad d.c.in omni negotio: ubi, inquit,text.in omni negotio principalis persona dicens ueritatem de re sibi nota,rectissime habenda est pro teste,cui adhibito uno efficiuntur duos testes. Et illico subdit tex. Si peccauerit in te frater tuus, &c. Vbi de peccato corrigendo uel euitando agitur. Neque
9 prædictis obstat tex.in suo principio, dicens. In omni negotio,nam uerba † ista generalia limitãtur & restringuntur secundum materiam subiectam. glo.in uerbo omnes,in ca.si uero.in 1. de sententia excom. glo. 1.in c.nemo præsbyterorum.de symo. glo. in uerbo aliorum,in c.ut circa.de electio.lib. 6. glo.prima,ubi Bart.

Bal.

Bal.& Saly. in l.1.C.de sacrosan. Eccle.gl.in verbo vtilem,in l.1.vbi Bar.ff.de eo quòd certo loco.idem quod tex.in d.cap.in omni negotio. videtur probare text. in cap.iurauit.de proba.ibi,quidam iuramentis, & c.cum in tua. ibi,tibi denuntiet:&ibi debes iuramenta parentum sponte oblata.de sponsa.&cap.præterea,in 2.eod. tit.de spon.ibi,se deliquisse proponit. quæ iura probāt, quòd in numero testium denuntiator computatur,atque hanc regulam scripsit Ioan.de Imol.in d.cap.iurauit,in prin.de proba. Et Feli.in cap.2.num.23.in fin.de testibus.& Barba.in cap.nouit.nu.242.de iud.& Hyppoli.in sing.140.incip.testis qui offert se: ex quo infero optimam declarationem ad Pragmaticam primam in ordine Regni Castellæ, & ad legem Regiam factam
10 Toleti,anno 1525.& ad petitionem.26.Mantuæ † carpentaneæ,quæ vulgò Madrid nuncupatur,anno.1534. quòd blasphemans Deum & eius Sanctos, pro prima vice puniatur, ut sit in vinculis & compedibus per mensem : & si bis blasphemauerit, pœna exilij per sex menses puniatur:ac pro tertia vice blasphemātis lingua publicè figatur,nisi sit aliqua persona in dignitate constituta. Primus intellectus est,ad dicta iura regia, quòd quilibet de populo admittitur ad accusandum & denū-
11 tiandum iudici blasphemum:nam omne delictum † qđ principaliter respicit offensam Dei dicitur publicum. l. Arriani l.Manichæos.§.1.C.de Aposta. cap.in nonnullis de Iudæis:ita in specie affirmant Bart.in l.1.2.colam. ff.de publi.iudi.Bald.in l.reos,C.de accusa.Ang.in §.1. colum fin.Insti.de publi.iudi.Anania in cap.2.prope finem de maledicis. nam ex quolibet delicto etiam pri-
12 uato duplex iniuria & offensa † oritur , una parti , alia reipublicæ, & nulla parte offensa accusante proceditur.

contra

contra delinquētem tex. est sing. in l. licitatio. §. sed qđ illicite. ff. de publi. & vectig. l. 4. §. cum dominus. ff. de noxa. Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs, & in l. 1. §. nō vsque adeo. ff. de iniurijs. Sali. in l. ea quidem. num. 45. C. de accusa. optime Franciscus Aretinus in c. qualiter & quando. in 2. nu. 72. de accusationi. longè igitur grauius est diuinam quàm terrenam, seu temporalem læ-
13 dere maiestatem † vt hisce verbis, inquit, tex. in c. vergentis, de hæret. auth. vt non luxurientur homines contra naturam, in principio. colum 6. Sit secundus intellectus ad dicta iura regia, quòd is qui blasphemum denuntiat, pro teste habetur & in numero testium computatur, per omnia iura & rationes superius dictas: ex quibus idem censeo dicendum, quando laicus denuntiat clericum de aliquo delicto famoso, seu scandaloso, quòd is qui denuntiat pro teste idoneo iudicabitur, &
14 laicus † clericum de talibus delictis non prohibetur accusare. cap. præsumunt Prælati. 2. quæst. 7. cap. Paulus in 3. vbi accusatur quis à subditis de lapsu carnis: & c. si quis Episcopus eadem causa & quęst. vnde, inquit. Bal.
15 in c. ex parte, de testibus, quòd fornicatio † in clerico est crimen publicum, & quilibet de populo, dummodo sit parochianus, poterit accusare, ut Fel. & alij sequuntur ibi. num. 11. Sed quia ipsis rerum experimentis sæpissimè cognoui clericos à laicis accusari, non affectu charitatis & correctionis, sed ex odio, & ira: cum laici oppidò sint infesti clericis. cap. laicos. 2. q. 7. ca. clericis. de immunitate ecclesiarum. lib. 6. ideo non omnino laicis contra clericos adhibenda est fides, vnde tex. in d. c. qualiter & quādo, inquit, quòd accusatio Prælatorum non facilè admittenda est.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Accusator ab accusatione desistens qualiter sit puniendus.*
2 *Accusator si superueniat ante latam sententiam cessat inquisitio.*
3 *Remedium ordinarium præfertur extraordinario.*
4 *Accusatio quo casu non tollat inquisitionem.*

SINGVLARE VIII.

1 ACcusator male desistens in crimine hæresis ab accusatione, non est puniendus pœna hæretici, sed pœna calumniatoris, uel alia pœna arbitrio Inquisitorum. Ioan. Andre. Anto. Card. & Anania in cap. pen. de hæret. Bald. in l. fi. C. de accusatio. Iacob. Septiman. in Institu. catho. c. 4. & in cap. 61. num. 35. quod aliter est in alijs criminibus. l. si cui crimen. ff. de accusa. cap. si non probauerit. 2. q. 3. l. 21. in fi. tit. 1. par. 7. lib. 5. tit. 20. lib. 4. fori. Accusatore
2 † superueniente ante latam sententiam cessat inquisitio. l. si maritus. §. si ante extraneus, ubi Bart. num. 2. ff. de adulte. l. si cui crimen. §. eisdem criminibus. ff. de accusa. idem Bar. in l. penultima. ff. de suspectis tutoribus. Dyn. in regula, factum legitimè. in fine. de reg. iur. lib. 6. late Angel in tractatu malefi. in verbo. Inquis. colum. 9. 11. versic. quæro an inquisitus possit, quia accusatio
3 † vtpote remedium ordinarium præfertur Inquisitioni, quod sanè remedium est extraordinarium. l. in prouinciali. in prin. ff. de noui ope. nuntia. sed singulare est in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanę, quòd ac-
4 cusatio † Inquisitionem non tollit. Ang. in l. ea quidem C. de accusa. & in l. 1. §. 1. ff. de rei vendi. Martinus Laudensis, de crimine læsæ maiest. q. 4. Bernar. in addi. ad Ang. ubi sup. qui allegat. c. per hoc. de hære. lib. 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Criminosus criminosum accusare non potest.*
2 *Hæreticus hæreticum accusare potest.*

SINGVLARE. IX.

1 ACcusare criminosus † criminosum nõ poteſt. cap. qui ſine. cap. poſtulatus. 3. q. 7. cap. 1. de accuſa. l. criminis. C. qui accuſa. non. poſ. l. 3. & 4. ti. 1. par. 7. nã qui trabem geſtat in oculo. ſuo, feſtucã de oculo fratris nõ poterit eruere. c. multi. j. q. j. c. q̃ crimẽ. 6. q. j. c. cũ eccleſiaſticę de exce. l. ſi vxor. §. iudex. ff. de adul. vnde dicit Tullius in Tuſculanis, ſtultitiæ proprium eſt, aliorum vitia cernere, & ſuorũ obli-
2 uiſci. Sed ſingulare eſt, quòd hæreticus † cum ſit criminoſus, hæreticum accuſare poteſt. cap. ſi hæreticus. 2. q. 7. glo. 1. in cap. ipſa pietas. 23. q. 4. expreſſe Gundiſ. de Villa. de hære. q. 10. num. 4. ne huiuſmodi delictum tam enorme propter defectũ accuſatoris impunitum remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Inimicum accusare quando quis possit uel non.*
2 *Inimicus inimicum accusare potest in crimine hæresis.*
3 *Commissa in diuinam religionem omnium iniuriam respiciunt.*

SINGVLARE. X.

1 ACcuſare † ſuum inimicum quilibet prohibetur, ẽt ſi crimen ſit notorium, niſi ſuam uel ſuorum proſequatur iniuriam. ca. cum .p. manconella. cap. meminimus. c. veniens

de

de accusa.l.qui accusare.ff.eo.tit.sed in crimine hęresis,
2 inimicus† inimicum accusare potest. Archid.in c.accusatus.nu.4.de hæreticis.lib.6. Ioan. Nicolaus de hære. not.10.inci.non ignoras, ubi allegat Andream de Iser. idem tenentem. Idem tenuit Fran. Squilacen.de fide catho.cap. fin. ratio est secundum eum, quia bono animo & zelo fidei uidetur accusare, & suam propriam accusationem censetur prosequi, nam ea quæ in religio-
3 nem diuinam committuntur, † omnium iniuriam respiciunt. vt dicit l. Manichæos. §. 1. de hæret. l. 2. C. de aposta. & illius dissimulare non debemus opprobrium qui probra nostra deleuit, ut his verbis inquit text. in c. in nonnullis in fi. de Iudæ. auth. vt non luxu. homi. contra natu. §. 1. colum. 6. Ideo hoc crimen est publicum, vt latè dicitur in hoc tractatu singulari. 51.

SVMMARIVM.

1 *Accusare quilibet potest. Fallit in hæretico uel pagano.nu.2.& in prohibitis.3.& qui sint prohibiti.4.*
5 *Iudex ex officio poterit repellere accusatorem non idoneum, & prohibitum accusare.*

SINGVLARE. XI.

1 ACcusare † quilibet potest dummodo expressè à iure non prohibeatur. l. qui accusare. ff. de accusa. in princ. Insti. de publi. iudi. lib. 2. tit. 1. par. 7. lib. 1. tit. 20. lib. 4. fori. ll. sed hære-
2 ticus † uel paganus ab accusando repellitur. c. 1. 4. q. 1. cap. paganus. cap. alieni. 2. q. 7. Lud. Carre. de hæret. §. nunc de pœnis. num. 2. late Iacobus Septi. in Insti. cath. c. 45. num. 17. lib. 2. tit. 20. lib. 4. fori, quæ lex refert alias
perso-

personas prohibitas accusare,& d.l.2.titu.1.par.7.& c.
3 prohibentur.2.q.1.& 24.personas † prohibitas accusa
re refert glos.magistra.in rub.C.de his qui accusa.non
4 pos.Spe.ti.de accusa.§.j.30.personas † refert Alber.de
Gandi. in tractatu maleficio.rubr. qui accusa. pos. uel
non. & 50.Alcia.in sua practica.fol. 130.cum sequenti-
5 bus,& iudex † ex officio poterit repellere accusatorem
non idoneum & prohibitũ accusare. l.quos prohibet.
ff.de postulan.cap.alieni.2.q. 7. notatur per gl. & doct.
in cap.nulli episcoporum. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Accusare parentes, filijs non permittitur.*
2 *Filij, parentes suos hæreticos denuntiare possunt.*
3 *Filijs licet occidere parentes patriam oppugnantes.*
4 *Ponitur concordia inter opiniones diuersas.*
5 *Filij denuntiantes parentes hæreticos, liberantur ab infamia, & ab alijs pœnis contra filios hæreticorum statutis.*
6 *Pater hæreticus à filio delatus, mitius puniendus est.*
7 *Filius delinquens a patre iudici præsentatus, non ordinaria sed extraordinaria pœna puniendus est.*

SINGVLARE. XII.

1 ACcusare parentes, filijs non est permissum.l.hi
tamen.in prin.ff.de accusa.l.fin.& pe. C.qui ac
cusa.non pos.l.fin.C. de in ius vocan.l.2.tit.1.
par.7.lib.2.tit.20.lib.4.fori.natura quippe abhorret vt
filij sint accusatores parentum. Sed in crimine hære-
2 sis singulare uidetur, quòd filius † suum patrem, etiam
occultum hæreticum Inquisitoribus denuntiare tene-
tur, ut affirmat Alfon.Cast.lib. 2.de iusta hæreticorum
punitione.cap.fin. Pala.Rub.in rep.c.per uestras.§.17.
num.6.

nu.6.& 7.fol.65.de dona.inter virum & vxorem, quia potius Deo quàm parentibus obediendum est.cap.relatum de sententia excommunicationis. cap. quisquis
3 metu.11.q.3.nam si pater † oppugnat patriam, filio licet eum occidere.l.minime.ff.de relig.& sumpt.fune.li.12.tit.18. par. 2. multò ergo magis tenebitur patrem oppugnatorem fidei catholicæ : & hæc opinio fauore fidei verior mihi videtur, quanquàm subtiliter Iacob. Septiman.nonnullis rationibus & fundamentis motus teneat oppositum:sed forsitan hæc cócordia,inter prędictas diuersas opiniones potest dari : quòd si pater filium ad peccatum inducebat, & eum aliquam doctrinam uel sectam prauam docebat, prout faciebat Leonogildus rex Gothorum,in hoc casu prima opinio procedat,alioquin secunda opinio Iacob.Septiman.Instit. catho.cap.29.nu.10.in quo loco nu. 6.affirmat vnum
5 satis singulare, quòd filius † denuntians patrem hæreticum liberatur ab infamia, & ab alijs pœnis contra filios hæreticos statutis: prius hoc tenuit Alfon. Castr. lib.2.de iusta hæreticorum puni.cap.fi. & Pala.Rub.in repe.c.per vestras.§.17.nu.17.fol.65.allegando extrauagantem Federici,de dona.inter uirum & vxoré,quia ille qui charitatis feruore,ac zelo fidei & religionis, suo patri non pepercit,præmio quidem dignus est: his annecti potest decisio tex.sing.in l.quisquis.§. fin. C.ad l. Iulia.maiest. quòd si quis reuelat statim cóiurationem uel tractatum in mortem principis, etiam si sit particeps,liberatur,& præmium consequitur : concordat.c. si quis Papa.79.dist.& cap. siquis cum militibus.6.q.1.
6 & l.5.titu.2.par.7.& quando pater hæreticus † delatus est à filio Inquisitoribus,uel econtrà,mitius puniendus est,ut affirmat Alfon.Castreń.& Iaco.Septima.in locis

retro

retro citatis, prout in casu fere simili decidit Iurisconsultus Martianus in l. milites agrum. §. desertorem. ff.
7 de re mili. ꝙ si filius † commisit delictum morte dignū & pater eum iudici deferat, filius non morte, sed alia mitiori pęna, vt putà exilij puniendus est: quam. l. dixit sing. Pau. & Sali. in l. propter insidias. C. de his qui accusare nō possunt. ubi referunt dictam. l. habuisse in actu practico: & Ang. in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adult. Iaso. in l. j. nu. 4. C. de his quibus vt indig. Fel. in c. quærenti. nu. 6. de offi. deleg. & in c. accusasti, nu. 4. de accusa. Hyppo. in l. 1. §. ad quæstionem. nu. 16. & in l. vnius. §. seruus. nu. 7. ff. de quæstio. Ioan. Neuiza. latè in sua sylua nuptia. fol. meo lib. 19. col. 1. & 2. Pala. Rub. in cap. per vestras. §. 17. nu. 4. fo. 65. col. 1. de don. inter virum, & vxorem. Cępolla cautela prima in ordine, vbi affirmat allegando Pau. Cast. & Sal. in d. l. propter insidias. dictum. §. desertorem. habere locum in crimine læsæ maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum quilibet accusare potest.*
2 *Commissum in Diuinam religionem in omnium fertur iniuriam.*

SINGVLARE XIII.

1 Accusare † hæreticum quilibet de populo, cuiusq; sit conditionis, de iure potest. c. præsumunt. 1. q. 7. c. nos sequens. 6. q. 1. l. 2. tit. 26. p. 7. Gundissal. de Villa. de hære. q. 10. num. 4. cum sit crimen publicum, &
2 quod in religionem diuinam committitur, † in omniū fertur iniuriam. l. Arriani. l. Manichæos. §. 1. de hæret. l. 2. C. de aposta. tex. in c. in nonnullis, de iudæ. inquit, ꝙ

non debemus dimittere inultum opprobrium illius qui peccata nostra deleuit, & longè grauius est diuinam, quàm temporalem offendere maiestatem. c.vergentis.de hære. Authen.vt non luxurientur homines contra naturam.in principio.col.6.

SVMMARIVM.

1 *Actor sequitur forum Rei.*
2 *Iudæus siue actor sit siue Reus, conueniendus est coram iudice christiano.*

SINGVLARE. XIIII.

1 Actor †siue in reali, siue in personali actione, sequitur forum rei.l.2.C.de iuris.om.iud.l.fi.C.ubi in rem actio.c.cum sit generale. de foro compe.c. si quis-
2 quam.11.q.1.l.32.tit.2.p.3.sed iudæus, † siue actor siue reus sit, coram iudice Christiano conueniendus est, & non coram suis senatoribus, vt dicit.l. si qua inter Christianos.l.iudæi.in prima.C.de iudæ. & vltra hanc fallentiam ad dictam regulam.8.scripsit Soc.in reg.15. incipit, actor regulariter, & 14. fallentiæ habentur in d.l.32.tit.2.p.3.

SVMMARIVM.

1 *Officiales inquisitionis non possunt sui laboris rationem petere, nisi liberaliter aliquid eis ab inquisitoribus fuerit latum.*
2 *Assessor spe præmiorum inuitandus est.*
3 *Iudex ordinarius quando possit pro labore aliquid petere uel nõ.*
4 *Iudex ordinarius, nec etiam de consuetudine, ecclesiasticus, pro sententia potest aliquid recipere, secus in delegato.*
5 *Iudici licet a litigantibus recipere esculentum & poculentum.*
6 *Sumptibus suis laborare nemo cogendus est.*

SINGVLARE XV.

1 ADuocati † & aſſeſſores & alij literati & periti, qui in cauſis fidei ſimul cum Inquiſitoribus aſſiſtunt non poſſunt aliquo modo petere rationem ſui laboris, niſi liberaliter aliquid ab Inquiſitoribus fuerit datum: quia negotium fidei quilibet gratis tenetur defendere. Ioan. Andre. Domi. & Fran. in cap. ut commiſſi. §. aduocandi. de hære. lib. 6. Fran. Squilacen. de fide catho. cap. 39. incip. Item Inquiſitores. Iacob. Sep. in Inſti. catho. cap. 41. num. 10. quod aliter eſt in alijs aſſeſſoribus aliorum negotiorum citra cauſam fidei. l. diem functo.
2 ff. de offi. aſſeſ. l. 1. C. de aſſeſſo. quæ lex diſponit † quòd ſpe præmiorum inuitandus eſt aſſeſſor. tex. in cap. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. & conſtitui debent mercedes aſſeſſoribus & aduocatis iuxta qualitatem cauſæ & partium conditionem & facundiam, & peritiam aſſeſſorum, ac loci conſuetudinem. l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs & extraordi. cogni. vnde inquit text. fin. in cap. non licet 11. quæſt. 3. cuius textus uerba ſequentia ſunt, non licet iudici uendere iuſtum iudicium, & ſi liceat aduocato uendere iuſtum patrocinium, & iuriſconſulto rectum iudicium. ex quo text. apparet non licere iudici aliquod ius uel ſalarium pro ſententia proferenda recipere, ſed gratis omnibus æqua lance iuſtitia exhibenda eſt: ita notat glo. magna in fine in d. c. non liceat. dicens, ordinarius iudex pro reddenda iuſtitia non poterit expenſas aliquas petere, quando ei certi redditus ſunt ſtatuti, neq; ratione ſeu prætextu ſportularum ordinarius aliquid pro labore poterit petere: iuxta gloſſ. ſing. in uerbo, præter expen-

ſas, in cap. ab omni ſpecie mali. de uita & honeſt. cleri. allegando text. in Auth. de mandatis principum. §. ſit tibi quoque. colla. 3. uſque adeo id uerum eſſe teſtatur Ioan. And. in Clem. ſtatutum, in uerbo, ex iuriſdi-
4 ctione. de elect. quòd neque conſuetudine † poteſt introduci, quòd iudex ordinarius eccleſiaſticus pro ſententia aliquid poſſit recipere, ſecus in delegato, quàm concluſi onem ſequitur Cardinal. Anto. de Butrio. & Panormi. in d. cap. cum ab omni ſpecie mali. & Bonifa-
* cius de Vita. in d. cle. ſtatutum. col. penul. Fel. in cap. ad apoſtolicam. de ſymonia. Syluester in uerbo, iudex. in prin. q. 8. & hanc fatetur eſſe communem opinionem Ludo. Roma. in ſing. 180. incip. tu ſcis quòd ius canonicum: & Aegidius Boſſ. in practica criminali. tit. de officialibus corruptis pecunia. num. 3. cum ſequentibus. Non me latet contrariam ſententiam & opinionem tenuiſſe, gloſſ. in uerbo, caſtrenſe. in le. fori tui. C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum. & glo. in uerbo præbitis. in authen. offeratur. C. de litis conteſta. Hoſt. Henricus, & Cardi. in d. cap. cum ab omni. & Iaſ. qui hanc affirmat eſſe magis communem opinionem in §. triplici. col. penul. Inſti. de actio. quæ concluſio mea ſanè ſententia iuuari poteſt ſequenti ratione. Nam ſi
5 iudicibus † licet de iure etiam à litigantibus xenia eſculentum & poculentum recipere, in modica intelligo quantitate. l. ſolent. in fine ff. de offi. proconſu. & lega. l. plebiſcito. ff. de offic. præſi. cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. libro 6. Multò magis eis licet ratione laboris pro ſententijs proferendis: maximè ſtante con-
6 ſuetudine: nam nemo cogendus eſt ſuis ſumptibus † laborare. c. cum ex officij. de præſcrip. c. cum ſit Romana, de ſymonia. & dignus eſt mercenarius mercede ſua

cap. 1.

cap. 1. de sepult. c. præcariæ. 10. q. 2. & datur præmium propter onus & laborem. tex. sing. in l. 2. C. de of. magistri officiorum. ibi, is cæteros antecedat quem stipendia longiora, & labor prolixior fecerit anteire. gloss. in cap. cum dilecti, in uerbo digniores. de electio. glos. ubi doct. in uerbo literatas, in cap. de multi. de præben. Godie uerò in prima Instructione Hispalensi. cap. 16. statutũ est, quòd detur iustum salarium aduocatis de bonis hæreticorũ, si sunt soluendo, alioquin de bonis fisci.

SVMMARIVM.

1 *Literatus quilibet potest esse ad uocatus.*
2 *Partistę in Regno Castellę qui sint.*
3 *Hęretici uel infideles, licet iurisperiti, non possunt postulare.*
4 *Aduocatorum officium est honorificum & laudabile.*
5 *Hęretici uel iudęi non possunt habere honores uel dignitates.*

SINGVLARE. XVI.

1 ADuocatus † quilibet literatus & peritus esse potest. l. nemini. C. de aduoca. diuers. iudi. l. 1. ff. de postu. lex. 2. titul. 6. par. 3. quæ. l. regia hoc ampliat etiam si non sit in iure peritus, si habet peritiam causarum, & est versatus in consuetudine fori, potest postulare: & per illam. l. in Regno Castellæ, quamplurimi iuris communis satis imperiti,
2 qui Partistæ † vulgari nomine vocantur, aduocare permittuntur: nam Bartol. in l. 1. ff. de varijs, & extraordi. cogn. inquit, quòd nullus potest esse aduocatus, nisi studeat saltim per quinquennium in iure canonico, vel ciuili: quem sequitur Abbas in rubri. de postula. in fine. & Petrus de Rauena in Alpha. aureo, in uerbo

aduocatus: de qua re est lex expressa in d.l. nemini. gl.
3 in l.2.tit.6.p.3.sed hęretici, † uel infideles quantumcunque iurisperiti non possunt postulare. l.fi. C.de postulan.auten.credentes,in fine. C.de hære.c.credētes, eod.tit.gl.2.in authen.de priui.dotis.hære.mulie. pręstan.in prin.col.8.c.nulla officia.54. dist. & in directorio Inquisitorum.c.123.in fine. par.3.quod hodie meritò ampliatum est,ut in 3. Institutione Pinciana.c.11.
4 sub pœna ibi posita: quia officium † aduocatorum est honorificum:& laudabile. l. laudabile. C.de aduocatis diuerso.iudi.l.aduocati.l.sancimus.in prin.C.de aduo.
5 diuer.iudi.& cum honores & dignitates hæretici,† uel iudæi non posśint habere.l.fi. C.de iudæ. c.2.§.filij autem.c.statutum. de hære.lib.6.ideo merito neque officium postulandi habere possunt.

SVMMARIVM.

1 *Affectus non secuto effectu non punitur.*
2 *In crimine hæresis, solus affectus punitur.*
3 *In atrocibus delictis conatus punitur.*
4 *Mandans fieri homicidium punitur vt homicida.*

SINGVLARE. XVII.

1 AFfectus † regulariter non punitur non secuto effectu.l. qui falsam monetam. ff. de falsis.l.cogitationis.ff.de pœnis. c. cogitationis pœnam.de pœni.dist.1. l. 2.tit.31.
2 p.7.sed in crimine hæresis, † solus affectus non secuto effectu punitur: sola enim uoluntas, seu animus facit aliquem hæreticum: & si de tali uoluntate per propriam

priam confeſsionem inquiſitoribus conſtat, tales hæreticos poſſunt inquiſitores punire, in pœnis etiam temporalibus. c. excommunicamus, in 1. §.credentes de hære.l.quiſquis.C.ad l.Iulia.maieſta. gloſſa in parte eo ipſo,in clem. 1.§.uerum.de hære.Ioan. And. in cap. 1.num. 11.de homicid. lib. 6. Bald.in l. ſi quis non dicam rapere.in prin.C. de Epiſ. & cleri.Anania.in cap. ſi quis epiſcopus.num.4.de hære. & in cap. conſuluit. de uſuris,Peru.in cap.1. num.6. de ſumma tri. & fide catho.& Fel.in ſuo tractatu, quando ſolus conatus ſine affectu puniatur.col.2.Hypp in d. l. qui falſam monetam.nu. 13.Ludo. Carre.de hære.§. uerſa autem vi-
3 ce.nu.4.quia in atrocibus † delictis ſolus affectus non ſecuto effectu punitur.ſing.eſt gl.in parte cogitatione. in l.præſenti. C. de his qui ad eccleſi. confu. quæ allegat.l. 1.ff.de extraordi.cogni.& d.l.quiſquis. quam gl. dixit eſſe peregrinam. Fel. ubi ſupra ,uerſi. fallit. 4. & Hyppo.in d.l.qui falſam.num.7.idem tenuit Bald.per tex.ibi in d.l. ſi quis non dicam rapere. Roma. ſingul. 570.incip.ſi teſtes aliqui. Ioan. Nicola. de hære. nota. 9 gl. in l.fin.tit. 27. p. 7. quia multoties ſolus conatus punitur : videlicet in eo qui conatur iudicem pecunia corrumpere, punitur acſi corrupiſſet. l. generaliter.ff. de calumnia. Bald. expreſsè in authen. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudi. allegando. l. Imperatores.ff.de iure fiſci. ſequitur Hyppo. in l. prima, §.diuus Adrianus.numero quarto.ff.ad l.Iul.de ſicari,s. vbi ſimiliter affirmat plures doctores : referendo , ꝙ man-
4 dans † fieri homicidium,punitur ut homicida, non ſequuto homicidio.Et idem de illo qui dedit pecuniam pro homicidio perpetrando.& hoc in ſpeciali uidẽdus eſt Fel.in cap. 1. de præſcrip. qui regulam. & 8. fallen-

tias scripsit. & in d. tractatu, quando solus conatus sine effectu puniatur. Optimè Thomas Gram. in decisione. 2. per totam illam decisionem. & regu. & 10. fallentias scripsit Matthæns de Afflictis in constitutionibus Neapoli. lib. 1. rub. 11.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta post capitale crimen commissum ualida est.*
2 *Alienatio facta post delictum hæresis est nulla.*
3 *Inquisitores emptoribus prætium restituere non tenentur.*
4 *Prætium restituendum est si præsens est, uel in utilitatem conuersum.*
5 *Emens à pupillo quando non teneatur restituere, nisi sibi soluatur prętium.*

SINGVLARE. XVIII.

1 ALienatio † facta post capitale crimen commissum, ualida est. l. post contractum. ff. de dona. l. reo criminis. l. sed nec. ff. de solu. Singulare uerò est in crimine hæresis, quòd alienatio bonorum
2 facta ab hæretico post delictum hæresis commissum, est ipso iure nulla. cap. cum secundum leges, de hære. li. 6. l. Manichæos. C. de hære. l. donationis. §. perfectè. ff. de don. l. fi. C. ad l. Iul. maie. l. 2. tit. 2. par. 7. li. 4. in fin. tit. 26. par. 7. qđ adeo uerum est, ꝙ bona hæreticorum ipso iure confiscantur, à tempore commssi delicti, quòd huiusmodi bona per iudices ecclesiasticos uendicantur à manibus posses. etiam si per mille annos talia bona sint alienata, nullo dato prætio. Ita Archid. Ioan. And. Ancha. & Domi. in d. ca. cum secundum leges. Bertachi. in tracta. de episcop. 4. parte. nu. 120. Bal. in l. fi. §. fi nu. 6. C. commun. de lega. dicens: ꝙ quando Inquisitores re-

vocant alienata per hæreticos, † non tenentur emptoribus ad pretium:latè And.Tiraqu.in rep.l.si vnquàm, in verbo reuertatur.num.267.C.de reuoc. dona.quia, alienans non habuit ius alienandi, uel vendendi : ideò contra possessorem agitur.l.in causæ. in prima.§.fin.ff. de mino. vbi in integrum restitutio tanquàm actio in rem scripta contra possessorem pertinet,non dato prætio à minore. l. si quis sub hoc pacto.ff.de contrahen. emptio.ubi si hoc pacto,ne ancilla prostituatur,vendita sit,& contrà factum fuerit,inquit.d.l.quod primo venditori vendicandi potestas est: etiam si per plures emptores mancipium concurreret : ad idem. l.in ciuile.C.de furtis.l.si mancipium.C.de rei.vendi. lib. 4.tit.1.par.7. lib.6.tit.13.lib.4.fori.lib.78.stili.quòd emens rem alienam,eam tenetur restituere,neque pro pretio eam po
4 terit retinere : sed si prætium , † vel aliquid loco prætij inter bona hæreticorum inueniantur, vel in vtilitatem hæreticorum prætium fuit conuersum , in his casib. ab Inquisitoribus pretium restituendum est:aliàs, non.Ita Archid.Ioan.And.& Domi.in d.cap.cùm secundum leges.Bar.in l.Imperator.ff.de iure fisci.& in l.si debitor. in fine.ff.quæ in frau.credi.Bertachi.ubi suprà. & satis eruditè Iac.Septi.in Insti.catho.cap.9.num.22.cum sequen.facit.l.si cum dotem.§.fin.cum l.sequenti.ff.solu.
5 matrimo.l.fin.C.de vsucap.pro emp.vbi emens † à pupillo non tenetur rem restituere, donec prætiũ sibi soluatur:quando pupillus factus fuit locupletior, uel pecunia erit præsens , vel in vtilitatem pupilli versa,circa ea quæ suprà.Ioan.Andre.& Archidia.affirmant,quòd talia bona alienata per mille annos non praescribuntur. Semper de hoc dubitaui propter tex.in cap. fin. §.fi.de præscrip.lib.6.& propter ea quæ Abb.scripsit in c.cum nobis.nu.7.de præscr.

SVM-

SVMMARIVM.

SINGVLARE XIX.

1 Appellatio † tam in ciuilibus quàm criminalibus causis, siue paruis, siue magnis permissa est. l. litigatoribus. l. & in maioribus. C. de appella. lib. 3. in fine. C. de pœna iudi. qui malè iudica. cap. de appellationibus pro causis, de appella. cap. ad Romanam. 2. quæst. 6. lib. 13. tit. 23. par. 3. quia appellandi vsus est frequens, & nimis necessarius, cum iniquitatem vel imperitiã iudicis (à quo) tollat, ut his uerbis, inquit Vlpianus in l. 1. ff. de appella. l. prefecti. ff. de mino. cap. ad nostram. de appella. cum sit appellatio
2 † quædam defensio, & releuamen oppressorum. c. suggestum. cap. cum speciali. §. porro. de appella. cap. cum inrer. cap. significauerunt. de exceptio. unde dicit Ioan. Andr. in cap. fi. de appella. lib. 6. hauc defensionem appellationis esse de iure naturali. Abb. in cap. 1. num. 2. de rescrip. Feli. in cap. si diligenti. nu. 7. de foro compe. & sing. dicit Alex. cons. 97. viso themate. in prin. vol. 6.
3 quòd hoc remedium appellationis, † est remedium fauorabile, & æquitatem sapit. l. non tantum, & l. serui. ff.

de

de appella.& cap.ad nostram.de appell. Ideo in dubio fieri debet interpretatio in fauorem appellationis, ut concedatur, uel quòd non sit deserta. Spec. titu.de appella.§.nunc dicamus.in princ.Bar.in l.1.ff. nihil noua. appellatio.pen.Alex.in d.cons. 97. ideo iudex qui non detulit appellationi puniendus est iuxta negotij qualitatem.l.quoniam iudices.C.de appella.ubi Bal.optime distinguit:& in l.addictos.C.de epis. audie. tex. in c de priore.ubi docentes, de appella.& in l.fin ff.de varijs & extraordi.cogni.Nicola.Boerius decisione. 153.incip. certum est.nu.4 cum sequentibus. Sed singulare est
4 in crimine hæresis, † in quo non admittitur appellatio à sententijs diffinitiuis, ne diutius prorogentur, quia cum magno consilio & deliberatione proferuntur.ca. ut Inquisitionibus.ibi, non obstantibus appellationib. seu proclamationibus, de hære.lib.6. & ibi Arch.Ioan. And.Domi.& Fran. Anania in cap. ad abolendam:ubi Felin.num.3.de hære.Idem Felinus in cap.ad probandum. in princ. de re iudi.in Directorio Inquisitorum, par.3.cap.117.Ludo.Carre.de hære.num. 129.Franc. Squilla.de fide catho.cap.45.Gundiss. de Villa. de hæret.q.17.in prin.& q.22.in fine, ubi allegat Archid. ubi supra.Iaco.Septi.in Instit.catho.cap.6.in principio.ubi omnes concludunt, in hoc crimine à sententijs interlocutorijs, & non à diffinitiuis appellationem admitti, & Gundi.de Villa.ubi supra.q.19.nu.3. affirmat idem esse in fautoribus & receptatoribus: quibus etiam appella-
5 tionis remedium est interdictũ: quia appellationis † remedium ad præsidium innocentiæ fuit institutum, & non ad defensionem iniquitatis.c. cum speciali.§.porrò.cap.suggestum.cap.ad nostram.de appella.sed in Hispania Inquisitor generalis, cum sit legatus ad uniuer-
sitatem

sitatem causarum, & Inquisitores ab eo eliguntur, ad
6 eum & eius Consiliarios appellatio † interponitur, iuxta formam quæ Inquisitoribus traditur. arg. tex. in l. imperatores. ff. de appella. cap. super quęstionum. §. porrò de offic. deleg. casus in quibus appellatio non conceditur à iure
7 † habentur in l. obseruare. C. quorum appel. non recip. & in lib. 16. & 17. tit. 23. par. 3. & 22. casus refert Ludo. Carre. in practica crimina. §. 1. cum sequentibus & plures, Robertus Maranta. in sua practi. 6. parte. nu. 255. & 31. casus in quibus à iure denegatur appellatio refert Soc. in reg. 40. incip. appellatio in qualibet causa, & 33. casus scripsit Hyppo. in l. unica. nu. 138. cum sequen. C. de raptu virg. & 121. congessit Antonius Nicellus in concordantijs, glos. concordantia. 6. à num. 15. vsque ad finem: & in prædictis casibus in quibus appellatio à iure denegatur, iudicis officium potest implorari: & ita per viam quærelæ comparere coram iudice superiori, ut rescindatur sententia. Bal. in l. fi. nu. 44. C. de edicto diui Adri. tollen. Ias. in l. arbitrio. nu. 7. ff. qui satisdare. cog. & in l. nemo potest, nu. 19. post
8 Barto. ibi. ff. de leg. 1. nam lex, † vel statutum excludens appellationem, non uidetur excludere officium iudicis l. planè. & l. fin. & vtrobiq; Bald. & Angel. ff. de peti. hæret. Ioan. de Imol. in c. 2. de proba. Alex. in l. iubemus. C. de iud. Ias. in l. vbi pactum. num. 13. C. de pactis. & in l. 1 num. 9. ff. de iurisd. omnium iudicum. Hyppol. in l. vnica. num. 166. C. de rap. virg. & in practi. cau. crimi. §. opportune. num. 52. cum sequentibus, & in sing. 88. incip. stante statuto, & ita potest intelligi, & optimè declarari. l. 6. titul. 16. lib. 3. ordi. & l. fin. tit. 8. lib. 3. ordi. & l. 64. tauri. & l. 5. tit. 3. li. 7. ord. & alia iura similia regia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæretici à iure sunt prohibiti esse arbitri uel arbitratores.*
2 *Arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta.*

SINGVLARE. XX.

1 ARbiter, † vel arbitratores esse hæretici, à iure sunt prohibiti. Auth. credẽtes. C. de hære. l. quoniam multi. C. eod. titu. expresse Ioan. Baptista in tractatu, de arbitris. lib. 4. cap. 9. Nam cum iura prohibeant hęreticos iudices esse, ut in d. authen. credentes. cap. fi. de hære. cap. cui est illata. 11. quæst. 3. cap. nulla officia. 54. distin. cap. consti tuit. 17. q. 4. per consequens, & arbitros, arbitria enim
2 † ad instar iudiciorum sunt redacta. l. 1. l. quamuis. l. idẽ Pomponius. §. 1. ff. de recep. arbi.

SVMMARIVM.

1 *Arma portare de iure prohibitum est.*
2 *Malum animum præsumitur habere, qui arma portat.*
3 *Aßistens armatus auxilium maleficio præstare præsumitur.*
4 *De iure Regio vnusquisque impunè ensem potest secum ferre.*
5 *Declarantur quædam iura regia. & quid sit cimbalum.*
6 *Delictum commissum post sonum companæ est grauiori pęna puniendum.*
7 *Apprehensio realis requiritur, ut aliquis propter delationem armorum puniatur.*
8 *Familiares hæreticæ prauitatis in quocunque tempore arma prohibita impunè possunt portare.*
9 *Vsus armorum in familiaribus limitatus est hodie.*

SIN-

SINGVLARE. XXI.

1  Rma portare † cuilibet de iure interdictum est.l. 1.ubi Bart.& Ang.ff.ad l. Iulia.de vi publi.l.unica,ut armorum vsus insciо princ. interdictus sit.li.11. auth.de armis.§.si autem. colat.6.glos.in rub.C.de fabricen.lib. 11.capitu. 1.§.si quis rusticus.de pace tenen. & eius viola. in vsibus feu. vbi inquit tex.si quis rusticus arma, uel lanceam portauerit,uel gladiũ, iudex in cuius potestate repertus fuerit,uel arma tollat,uel 20.solidos ꝓ ipsis recipiat. l. 33. tit. 13.lib.2.ordi. Abb.in cap.clerici, in princ.de uita & honest.clerico.Rom.in l.3.§.utrum. ff.ad Sillania. & in sing.263. incip. prohibitum est arma portare. Ias. in §. ex maleficijs.nu.81.cum sequentibus.Inst. de actio.latè Hyppol.in practi.crimi. §. pro complemento. Paris de puteo in tracta.syndi.in uerbo, mandauit rex, fol.meo lib. 104.unde dicit glos.sing. in uerbo mercator,in d. §.
2 si quis rusticus,quòd portans† arma præsumitur habere malum animum,nisi ea portet ligata:quã gl.ibi Bald. dicit esse sing.& Guido Papæ in tracta.de præsumptio. num.105.Ias.in §.ex maleficijs num.80.Instit.de actio. & Hyppol.in d.§.pro complemento, num. 41.hinc est quod sing.dixit Innoc.in cap. fin. de cleri. percu. quòd
3 præsumitur auxilium præstare maleficio assistens † armatus,licet arma non moueat, neque extrahat: quod dictum tanquàm sing.sequitur Bal. in l.raptores. num. 6.C.de epis.& cleri.& in l. 1.num.6. C. de serui.fugi. & in l.data operа.num. 17.C.qui accusa.non pos.Ana.in cap.si perfodiens,de homici.Feli.in cap. sicut dignum. §.illi autem.num.5. ubi ad hoc ponderat ibi tex. de homi.Petrus de Rauena,in Alpha. aureo,in uerbo arma. fol. 6.

fol.6.colum.3.Cæpolla consi.crimin.2.super casu.nu.
3.Hyppol.in l.vnica.num.180. ubi alios prædictum di-
ctum Innocen.commendantes refert.C.de rap.virg.&
in l.si in rixa.num.40.ff. de sicar. huic proximum est di-
ctum notabile Bart.in l.3.§.armis,in fine.ff. de vi & vi
arma. quòd ille qui habet arma ad latus, licet manum
ad ea non ponat,dicitur intulisse vim cum armis,quod
sequitur Rom.sing.522.incipit,insultus. Maria.Soc.in
cap.qualiter,& quando.in 2.articulo.60.de accusa.Fel.
in d.cap.sicut dignum.num.5.Hyppoli.in d.l.vnica.nu.
180.sed omnia supradicta intelligenda esse arbitror de
4 iure communi, de iure uerò regio † vnusquisque citra
aliquam pœnam, unum ensem, uel gladium potest se-
cum ferre,dummodo duæ,uel tres personæ socij,uel fa
miliares non committentur, iuxta tenorem petitionis
Pinciæ,anno.1523.posteà additum fuit,quòd ultra en-
sem,sine aliqua pœna posset quilibet secum portare pu
gionẽ:uel in petitione ultima facta Toleti anno. 1525.
5 & hoc licet antequam pulsatum sit cimbalum, † q; vul-
gariter, la Queda, nuncupatur,quod pulsari debet post
decimam horam noctis,iuxta dictam petionem vltimã
Toletanam.unde dicunt Bal.& Paul.Cast.in l.fin.C.ad
senatusconsul.Sillania.& vberrimè Ioannes Igne. in l.j.
§.hoc autem senatus.num.4.cum sequentibus. ff. eod.
6 tit.quòd delictum † commissum post sonum campanę,
est grauiori pœna puniendum: ratio est,quia concur-
runt plures prohibitiones, atque in his delictis de no-
cte commissis,sufficiunt leuiores probationes: imò ad
id probandum sufficiunt coniecturæ,gl.est sing.in uer-
bo ignorantiam,in l.si cum exceptione. §. in hac actio-
ne.ff.quod metus caus.Bar.in l.de pupillo. §. si quis ipsi
prętori.nu.13.ff.de noui operis nuntia.& in l.si quan-
do

do.per text.ibi.C.vnde vi. Alex.conſ.53.incip.uiſo the mate.uolum.2.Tho.Gramm.in conſ. 1. & in voto.21. incip.in cauſa Inquiſitionis.id fit propter difficultatem probationum,& poſt dictam horam decimam, & cimbalum pulſatum,qui lucernas inflammatas portant, & artifices,& agricolæ,& itinerantes,& omnes alij quicã ſui officij,& laboris mane ſurgunt: omnia prædicta arma impune poſſunt portare, ut deciditur in d.petitione ultima,& in petitione.72.de Madrid,anno.1534.& hoc probat.l.1.ibi, præter uſum uenationis & itineris. ff.ad l.Iulia.de vi pub.& c.1.§.mercator,de pace tenen. & eius viola.in quo loco hiſce uerbis,inquit tex.mercatores negotiandi cauſa per prouinciam pertrãſeuntes gladium ſuum ſuæ ſellæ alligent, uel ſuper uehiculum apponant,non ut lædant innocentem,ſed ut à predone ſe defendant:Illud tamen tanquam nimis ſing.prætermittendum non eſt,quòd qui portat arma uetita,† uel
7 tempore prohibito,ut in pœnam incidat, cum prædictis armis debet capi. Itaque realis apprehenſio requiritur,& non ſufficit ſolus uiſus.Bart.in l.1. num.7.C.de petitio:bono.ſubla.lib.10.& in l.1.ff.de acq. poſ.Ange. in l.qui ſeruum.ff.de uerb.oblig.Petrus de Raue.in ſuo Alph.in uerbo ſtatutum.fol.123.colum.1.Hyppo.in l. qui falſam.num.33.ff.de falſis,& in ſing.395.incip.dubitauerũt. Pro qua opinione eſt.l.ſi Barſatorem.C.de fideiuſſo.& in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugi. de qua re ſatis diffuse,quam plurima notatu digna infert Fran. de Ripa.in tract.de peſ. lib. 2.nu.334.cum ſequentibus.Ad
8 rem:igitur † fauore fidei,& in odium hæreſis, ſtatutum eſt,quòd non obſtante quacunque lege ciuili, uel municipali prohibente delationem armorum, officiales & familiares hęreticæ prauitatis,in quocunque tempore,

dic,

die, noctuque pulsato etiam cimbalo omnia arma prohibita sine aliqua pœna possunt ferre & portare. clem. nolentes. §. fin. de hær. cap. statutum, vbi glo. in parte directè. & alia in verbo retardetur, de hære. libro 6. & petitio. 19. facta Toleti, anno. 1525. Hyppo. expresse in pract. crimina. §. pro complemento. num. 5. Rauena in suo Alpha. in verbo arma. fol. 6. col. 3. Gundis. de Villa. de hære. q. 11. num. 16. Iacob. Sep. in Insti. catho. cap. 34. nu. 14. & Melius. cap. 41. num. 3. ubi, inquit, allegando Pragmaticam factam Pinciæ, anno. 1545. quod
9 hodie vsus armorum † quo ad familiares sancti officij limitatus est: fortassis propter eorum multitudinem. Ludo. Carre. de hær. §. uersa autem vice. num. 8. allegando Card. in cle. 2. de hære. & Petrus à Duennas, in regu. 55. incip. arma portare. limitatione. 3. vbi reg. & vndecim fallen. scripsit post Socinum in regu. 30. qui etiam regulam, & 7. limitationes refert.

SVMMARIVM.

1 *Testes non possunt produci publicatis attestationibus in causa, nisi in crimine hæresis ab inquisitoribus, nu. 2.*

SINGVLARE. XXII.

1 ATtestationibus † publicatis alij testes in illa causa non possunt produci. c. fraternitatis. c. intimauit. c. constitutis. in 2. de test. cle. fi. eod. tit. l. 37. & l. 39. tit. 16. p. 3. l. 4. tit. 11. lib. 3. ordi. Ideo id statutum fuit vt euitetur testium subornatio, prout dicunt iura retro
2 citata. Verum in causis hæreticæ prauitatis † inquisitores publicatis etiam attestationibus alios testes in

causa possunt recipere. Arch. in c. per hoc. in fine. de hę re. lib. 6. Iacob. de Alua. in c. 1. quę sit inuestitura. Albert. in c. 1. nu. 19. de hære. lib. 6. Ludoui. Carrerius de hære. nu. 124. Gundiss. de Villa. de hære. q. 14. Soc. in reg. 49 8. incip. testibus publicatis. falle. 11. ubi regulam & 52. fallentias in hoc cumulauit, quarum nonnullæ habentur in l. 37. & 39. tit. 16. p. 3.

SVMMARIVM.

1 *Audientia alicui neganda non est.*
2 *Excommunicato, neque diabolo, defensio non aufertur.*
3 *Hæretico relapso audientia denegatur.*
4 *Ponitur ratio specialitatis.*
5 *Fugientes à carceribus tanquàm relapsi puniuntur.*
6 *Etiamsi crimen plene non fuit probatum, relapso audientia denegatur.*
7 *Qui facta abiuratione, sponte lachrimando ad inquisitores accedit, pęna relapsorum non est puniendus.*
8 *Publica pęnitentia dari non debet confitenti sponte absque indicijs errorem suum.*

SINGVLARE XXIII.

1 AVdientia † seu defensio alicui non est neganda. l. ita diuus. ff. de adoptio. c. 1. de causa posse. & proprie. clem. pastoralis. de re. iudi. etiam excommunicato deneganda non est. cap. cum inter. §. fi. de exceptio. cum sit de iure naturali, vt in d. cle. pastoralis. §.
2 cęterum. etiam diabolo si litigasset ei defensio † seu audientia auferenda non est, vt dicit Abb. in ca. si quis contra clericum, in repeti. nu. 48. de foro compe. allegando. c. eorum. 11. q. 3. & c. cum inter. de exceptio.
3 sed si aliquis hæreticus sit relapsus † qui in abiuratam hæresim

hæresim reincidit, seculari iudicio sine vlla pœnitus audientia tradendus est: neque auditur volens iterum hæresim abiurare, ita inquit tex. in c. ad abolendam. §. illos quoq;. de hære. c. super eo. eod. tit. lib. 6. vbi Arch. Ioan. Andre. & alij notant casum esse specialem in hoc
4 crimine † in quo denegatur audientia, quia qui geminat delictum veniam non meretur, & grauius est puniendus. l. nemo deinceps. C. de epis. audi. l. aut facta. §. quisquis, & l. capitalium. §. 1. ff. de pœnis. & ex præsenti præsumitur in præteritum. l. si hi qui adulterij. C. de adulte. l. cum quis. C. de natu. lib. quòd per hanc secundam deprehensionem in delicto, aperte declaratur primus animus, quòd malo animo ad euitandam tantum pœnam, & non amore fidei hæresim abiurauit. c. accusatus. in prin. de hære. lib. 6. Pau. Grilla. de hære. q. vlti. in prin. Ioan. Nicola. de hære. nota 41. incip. reuocabis, idemq; dicendum est de eo qui post abiuratam hæresim, traditus fuit perpetuo carceri, & postea à car-
5 ceribus fugit, † tanquàm relapsus puniendus est. Ioan. And. in c. vt commissi. §. pe. de hære. lib. 6. Fel. in c. excō municamus. in 2. eod. tit. Io. Nicola. de hære. no. 6. incipit, non recedant. Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 55. nu. 3. cum sequentibus. & in alijs criminibus effractores carceris tanquam confessi puniuntur. l. in eos. ff. de custo. eorum. l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re mili. semper tamen est audiendus, tex. sing. in l. 2. de custodia reorum, optimè explicat Ioan. Igneus in l. 3. §. subuenitur. nu. 52. ff. ad Sillania. Quod adeo verum est su-
6 perius dictum, etiam si crimen hæresis † tempore abiurationis non erat plene probatum, dummodo non esset leuis & parua contra accusatum suspitio, etiam in alio articulo hæresis, cap. accusatus. §. 1. de heret. lib. 6.

quem tex.ad hoc allegat Anto.de Butrio.in c.ad abolendam, in prin. de hære.Pau. Grillan. de hære. q. fin. nu.2.Io.Nicol.nota.42.& Alphonſus Guerrero in theſauro religionis chriſtianæ. tit. de hære. num. 17. quæ ſanè omnia ſupradicta intelligenda ſunt, quando conſtat reum eſſe relapſum, ei tamen non prohibetur innocentiam ſuam allegare & probare, vt dicit Gundiſl. de hære. q. 11. optimè Iaco.Sept.in Inſtitu.catho. c. 55. in ſine. æquitati tamen videtur conſonum, quòd ſi ali-
7 quis qui iam de hæreſi fuit condemnatus ſponte † venit ad Inquiſitores, flendo & lachrimando, & ſuum errorem fatetur & reconciliari petit, ac ſuum errorem iterum abiurare, quòd talis nõ puniatur pœna relapſi, ita tenuit Alphonſus Caſt. lib. 2. de iuſta. hære. puni. cap.2.& glo. expreſſa in 6. queſtione. verſic. & tamen concluſio.in l. 1.tit.26.pa.7.ratio poterit eſſe, quia mitius agitur cum ſpontè confeſſo, quàm cum cõuicto. l. edicto. ff.de iure.fiſ.ca.præsbiterum.50.diſt. c. non dicatis. 12.quæſt. 1. notatur per gloſſ. & doct. in cap. de hoc.de ſymo.Sed contra hanc concluſionem, nonnullis rationibus & fundamentis tenuit Iacobus Septi. in Inſtitu.catho.cap.55.nu. 5. cum ſequentibus, vtraque ſententia meo iudicio diſputabilis eſt, quod neq; affirmo, neq; inficior, id vnum ſcio. Quòd ſi quis ſpontè abſq; indicijs confiteatur ſuam hæreſim, & paratus
8 ſit corrigi, publica pœnitentia † ei dari non debet. ca.ſi peccauerit.2.quæſt.1.Archid.in cap.filij. de hæret. li.6. Septi.in Inſtit.catho.cap.1.num. 21. Alphonſus Guerrero, in theſauro religio. Chriſti.titul.de hære.num.9. quod ſanè conſilium errantibus in fide optimum eſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Indignus ob crimen obtinere beneficia, non priuatur obtentis. Fallit in hæreticis eorumque fautoribus & receptatoribus. nu. 2.

3 Filij hæreticorum an priuentur beneficijs iam obtentis, tempore quo eorum parentes crimen hæreseos commiserunt.

SINGVLARE XXIIII.

1 BENEFICIIS † ecclesiasticis & honoribus publicis iam obtentis, quis non priuatur, quando efficitur indignus propter aliquod delictum ad obtinenda prædicta. gloss. est sing. in uerbo obtinenda. in clemen. prima. §. ipsius filij. de pœnis. quam ibi Cardin. & Ioan. de Imola sequuntur, & Bonifac. ibi. num. quinquagesimoquarto. Abb. in capitulo, per Inquisitionem. colum. tertia, de electio. gloss. sing. communiter recepta secundum Abbat. ibi. numero decimoquarto, in capitulo, sæpe. de appellat. Iason in l. prima. numero tertio. ff. de re iud. tex. in cap. nonne. 8. quæst. 4. glos. in cap. cum non liceat, de præscrip. glos. in summa. 8. quæst. 4. Sed singulare est ob
2 tanti sceleris prauitatem, quòd hæretici † eorumque fautores & receptatores, non solum indigni, efficiũtur ad beneficia obtinenda, sed etiam ad iam obtenta. cap. vt commissi. §. priuandi. vbi Ioan. Andre. & communiter doctores. de hæret, libro 6. gloss. vbi Domin. & Præpo. in cap. quo iure. 8. dist. exacte Couarru. lib. 2. resolu-
3 tio. cap. 8. num. quarto. & an filij † hæreticorum priuentur beneficijs iam obtentis, tempore quo eorum parentes crimen hæreseos commiserunt. Abb. & Anton. in c. vergentes. de hæret. tenent quòd non, & Gundis-

 sal. de

ſla.de Villa.de hære.q.23.Idem Abb.in c. cum laici.de iurepatro.& in c.quanto. de iud.& Alphon. Guerrero in theſauro religionis Ghriſtianæ.titul.de hære.nu.24. de quo eſt optima.glo.in c.ſatis peruerſum.56.diſt.quã Præpoſi.dixit eſſe veriſſimam. Contrarium tamen videtur tenere Ioan.de Imol.in l.in inſulam. in prin.ff.de uerb.oblig.circa qund uidendus eſt Couarru.in loco modo citato.num.4. in fi. mihi ſanè uidetur quòd hæc quæſtio tanquàm dubia noua Romani Pontificis deciſione indiget,de qua re vide pleniſſimè in ſingulari.68. num.3.cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus uti non poteſt beneficio regulæ de annali & triennali poſſeſſione.*

2 *Præſcriptio regulæ,ſine poſſeßione.de reg.iur.lib.6.non ſuffragatur hæreticis.*

SINGVLARE. XXV.

BEneficio regulæ cancellariæ Nicolai quarti de An
1 nali & Triennali poſſeſſione hæreticus † vti nõ po
teſt,ut bene declarat Ludo. Gome. in d.reg.de Anna. poſſe.q.3.& q.52.& in reg.de triennali poſſe.q.52.Brunus.lib.5.de hære.c.7.Iac.Sept.in Inſti.catho. c.45.nu. 20.de quibus regulis Inn.& alij in c. illud. de præſcrip. Fel.latè.in c.licet Heli.nu.10.de ſymo.Ang. Bal.& Latè Iaſ.in l.qui in aliena.§.quòd ſi adiecerit.ff. de acq.hære.Alex.conſ.135.nu.14.uol.4.nam ſi poſſeſſionem habere non poſſunt hæretici.c.quo iure.8.diſtin.præſcri-
2 ptio † dictæ regulæ,ſine poſſeſſione,non ſuffragatur eis reg.ſine poſſeſſione.de reg.iur. lib.6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Publicatio bonorum propter homicidium uel aliud delictum regulariter non fit.*
2 *Bona hæreticorum propter crimen hæresis confiscantur.*
3 *Bona hæreticorum ad quem pertineant, & qualiter diuidantur.*
4 *Hæreticus etiam statim conuersus bona non recuperat.*
5 *Hæreticus tenetur ante condemnationem in foro conscientiæ omnia bona sua tradere fisco, aliàs peccat, & iniuste retinet.*
6 *Lex pœnalis nunquam reum obligat ad penam in foro conscientiæ soluendam.*

SINGVLARE XXVI.

1 BOnorum publicatio † propter homicidiũ uel aliud delictum regulariter de iure non fit. auth. bona dãnatorum. C. de bon. proscript. Auth. ut nulli iud. §. fin. colum. 9. lib. 8. tit. 10. par. 7. l. 4. tauri. quæ. l. uidetur iura ampliare, etiam si damnatus non habeat filios. quod ex d. l. 4. cõstat. ibi, potest testari, & alia facere tanquàm si damnatus non esset, unde dicit sing. Bal. in c. 1. uersic. sed pone iudex. de pace tenen. & in l. 2. in fi. C. qui test. fac. pos. sequitur Hippo. in l. fi. nu. 191. ff. de iur. om. iud. quòd si propter homicidium, bona alicuius à iudice cõfiscantur, sententia est nulla, etiam si ab ea appellatum
2 non sit. Sed bona hæreticorum propter crimen hæresis confiscantur. Auth. Gazaros. C. de hæret. c. si quis cum militibus. ubi optima gl. 6. q. j. c. super quibusdam, de uerbo. sign. c. uergentis, de hære. c. cum secundum leges. eod. tit. lib. 6. ubi ipso iure à tempore commissi delicti hæreticorum bona sunt confiscata: & ad quem bo-
3 na † hæreticornm pertineant, & qualiter diuidãtur, declarat magistraliter Gundis. de Vill. de hære. q. 15. col. 1. Ioan. Nicola. de hære. not. 14. in fin. & non omnium

hæreticorum bona cõfiſcantur, ut declarat Fran. Squil la. de fide catho. cap. 33. latius Iacob. Septi. in Inſti tu. catho. cap. 9. in quo diſputat an bona maioricatus, uel ius patronatus propter crimen hæreſis publicentur, & alias notandas quæſtiones in materia ſcripſit. neque
4 etiam hæreticus † ſi ſtatim ad fidem ſit conuerſus bona recuperat, tenuit Carrerius. de hæret. num. 61. Iacob. Septi. in Inſtitu. catho. cap. 46. num. 5. contra Ancha. in cap. accuſatus. §. ſanè. de hære. lib. 6. & eſt valde vtile, ꝙ ſint ipſo iure hæreticorum bona cõfiſcata propter fructus & alienationes, & prolationem ſententiæ, & conteſtationem, ut eleganter docet Bald. in auth. inceſtas nuptias, in fine. C. de inceſt. nup. & doct. in d. cap cum ſecundum leges, & d. cap. vergentis. id meritò contra hæreticos ſtatutum fuit, ut in egeſtate hæretici laborent, & alij terreantur ad ſimilia delicta perpetranda. l. bona fides. ff. depoſi. l. 1. C. ad l. Iulia. pecu. Alphonſus de Caſtro in hac materia in lib. 2. de iuſta hæreticorum punitione. c. 6. hãc tenuit opinionem contra com-
5 munem, quòd hæreticus † ante condemnationem tenetur in foro cõſcientiæ, omnia bona ſua tradere fiſco, aliàs peccat. & iniuſte retinet, & ad tuẽdam hanc ſuam opinionem idem autor ſcripſit librum illum de poteſtate pœnali. Et fuit reuera error peior priore, nec mirum eſt, nam bonus quandoque dormitat Homerus, ideo merito eum multis rationibus & argumentis reprehendit Domin. de Soto. de iuſti. & iure. lib. primo
6 q. 6. arti. 6. præſertim, quòd lex † pœnalis nunquàm reũ obligat ad pœnam in foro conſcientiæ ſoluendam, iuxta gloſ. ſingu. & nimis vulgatam in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. quam dixit eſſe ſing. Alexand. de Imola. in l. ſi pęna. ff. de condi. indebi. Roma. in rub. de arbitris. Bal.

in l.ſi poſt diuiſionem,in fine.ubi Iaſ.num.7. C.de iuris & facti igno.idem Bald.in l.ſecunda, in fi.C.de vectiga. & commiſſis,& in l.id quod pauperibus.num.22.C.de epiſco.& cleri.Iaſ.in l.ex hoc iure. colum. fin.ff.de iuſtitia & iure,& in l.fin.num. 16.C.unde leg. & in §.ſed iſtę quidem. nume. 110.Inſti. de actio. Decius in l. quòd à à quoquam.num.3.ff.de regul.iuris,ubi aſſerit dictam gl.eſſe.communiter approbatam. Hyppo.in l.patre vel marito.num.7.ff.de quæſt.Abb.dixit eſſe notabilem in cap.quia plerunque.nume.41. de immunit.eccleſia.& in c.Raynaldus.num.25.de teſta. & in 2.proe.decreta. nu.4.& in c.1.nu.10.de conſti.ubi Feli.num.43.cum ſequentibus regulam & 5. fallen. ad dictam gloſ. ſcripſit. Idem Abb. tanquàm notabilem refert dictam gloſ. in rub.de appella.num.16.& in cap. fi. num.6.de ſepultu. & in cap.tuam.num.3.de pœnis, & in cap.ſi egreſſus.in fine.de iniurijs.quam glo.aſſerit eſſe mirabilem,Fel.in cap. audiuimus.de ſymonia.ubi per totam lecturam illius.c.tres notandas rationes & fallentias ad prædictã accuratiſſimè & diffusè ſcripſit: prædictam etiam gloſ. refert Bernar.Diaz de Luco.in reg.544.incip. pœna,& Adria.Papa in quolibeto. 11.& Martinus Nauarr.in c. ſacerdos.num.148.de pœnit.diſtin.6.& Alphonſus de Caſtr.de poteſtate legis pœnalis, lib. 2.cap.9.poſt medium.& Domin.de Soto.de iuſt.& iure. lib. 1.quæſt.6. art.6.alia delicta quæ publicationem bonorum merentur refert gloſ. magiſtra. in l. 2.in uerbo.todos ſus bienes.titu.17.lib.4.fori.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa duobus delegatis commiſſa inſolidum non cenſetur data.*
2 *Iudices ordinarij habent iuriſdictionem inſolidum.*
3 *Inquiſitores ſunt iudices delegati.*

4 Inqui-

4 *Inquisitores possunt simul & separatim cognoscere.*
5 *Quinque sunt permissa, & tria inquisitoribus prohibita.*
6 *Hodie potestas inquisitoribus est restricta.*
7 *An possint inquisitores absoluere inquisitos sine Episcopo.*

SINGVLARE. XXVII.



1 CAVSA à sede Apostolica † duobus pluribùsve simpliciter commissa, unus delegatus non potest in causa procedere sine alio. l. duo ex tribus. ff. de re iud. l. placet. C. de iudicijs. ca. causam matrimonij. de offi. delega. c. si plures. eod. ti. lib. 6. quia non habent iurisdictionem insolidum. Ideo vnus sine alio nihil agit, sed si plures essent iudices ordi
2 narij, † illi haberent iurisdictionem, & eius excitium insolidum, & non solum voluntariam, sed etiam contentiosam: ideo unus ex pluribus ordinarijs poterit à principio sine alio de causa cognoscere & iudicare, & sententiam proferre. l. j. ff. de offi. consu. l. si pater. ff. de lib. cau. glos. & doct. in l. Pomponius. ff. de re iudi. glos. in parte separatim. in c. ut officium. de hære. lib. 6. Sed si plures iudices ordinarij ceperint simul de causa cognoscere, non poterit unus sine alio cognoscere, uel sententiam proferre. gl. est sing. in l. Pomponius. quam ibi omnes sequuntur. ff. de re iud. gl. 2. in l. duo ex tribus. ff. eod. tit. Alex. cons. 93. repetitus. num. 2. vol. 7. ubi aliqua similia in proposito adducit. Io. Berna. Diaz in reg. 380. incip. iudices ordinarij. optimè Robertus Maranta de ordine iudiciorum, parte. 4. dist. 5. ubi 40. differentias inter iudices ordinarios & delegatos scripsit. Sed fauore fidei statutum est, quòd Inquisitores hæreticæ prauita-
3 tis, deputati in aliqua prouincia uel ciuitate † quanquã sint

sint iudices delegati... gl.in parte ipsorū.in cle.nolētes. de hære.Io.And.Peru.& alij,cōtra Arch.in c.ne aliqui. de hære.li.6.Abb.in c.cām matrimonij.nu.7.de officio delega.& in c.cum I.& A. nu.9. de re iud. & in ca.causam restitutionis.in prin.de in integ.resti. & in c. fi.nu. 19.de re iud.Dec.cons.137.& diligenter. nu. 3.in fine. Gundisla.de Villa.de hære.q.23.nu.6. dicit communē Alcia.in rub.de offi.ordi.nu.19.& Iaco.Sept.in Institu.
4 catho.c.34.nu.6.possunt † tamen simul & separatim in causa hæresis inquirere & procedere. c.ut officium.ca. commissi.in prin.c.per hoc.de hære.lib.6.Abb.in c.fin. nu.19.de re iud.& c.causam matrimonij.nu.10. Plenè Dec.de offi.deleg.Sed hodie hæc potestas Inquisitoribus in quibusdam casibus restricta est, cle. 1.§.1.de hæ-
5 ret.ubi habentur † quinque quæ Inquisitores uel alter eorum sine episcopo diocesano possunt facere : uidelicet,contra hæreticos cognoscere uel inquirere, & eos citare,atque capere,& in compedibus ponere: sed tria sunt prohibita , quæ unus Inquisitornm uel ambo sine episcopo facere nequeunt:uidelicet, hæreticos in tormentis ponere,& eos duro carceri tradere, & sententiam diffinitiuam proferre: nam quando diuisim Inquisitores,uel alter ipsorum, uel diocesanus procedunt,tenētur sibi inuicem communicare processus:itaq; unus sine alio sententiam non proferat.c.per hoc. de hæret. lib.6.& dicta clem.1.& est extrauag.Benedicti,incip.ex eo quòd quædam.de hære.declarat Ias.in l.qui condēnare.nu.13.ff.de re iud.Fran.Squillan.de fide catho.c. 53.in fi.latius & melius.c.40.& Alphon.Aluarez Guerrero in thesauro religionis Christianæ. tit. de hære.nu.
6 89.Hodierno tamen die† ut patet in 4.Instructione Tolet.c.1.quam refert Iaco.Septi.in Instit.catho. cap.34.

num. 17.

nu.17. Quando ambo Inquisitores sunt præsentes, non poterit unus sine altero procedere ad capturam hæreticorum, neque ad purgationem indicendam, neque ad publicationem testium, neque ad copiam actorum reo dandam. Sed circa prædicta occurrit difficultas, an
7 Inquisitores † sine episcopo, uel econtrà possint inquisitos absoluere. gl. in d. clem. 1. tenet quòd sic, quam ibi Paul. de Leazar, & Bonifa. sequuntur, & Præpo. in cap. inferior. 21. distin. Ias. in d. l. qui condemnare. Lud. Carrerius. de hære. num. 72. ratio diuersitatis est, quia absolutio longè fauorabiiior est quàm condemnatio. l. cũ quidam. ff. de libe. & posthu. l. præcipimus. C. de appellatio. regul. fauorabiliores. de regul. iur. lib. 6. Contrariam uerò sententiam tenuerunt Ioannes And. & Imo. in d. cle. 1. & Aret. & Soc. in d. l. qui condemnare, & Iacobus Septi. in Institu. catho. cap. 3. num. 4. quia correlatiua sunt absolutio & condemnatio, & correlatiuorũ idem iudicium est. l. fi. C. de indicta uidui. tollen. l. fin. ff. de acceptil. præterea maturior & integrior erit sententia multorum iudicio comprobata. ca. prudentiam. de offi. delega. & quia hæc fuit ratio finalis illius cle. 1. de hære. quæ militat, similiter in absolutione sicut in condemnatione: & hæc opinio mihi uerior uidetur.

SVMMARIVM.

1 *Causa delegata abdicata est iurisdictio ab ordinario. Fallit in causa heresis. nu. 2.*
3 *Inquisitores sunt iudices delegati ad uniuersitatem causarum.*

SINGVLARE. XXVIII.

1 CAVSA † alicui à Romano Põtifice, in aliqua dioccesi, uel prouincia commissa, censetur abdicata à potesta-

potestate & iurisdictione ordinarij: taliter quòd de illa ordinarius cognoscere non poterit: nam in illa causa delegatus maior est ordinario, cum delegantis vicem gerat delegatus.l.solet.ff.de iurisdictio.om. iud.c.sanè. nu.2.de offic.deleg.c.2.eod.tit.ideo primo ponitur in lib.decretalium titulus, de offi.deleg.quàm tit. de offic. ord.ut dicunt Paul.Alex.& Dec.in rub. ff. de offic.eius cui.man. est iuris. qui enim maior est primo loco stare debet.l.1.& 2.ff.de albo.scriben. & in §. aliam.Insti.de bono.posses. Sed hoc specialiter statutum est in Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quòd per delegationem
2 † eis factam, procedendi facultas ordinarijs super eisdē criminibus non tollitur.c.per hoc.de hæret.lib.6.cle.1. eod.tit.& in extra.Benedicti incip.ex eo quòd quędā. titul.de hære.officium enim inquisitorum quo ad ordinarios est accumulatiuè & non priuatiuè, ut declarat Fel.in c.excommunicamus.in 1.nu.4.de hære.alia præ
3 terea poterit esse ratio, quòd Inquisitores † cum sint iudices delegati ad vniuersitatem causarum.glo.1.vbi Archid.& alij in c.per hoc.de hære.lib.6.gl.in parte ipsorum.in clem.nolentes.de hære.Ioan.And. & Peru.& magis communiter omnes contra Archid. in c.ne aliqui.de hære.lib.6.accuratè Gundi. de Villa. de hæret. q.7.nu.9. & supra latius ego retuli.ꝑ potestatē datam delegato ad vniuersitatem causarum, non censetur in illis causis abdicata potestas ordinaria: ut tradunt Bart. Bal.& alij in l.1.ff.de offic. præfecti vrbis. Bal.in l.vnica. §.ubi autem.C.de caduc. tollen.Felin.in d. cap.excommunicamus. numero quinto. Gundissa. de Villa.in loco retro citato.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Citatus ut sit contumax quot vicibus citari debeat.*
2 *Hæreticæ prauitatis causis proceditur summarie.*
3 *Citatio personalis dicitur peremptoria.*

SINGVLARE XXIX.

1 CITATVS † vt sit contumax, ter citari debet. l. tres denuntiationes. l. consentaneum. C. quomdo, & quando Iud. l. contumacia. §. 1. ff. de re iud. sed Alphonsus Castren. de iusta hæret. puni. lib. 2. cap. 1. inquit, ꝙ duæ tantum monitiones sufficiunt aduersus hæreticũ, ut sit contumax: & videtur quòd vna tãtum sufficeret,
2 cum in causis hæreticæ † prauitatis procedatur summariè. cap. fin. de hæret. lib. 6. & unica citatio in summarijs habet vim peremptorij. Bald. in rub. C. commi. uel episto. Roma. in rub. ff. de arbi. Hyppol. in l. de vnoquoque. num. 134. ff. de re iudi. Lanfran. in clem. sæpe, in verbo simpliciter. num. 8. de uerb. sign. sed Iac. Sept. in Instit. catho. cap. 43. num. 12. affirmat, quòd de consuetudine in hoc crimine, sicut in alijs criminibus, tres fiunt monitiones, quibus addendum est singulare dictum Innoc. si verum esset in cap. ad petitionem. nu. 3.
3 de accusa. quòd si aliquis personaliter fuit citatus † nõ requiritur quòd amplius citetur, quia citatio in præsentia est peremptoria, quod dictum communiter reprehenditur, ut patet per Io. de Imo. & Feli. ibi. num. 20. & Matthæ. in sing. 131. incipit, nota dictum.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas tota potest igne destrui, quando in ea sunt plures hæretici.*
2 *Carthago, Troia, & alia loca passa sunt aratrum propter delicta.*

SIN-

SINGVLARE. XXX.

1 CIVITAS † tota potest igne destrui, quando in ea plures sunt hæretici.cap.si audieris, & ibi gl. 23. q.5.Et habetur in Deutero.c.13. tenuit Hosti.in summa,de hære.§.diligenter. Ancha.in c. præsidentes.eod. tit.lib.6.Carrerius de hæret.num.148.Alphonsus Castren.lib.2.de iusta hæreticorum puni. in c.14.Gundisf. de Villa. de hære. q. 24.per totam. Et ita de Palenti-
2 na ciuitate legitur, & Carthago, † & Troia passæ fuerunt aratrum propter delicta:ut dicit.l.si vsufructus. ff. quemadmo.vsu.amitta.&ciuitas Brigiæ,& Collegium, & ordo Templariorum,ut refert Bart. in l. aut facta.§. nonnunquam.num.6.ff. de pœnis.de qua re uidendus est Iaco.Septi.in Institu.catho.c.45.nu.13.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum incidit in maiorem excommunicationem,& à solo Pont.Rom.absoluitur.*

2 *Percutiens clericum hæreticum non incidit in canonem,si quis suadente diabolo.17.q.4.*

SINGVLARE. XXXI.

1 CLERICVM † percutiens in maiorem incidit excommunicationem, & à nullo alio quàm à Romano Pontifice absoluitur.c. si quis suadente diabolo. 17.q.4.c.porrò.c.nulli, cum alijs de senten.excommu. l.3.titu.9.par.1.ait Redemptor noster per Zachariam Prophetam.c.2.Qui vos tangit,me tangit:& tangit pupillam oculi mei.c.accusatio.in primo.2.quæst.7.& alibi, Nolite tangere Christios meos. Verùm in odium hære-

hęreticorum cautum est, quòd si quispiam clericum hę
2 reticum † percutiat non incidit in dictum canonem, si quis suadente. Ita dixit sing. Inn. in c. si uerè. de senten. excommuni. sequitur Cardi. in cle. 2. §. cæterum. de electio. Ant. in cap. contingit. de sententia excommu. Fel. ubi hoc reputat esse sing. in d. c. si uerè. in princ. & in c. fin. de hære. Domi. in cap. in nomine domini. 23. distin. Fran. Ponzi. de Lamijs. nu. 77. & Ludo. Carre. de hære. §. nunc de pœnis. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 Clerici quibus casibus tradantur curiæ seculari. & quibus non. num. 2.

SINGVLARE. XXXII.

1 CLERICI † statim post depositionem in tribus casibus traduntur curiæ & potestati sæculari, ui delicet in crimine hæresis. cap. ad abolendam. cap. excommunicamus. in 2. de hære. l. 60. tit. 6. par. 1. Archid. in c. ut Inquisitionis. num. 3. de hære. lib. 6. & quando clericus contulit contumeliam maximam episcopo. cap. si quis sacerdotum. 11. q. 1. & in crimine falsi. c. ad falsariorum. de crimi. falsi. prædictos casus refert. d. l. 60. in alijs
2 uerò criminibus, clericus depositus nō statim traditur curiæ sæculari. Immo adhuc tenetur uiuere clericaliter, & priuilegio clericali gaudet, & ecclesia eum defendit, nisi data incorrigibilitate. cap. cum non ab homine. ubi latè docentes. de iudi. Abb. in d. cap. ad falsariorum. num. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia solemnis quo casu clerico pro suis delictis iniungenda uel non. nu. 2.*

SINGVLARE XXXIII.

1 CLerico † pro suis delictis, regulariter non est iniũgenda pęnitentia solemnis, tum propter ordinis dignitatem, tum etiam ne populus ob id scandalum patiatur. c. alienum. c. illud. c. confirmandum. c. de his. 50. distin. notant Archid. & Præpo. in c. præsbiter. 82. dist.
2 Quod est regulare, ²nisi pro crimine hæresis † uel pro alio grauissimo delicto. c. fin. 30. d. c. si. quis episcopus. 81. distin. c. sacerdos, de pœni. dist. 6. c. 1. c. accusatus. §. fi. de hære. lib. 6. notauit Grilla. de hære. q. 7. Brunus li. 4. c. 13. Gundis. de Villa. de hære. q. 19.

SVMMARIVM.

1 *Carcerati quales sint a carceribus relaxandi uel non, diebus paschalibus.*
2 *Hæretici omni prorsus priuilegio & auxilio iuris carent.*
3 *Hæreticus notorius a quocunque etiam priuato capi potest.*
4 *Hæreticum licet impune occidere.*

SINGVLARE XXXIIII & XXXV.

1 CArcerati † relaxãdi sunt à carcerib. dieb. paschalib. nisi ꝓ crimine lęsæ maiestatis diuinæ & humanę: & ꝓ alijs criminib. relatis in l. nemo deinceps. C. de epi

ſco.audien.quam legem allegat gl.fi.in c. poſſeſſor.de reg.iur.lib. 6. dicens, hoc eſſe ſpeciale in hoc crimine
2 hæreſis,hæretici enim, † omni prorſus auxilio & priui legio iuris carent.c.ad abolendam. in fin. c.ſi aduerſus nos.de hæreticis.& eſt in hoc aliud ſpeciale, ꝗ hæreti-
3 cus † notorius à quocunque etiam priuato capi poteſt: ita inquit Hoſ.in ſumma,de hære.§.qualiter deuitẽtur, nu.7.& Alberi.in rub.de hære.C.nu.5.& Iaco. Sept.in
4 Inſtitu.catho.c.16.in prin.ratio eſt,quia † eſt hoſtis cõmunis:nam ſi licet hæreticum impunè occidere:ut infrà,ſingulari.73.in fine.à fortiori eum capere.

SVMMARIVM.

1 *Communicans cum excommunicato maiori excommunicatione. eſt excommunicatus minori.*
2 *Communicans cum hęretico excommunicato ligatur maiori excommunicatione.*
3 *Conuerſatio cum hęreticis periculoſa eſt.*

SINGVLARE XXXVI.

1 COmmunicans † cum excommunicato maiori excommunicatione ligato, eſt excommunicatus minori excommunicatione.c.nuper.c.ſi quem.de ſententia excommunicationis.c.quia multos.11.q. 3.l.2.
2 & 3.tit.9.pa. 1.ſed ſingulare eſt,ꝗ communicans † cum hæretico excommunicato ligatur maiori excommunicatione.cap.excommunicamus.in 1.§.credentes. uerſ. ſi qui autem tales.& ibi notat Anto. de Butr. de hæreticis.Iacob.Sept.in Inſtit.catho.c.27.in prin. periculo-
3 ſa enim eſt hæreticorum † conuerſatio.tex.ſing.in cap. inter ſolicitudines, de purg.cano. ibi in pœna familia-

ritatis

ritatis illius quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur. Ideo dixit ſingulariter Hoſt. in ſumma, de hæreti.§.qualiter deprehendatur.num.4. quòd qui cũ hæretico conuerſatur, oritur ſuſpitio de hæreſi contra eum, refert Alphon.Guerrero, tit.de hæret.num. 9. in fine. Caſt.de iuſta hære.lib.2.c.17.

SVMMARIVM.

1 *Collegio iudeorum prohibitum eſt relinquere, uni autem de collegio non.*
2 *Collegio hæreticorum tã uniuerſaliter quàm particulariter prohibitum eſt relinquere.*
3 *Iudæi tollerantur ab eccleſia.*
4 *Iudæi quando & a quo expúlſi fuerint Hiſpania.*
5 *Iudæi uel Saraceni non poſſunt dici hæretici.*

SINGVLARE. XXXVII.

1 COllegio Iudæorum † prohibitum eſt relinquere, ſed vni de collegio Iudæorum relinqui poteſt. l. 1.& ibi gl.notabilis. C.de Iudæ.Bar.& Sali.in l.1. C. de ſacroſanct.Ecclef.Bar.in l.cum ſenatus.per tex.ibi.ff.de
2 rebus dubijs.Collegio tamen hæreticorum † nihil relinqui poteſt:& hoc eſt ſpeciale, quòd neque alicui de collegio eorum. l. Manichæos. C. de hære. cap. ſane. 24.q.2.Bar.& Soc.in d.l.cum ſenatus.Ioan. Nicola.de hære.nota.7. in quo loco huius diſcriminis rationem ſcripſit.Alia præterea, ultra eũ poteſt dari ratio, quòd
4 iudæi † tollerantur ab Eccleſia. Ioan. de Imo.& Cardi.in clemen. vnica. de iudæ. Gundiſſ. de Villa. de hære.quæſt. 5.num. 9. Et ita hodie ſunt iudæi Romæ, & olim in noſtra Hiſpania,vſque ad annum. 1492.menſis

4 Martij, in quo† rex catholicus Ferdinandus, cui ſemper maxima cura religionis Chriſtianæ fuit, ab Hiſpania omnes iudæos pœnitus extirpauit: & fuerunt expulſi quatercentum viginti millia iudæorum: ut refert Albertinus in rub. de hære. lib. 6. q. 3. & Iaco. Septi. in In-
5 ſtit. cath. c. 35. nu. 7. nam licet Iudæus, † vel Sarracenus teneat contra fidem noſtram, non ob id iudicandus eſt hæreticus: quia non poteſt dici diuiſus ab vnitate Eccleſiæ, qui nunquàm in ea fuit. cle. vnica. de vſu. Gundiſal. de Villa. q. 2. in prin. Iacob. Septi. ubi ſupra. c. 45. nu. 8. de his enim qui foris ſunt nihil ad nos. c. gaudemus. de diuor. c. multi. 2. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Delictum quando non conſtat aliter quàm per ſolam confeſſionem, non eſt quis ex ea condemnandus.*

2 *Confitens homicidium non poteſt pro eo puniri, niſi conſtet de corpore occiſi.*

3 *Homicida uerus ſi ſuperueniat poſtquam aliquis ex dicta cauſa fuit decapitatus, non ob id euitat pęnam.*

4 *Confeſſio hæreſis libera ſola ſufficit ad condemnationem, etiam ſi alio modo de crimine non conſtet.*

SINGVLARE XXXVIII.

1 CONdemnandus † quiſpiam non eſt ex ſola confeſſione, qñ aliter nõ cõſtat de delicto. l. 1. §. illud aũt. vbi Bar. ff. ad Silla. l. j. C. ubi cau. fiſc. Bal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. Ange. in l. vnica. colum. 2. C. de confeſ. Bartol. in l. fin. ff. de quæſtio. latè Angel. in tractatu maleficio. in uerbo, veſtem cœleſtem. Felinus in capitu. auditis. nume. 28. de præſcript. Iaſ. in l. error. nu. 14. C. de iuris & facti ignoran. Hyppolitus in pra-

ctica criminali, in principio, nu. 5. & 17. vnde dixit sing. Bal. in Spec. titu. de senten. in fi. & in l. cum probatio. ff. de proba. Ang. in l. certum. in prin. ff. de confes. sequitur Hyppo. in loco modo citato, & in l. 1. nu. 3. ff. de quæst.
2 Quòd si quis confiteatur † se hominem occidisse, & postea illum proiecisse in mare, & non constat de corpore mortuo, confitens propter talem confessionem non debet de homicidio puniri: hoc probat tex. quem nullus allegat in l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. ibi, si hominem viuum confiteatur se occidisse, & dicit Bald. in l. 2. in fin. C. quibus res iudi. non nocet. allegando l. qui seruum. in prin. ff de interrog. actio. & Ias. in d. l. error. num. 14. quòd si aliquis confessus fuit se hominem occidisse, & propter hoc potestas fecit eum decapitari,
3 & postea reperitur verus homicida, † quòd simpliciter debet mori, neque liberatur propter pœnam primi: verum id quod supra dictum est, fallit in crimine hæresis, in quo sola confessio libera sufficit ad condemnationẽ
4 † etiam si alio modo de crimine hæreseos non cõstet, cũ hoc crimen in animo & voluntate principaliter consistat. Ita Bald. in l. si quis non dicam rapere, in princ. C. de episcopis, & cleri. Feli. in c. auditis. nu. 28. de præscrip. Ioan. Nicola. hoc speciale in hoc crimine refert in tractatu de hære. not. 2. vbi hoc limitat. Idem tenuit Ludo. Carrerius, in sua practi. nu. 169. Iaco. Sept. in Instit. catho. cap. 13. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus quilibet, etiam si sua non intersit, potest sine mandato defendere criminaliter condemnatum, eo etiam inuito.*

2 *Extranei non admittuntur ad defensionem hæreticorum, sed si defunctus accusetur admittuntur filij.*

SINGVLARE XXXIX.

1 CONdemnatum in causa criminali, quilibet extraneus etiamsi sua non intersit, potest sine mandato defendere, eo etiam inuito, sing.l.non tantum. ff.de appella.l.Stichus.ff.de pecu.lega.quam.l. non tantum, cum.6.ampliationibus & 8.Fallen.declarat Feli.in cap. cum super. num. 2.cum seq.post Abb.ibi.nu.12.de re iud.latè Hyppol.in rep.rub.C.de proba.nu.144.& in l. si quis ne quæstio.nu.101.ff. de quæst. sed singulare est
2 in crimine hæresis, quòd extranei † non admittuntur ad defensionem hæreticorum:sed quando post mortẽ defunctus accusatur, filij ad eius defensionem admittũtur.c.filij uel hæredes.§.alioquin, vbi gl. & doctores.de hære.lib.6.Gundissal. de hære. q.22.nu.10.dicens hoc esse in hoc crimine speciale, sicut multa alia, propter detestationem huius criminis, in iure reperiuntur statuta.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio in causa in materia hæresis necessaria non est.*
2 *Conclusio in libello non est necessaria in causis criminalibus, quia ius concludit ad pœnam sine conclusione.*
3 *Reus non obstante conclusione in causa potest suas defensiones & probationes facere.*
4 *Reus in criminalibus non potest renuntiare defensionibus.*

SINGVLARE. XL.

1 COnclusio in causis hæreticæ prauitatis necessaria non est.c.fi.de hære.li.6.iuncta.gl.in cle. sæpe.de verb.sig.notat Bar.in extraua.ad reprimendum, in parte.sequentia. Quomodo in crimine lęsæ maiestatis procc.exprese Gundissal.de Villa.de hære.q.12.nu. 2.vbi refert hoc esse speciale in hoc crimine:sed videtur q; in alijs etiam causis criminalibus, non est necessaria in libello

bello

2 bello conclusio † quia ius concludit ad pœnam sine cõclusione.gl.est fi.& quidem sing.in l.in causis.C. de accusa.quam not.Bal.in l.ædita.nu.55.C.de edẽdo. Ang. in tractatu male. in uerbo Inquisitio. col.6.versic.item quæro an iudex teneatur.& similiter in causis crimina
3 libus,non obstante conclusione in causa, reus † potest facere suas defensiones,& probationes. Bar.in l.1.§.fi. & in l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæst.& in l. diui.ff.de pœnis. & in Auth.qui semel.in fi.C.de proba.Hyppol. cons.16.in præsenti casu.nu.32.facit gl. notanda in l.pa
4 ctum inter hæredem. ff. de pact. ꝙ reus † non potest in criminalibus renuntiare defensionibus: quam allegat ad hoc Ias.in l.si quis in conscribendo.nu.18.C.de pac. & in auth.iubemus.num.7.de iud. Hyppol.plenè in l.si quis vltrò.num.62.ff.de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari quibus casibus quis sine accusatore possit.& nu. 2. 3.*

SINGVLARE XLI.

1 Codemnandus † quis regulariter nõ est,sine accusatore.l.rescripto.§.si quis accusatorẽ. ff.de mune.& hono.l.qui crimen.C.qui accus.non pos.c.vnico. vt ecclesi. bene. sine dimi.conferan.dicente Saluatore nostro:Mulier si nemo te accusat, nec ego te condemno:quam authoritatem refert gl. in d. §. si quis accusa-
2 torem.Sed in crimine heresis † potest quis sine accusatore puniri.cap.Inquisitionis.de accusa.c.ut officium.§. compescendi. de hære. lib.6.l.3.C.de aposta.10.casus, in quibus sine accusatore punitur,refert gl.sing. in parte,sine accusatore in d.c.vnico.glo.in c.de manifesta.2. q.1.gl.in l.2.§.si publico.ubi latè Bart.ff.de adulte. gl.in l.fi.ubi plenè Hypp.ff.de quæst.Rom.in sing.519.incip.

3 Innocentius.l.28. ubi gl. tit. 1.par.7.18. † casus scripserunt.Hosti.& Henri.in d.c.vnico.22.Alber. de Gan. in tractatu malefic.in rub.quæ sit accusatio,& quando accusatio sit necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei uel coniuncti non possunt in criminalibus cogi,ut inuicem sibi testificentur.*

2 *Consanguinei in crimine hæresis possunt ad testimonium cogi,& fidem faciunt.*

SINGVLARE XLII.

1 CONsanguinei, † uel coniuncti in causis criminalib. non possunt cogi,ut inuicem sibi testificentur.l.lege Iulia.l.in legibus.ff.de testi.l.parentes.C.eo. tit.l.11. tit.16.par.3.l.fi.tit.30.par. 7. sed in crimine hæresis in-
2 dubitatum est,consanguineos † ad testimonium ferendum posse cogi,& fidem facerent.c. literas.ubi Abbas. nu.2.& nu.8.de præsum.Host.& Io.And.in c.dilectorū de testi.cog.Iac. Sept. in Insti. cath.c.62.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non ualet celebrare contractum ualidum.*

2 *Obligatus hæretico,etiam cum iuramento,ipso facto liberatur.*

3 *Contractus facti tempore gratiæ illorum qui postea ad fidem redeunt, reuiuiscunt.*

SINGVLARE XLIII.

1 COntractum aliquem, uel pactum validum hæreticus celebrare non valet.l.Manichæos.C.de hære. c.excommunicamus.§.credentes,eod.tit.l.4.in fi. titu. 26.par.7.Io.Nicol.de hære.not.48.incip.nouit.Petrus de Vnzola in arte notaria.rub.de hære.in prin. & obli-
2 gatus † hæretico etiam cum iuramento,ipso facto liberatur.c.fi.de hære.not.Ludo.Carre.de hære.§.nunc.de
3 pœnis.nu.30.sed contractus † facti tempore gratiæ, il-

lorum

lorum qui posteà ad fidem redeunt, reuiuiscunt: ut declarat Iaco. Sept. Insti. catho. c. 46. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri quis non debet eodem tempore de eodem delicto coram diuersis iudicibus. Fallit in hęretico. 2.*
3 *Citatus ab ordinario & ab inquisitore eodem tempore, cui obedire teneatur.*
4 *Iurisdictio ordinaria & delegata simul potest concurrere.*
5 *Episcoporum munus quale sit.*
6 *Delegatus Papæ est maior quolibet ordinario in illa causa.*
7 *Iurisdictio inquisitoris ad ordinarium est cumulatiua, non priuatiua.*

SINGVLARE XLIIII.

1 Conueniri † quis non debet eodem tempore de eodem delicto coram diuersis iudicibus. c. fin. de rescrip. c. dispendia. eod. tit. lib. 6. l. 1. §. fi. C. de asser. tollen. ne quis tot laboribus & sumptibus, & expensis vexetur: & ne iudicium diuidatur, & ne sequatur maximum incōueniens, quòd vnus iudex absoluat, alter verò condemnet. l. nulli. C. de iudi. l. omnes. C. de arbi. tu-
2 te. c. 1. de cau. posse. & proprie. In crimine † uerò hæresis singulare est, quòd super eodem delicto potest quis trahi eodem tempore, & conueniri, coram diuersis iudicibus: videlicet coram ordinario, & coram inquisitoribus hęreticæ prauitatis. c. per hoc. ubi Archi. & Frācus, & alij in prin. de hære. lib. 6. cle. 1. de hære. extraua. Benedicti. eod. tit. incip. ex eo. Ludo. Gomez. in d. cap. dispendia. nu. 18. Ponzinibius, de lamijs. nu. 74. Iac. Septi. in Instit. cath. c. 45. nu. 20. Sed occurrit difficultas circa
3 prædicta, si ordinarius † & Inquisitores simul aliquem vocant, cui potius citatus obedire tenetur, uidetur quod ordinario: nam ordinarius habet fortiorem & ordina-

riam iuriſdictionem.cap.ſignificauit.de offic.ordi.& ordinarius dicitur habere iuriſdictionẽ fauorabilem, & delegatus odioſam. gl.eſt ſing.in uerbo proceſſus. in c. 1.de reſcript.lib.6. Abb.in c. ſi quis contra clericum.in rep. num.4.de foro compe.idem Abb.Fel.& Dec.in c. ad hæc.col.1.de reſcrip. Gomeſius in reg. de veriſimili notitia in prin.& Hyppol.ſing.296.& Robertus Marã. in practi.par.4.diſt.5.nu.29.& eſt tex.& glo.in cle.2.de offi.ordinarij·& vltra hanc ordinariam iuriſdictionem. æqualem iuriſdictionem delegatam tribuunt iura ordinarijs quàm Inquiſitoribus.cap.per hoc.de hære.lib.6. cle.1.§.1.eod.tit.& in dicta,extraua. & ita tanquam delegatus & ordinarius in cauſa procedit, & ordinaria &
4 delegata iuriſdictio † ſimul poteſt concurrere. Inno.in c.cum ex officij.ubi Feli.9. concluſiones ſcripſit de pręſcri.& Nicolaus Boërius deciſ. 151. incip. dico primo,
5 in fi.& epiſcoporum † munus eſt fidem plantare,& hæreticam prauitatem de ſuis diœceſibus extirpare. c.excommunicamus. 1.§.adijcimus inſuper. de hæret. & in Directorio Inquiſitorum.3.par.c.108.ſed proh dolor ueriſſimum eſt noſtris temporibus dictum Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.nu.2.in fi.ff.de offi.procon.& lega. ꝙ iuriſdictio epiſcopi de generali conſuetudine receſſit ab aula. Quod dictum refert Nicol. Boërius, deciſ. 69.incip.præſuppono.nu.21.Pro alia uerò parte,uidetur,quòd Inquiſitoribus, potius quàm ordinario obe-
6 dire teneatur: quia delegatus † Papæ eſt maior quolibet ordinario in illa cauſa. cap. ſane. in 2.c.ſtuduiſti.de offic.delega.ſed inquiſitores ſunt delegati Romani Põtificis.cap.ut officium.cap.ne aliqui.de hære.lib.6.glo. in parte ipſorum.in clemen.nolentes.de hæret.Abb.in c.cauſam matrimonij.nu.7.de offideleg.dicit commu-

nem

nem conclusionem Alcia.in rub.nu.19.de offi. ordi.Ia. Septi.in Institu.catho. c.34.nu.6.ergo maiores sunt in iurisdictione ordinario. Et ita Archid.Ioan. Andr.& Perus.in d.c. per hoc,in fine. Et in Directorio Inquisitorum.3.par.q.4.& Fel.in c. excommunicamus. in 1. num.4.de hære.Et Carre.de hære.num.71. Iaco.Sept. in Institu.catho.cap.45.num.8. concludunt, quòd potius coram Inquisitoribus, quàm coram ordinario cōparere tenetur citatus,etiam si prius ab ordinario citetur,& postea ab Inquisitoribus:allegat Archid.l.contra pupillum. ff. de re iudi. magna quidem est authoritas Archid.& sequacium:mihi tamen (salua eorum pace) videtur,quòd id quod dicitur de Inquisitoribus, qui iudices sunt delegati: idem dicendum est in ordinario, qui utraque iurisdictione vti potest: nam huiusmodi
7 iurisdictio † ad ordinarium est cumulatiua, & non priuatiua:ut in d.cap.per hoc.cap.excommunicamus.1.§. adijcimus. eod. tit. ideo prima opinio mihi uidetur uerior,contra communem.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum idem est ius, idem principium, & interitus. num. 2.*

3 *Regula correlatiuorum non habet locum in hæretico.*

SINGVLARE. XLV.

1 Correlatiuorum † est idem ius.l.fi.ubi Bart.ff.de acceptila.l.fi.C.de indicta vidui.tollen.gl.in prin.Insti.de suc.subla.Bart.in l.si de vi.C.de exacto. tribu.lib. 10.Abb.in rub.proæ.decreta.lectu.2.nu.10. Hippo.in l.circuncidere.§.seruo.num.4.& 5.ff.de sica.unde dicit Bal.allegando dicta iura,in l.1.nu. 23. C.qui accus.non
2 pos.quòd correlatiuorum † est idem principium,& idē interitus.Satis vberrime Io. Baptis. de sancto Blasio,in

tractatu

tractatu correlatiuorum.ubi. 28. fallētias scripsit,quarum una præcipua secundum eum est,quòd dicta regu
3 la † non habet locum in hæretico: idem tenuit Io. Nicola.ubi exempla huius rei subijcit, in tractatu de hære. not.47.incip.memoria &c.

SVMMARIVM.

1 *Crimina occulta alicuius quis tenetur celare & non prodere propter charitatem erga proximum.*

2 *Hæreticum etiam omnino occultum quando quis propalare teneatur.*

SINGVLARE. XLVI.

1 CRimina † occulta propter charitatem erga proximum quis tenetur celare & non prodere. c. si sacerdos.de offic.ordi.c.sicut Christus.1.q.1. sed id fallit
2 in crimine hæresis,quod † quis tenetur propalare,nuntiando uel testificando quando publicātur ædicta monitoria ab inquisitoribus, etiam si hæresis sit omnino occulta.S.Tho.2.2.q.70.art.1.Inno.in c.1.de testi.cog. Cardi.in c.si peccauerit.nu.29.2.q.1. Gundis. de Villa. de hære.q.6.nu.4. Alphon.Cast.lib.2.de iusta hære.puni.c.25.Ia. Sep.in Instit.cath.c.18.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Damnatorum bona pertinent ad descendentes.*

2 *Succedens in bonis confiscatis filios alere, & filias damnatorum dotare tenetur.*

3 *Propter crimen hæresis filius legitima non priuatur.*

4 *Lex ipsa naturæ filios successores facit.*

SINGVLARE XLVII.

1 DAMNATORVM bona † saltim de iure autēticorum applicantur ascendentib.& descēdentib.condēnati in infinitum. auth. bona dānatorum.C.de bonis proscri. l.6.tit.7.& l.8.tit.10.par.7.l.5.titu.3.par.7. quæ iura regia uolunt

quòd

q vſq; ad tertium tm̃ gradum, duob. modis ampliat, & 8. modis limitat Cifuentes in l. 4. Tauri, quas amplia. & limita. nihil noui addendo trãſcripſit. Io. Bernar. Diaz. in reg. 575. incip. damnatorum bona. & in 3. fallen. prę-dicti dicunt dictam regulam locum non habere in crimine hæreſis. Aut. gazaros. C. de hære. c. vergentis. eo. tit. c. cum ſecundum leges. eod. tit. lib. 6. tradit Gundiſſ. de Vill. de hære. q. 15. col. 1. Io. Nicol. de hære. no. 14. in fi. quib. addendum eſt q egregiè inquit Bal. in l. fi. nu. 9. C. de dotis promi. q qñ p p delictũ bona patris confiſ-
2 ſcãtur, † fiſcus qui in bonis ſuccedit, tenetur filios alere, & filias dotare: qđ ſequitur Io. Corra. in rep. l. filiũ quẽ habentem. nu. 188. C. fami. erciſ. Paul. de mõte pico in rep. l. poſt contractũ. n. 29. ff. de dona. & in auth. pterea. nu. 36. C. vnde vir & vxor. & Hubertus Zucardus in l. j. nu. 55. C. qui admitti. & in ſpecie qñ bona cõfiſcantur, p p hoc crimen hæreſis tenuit Ia. Sep. in Inſt. cath. c. 29. in prin. Pala. rub. in l. 77. Tauri. in fi. & latius in rep. c. p veſtras. parte. 2. §. 23. nu. 14. fol. 97. col. 3. & 4. in quo loco affirmat q ſaltim de quadam æquitate canonica fiſcus uel eccleſia quæ in prædictis bonis confiſcatis ſuccedunt tenentur ad ſupra dicta. ad quod bene facit. l. Manichæos, & l. quicunq; . C. de hæret. l. 2. & 3. tit. 26. par. 7. & l. 7. tit. 7. par. 6. l. 9, tit. 13. li. 8. ord. gl. no. in ſum.
3 23. quæſt. 7. q propter crimen hæreſis paternum † filij ſui legitimis non priuantur, ſi ſunt catholici: & ita expreſsè cautum eſt in prima Inſtructione Hiſpalenſi. ca. vigeſimoſecundo. quòd filij minores & non coniugati hæreticorum, ſi catholici ſunt, & bonis parentum priuati fuerunt, alendi ſunt apud viros catholicos, cura Inquiſitorũ: & puellæ nuptui uel religioni tradantur, de
4 bonis confiſcatis: & iuuatur hoc, q lex ipſa † naturæ ſuc-

cessores filios facit. l. vulgata. l. cum ratio. ff. de bonis damna. l. scripto hærede. ff. vnde. libe. l. fin. §. ipsum autem. C. de bonis quæ. lib. aut. hoc amplius, ibi, præter debitum naturæ. C. de fidei comi. cap. Rainutius. ibi. legitima portio iure naturæ debita. de testa. cap. si pater. eod. tit. lib. 6. l. 2. tit. 1. p. 1. l. 2. tit. 9. par. 4. l. 17. tit. 1. p. 6. quod satis uberrimè in mea rep. Aut. licet. C. de natu. lib. per plures conclusiones explicaui.

SVMMARIVM.

1 *In degradatione presbyteri, sex episcopi sunt necessarij.*
2 *Solemnitas quæ requiritur in celebratione actus, requiritur in eius reuocatione.*
3 *Solus episcopus hæreticum præsbyterum poterit degradare.*
4 *Inquisitores efficaciter pro condemnato apud sæcularem potestatẽ debent intercedere.*

SINGVLARE XLVIII.

1 DEgradatio † regulariter de aliquo præsbytero fieri non potest, nisi in tali degradatione sex episcopi interueniant, & tres in degradatione decani. c. si quis tumidus. c. fœlix. c. si autem præsbyteri. 15. q. 7. c. degradatio. in prin. de pœnis. lib. 6. c. non potest, ubi glo. Abb. & alii. de re iudi. dubitandi ratio ad prædicta
2 iura, fuit iuris regula, quòd illa solemnitas † quæ requiritur in celebratione alicuius actus, illa est sufficiens ad illius actus reuocationem. l. hæredes palam. §. 1. ff. de testa. l. si puellæ. ff. de sponsa. l. nuptiæ. ff. de ritu nuptiarum. l. si ut proponis. in 2. C. de nuptijs. l. nihil tam naturali. ff. de reg. iu. Bal. in l. fi. nu. 34. C. de fideicõ. & in l. siue apud acta. C. de transac. Plenè Ias. in l. unica. num. 18. C. quando non peten. par. pete. accrescant. & in l. quemadmodum. ff. de acqui. posse. Hyppo. latè in rub.

C. de

C.de probatio.nu.345.& in practi. crimi. §. restat.nu. 7.cum seq.&in sing.669.incip.iura volunt. Vnde dixit gl.sing.in l.cum proponebatur.ff.de leg.2.quòd tot testes requiruntur ad reprobandum testamentum,quot ad illud probandum: quam pro sing.allegat Alex. in rub.ff.de acqui.posse.& in l.inter stipulantem. §.sacrã. ff.de verb.oblig.& alij relati ab Hyppo.in d. §.constat. num.7.ubi alia huiusmodi ipse refert. Itaq; cum solus episcopus, ecclesiasticos ordines conferat, videbatur quòd ipse solus tollere degradando possit: ratio verò decidendi fuit,quòd spiritualia facilius construuntur, quàm destruantur.c.inter corporalia. in prin. de transla.præla.c.licet.32.q.7.l.cõsensu.in prin.C. de repud. Ideo supra dictum meritò statutum fuit:sed hoc specia
3 le fauore fidei catholicæ reperitur, quòd solus † episcopus potest præsbyterum vel clericum in sacris constitutum, in hæresim lapsum degradare. c. 1. de hære. lib.6.gl.1.ubi Io.And.& Francus, & alij.in d. c. degradatio. Abb. in ca.non potest,ubi Fel. num.6. de re iudi. Idem Abb.in c.excommunicamus.1.de hęre.Gundiss. de Villa.de hære.q.19.num. 2. Ludo. Carre. de hære. §.nunc de pœnis.num.22.& Iaco.Septi. in Instit.cath ca.45.nu.25.ratio huius specialitatis est, quia facilè in unum locum ad degradationem tot episcopi non poterunt conuenire: & ne diutius tam enorme crimen in sacerdotibus impunè differatur.Forma verò degradationis habetur.in c. degradatio. de pœnis.lib.6. Et quando clericus, uel alius curiæ sæculari traditur, Epi
4 scopus & inquisitores † debent pro eo intercedere, ne sæcularis potestas puniat ipsum pœna sanguinis. cap. nouimus,ibi,pro eo debet ecclesia efficaciter intercedere,de uerb.signi.c.reum.17.q.4. neque propter hãc

traditionem ecclesia videtur consentire effusioni sanguinis: tantum denuntiant iudici sæculari vt talem degradatum ad suum forum recipiat, cum iam de iurisdictione ecclesiæ non sit: itaque apud iudicem proprium intercedit: quanquam vt communiter fieri solet, hæc traditio fit vt hæreticus morte puniatur.

SVMMARIVM.

1 *Degradandus est clericus quando pro hæresi est immurandus.*
2 *Pœna perpetui carceris morti æquiparatur.*
3 *Carcer etiam temporalis maximum est tormentum.*
4 *Maior pœna est carceris quam laborare agro uel opere publico.*
5 *Carcer appellatur mala mansio.*
6 *Carcer est maxima species seruitutis & tormenti.*
7 *Carcer est locus horribilis, maximè pauperibus.*
8 *Contractus in carceribus factus, firmitatem non habet.*
9 *Detentio diutina in carceribus pœnam minuit.*
10 *Causæ incarceratorum sunt summariæ.*
11 *Carcer non debet esse nimis arctus & durus.*
12 *Carcerati si ex defectu carceris, aeris, cibi, uel potus, ultra octo dies non uiuunt, ponentes reputantur homicidæ, & irregulares, tanquam si rei in patibulo ponerentur.*

SINGVLARE XLIX.

1 DEgradandus est clericus† antequam pro crimine hæresis perpetuo carceri tradatur. cap. 1. ibi, aut perpetuò immurãdus est. ubi Domi. not. 5. & Alb. not. 6. & Fran nu. 2. de hære. lib. 6. Abb. in c. at si clerici. ubi Dec. nu. 39. de iudi. bene. Paul. Grillan. de hæret. q. 7. in prin. Gundis. de Villa. de hære. q. 19. num. 3. Io. Bernar. Diaz in practi. Cano. cap. 106. quod secus est si pro alijs criminibus perpetuo carceri tradendus est secundum prædictos doctores, allegantes c. quamuis. de pœnis.
2 lib. 6. hæc uerò pœna † perpetui carceris morti æquiparatur. Inno. in c. qualiter & quando, in 2. nu. 6. de accusatio.

cusatio.Bald.in l.imperium.ff.de iurisdictio.omni.iudi. Ias.in l.transigere.nu.4.C.de transa. Hyppol. in practi. crimi.§.attingam. nu. 30. & pœna perpetui carceris in aliam speciem pœnæ, arbitrio Inquisitorum potest cõuerti.cap.ut commissi.§.necnon.de hære. lib.6.Abb.in cap.pen.de hæret.Paul.Grillan.de hære.q.7.in fi. car-
3 cer † similiter temporalis, est maximum tormentum. Bald.in l.1.in fine. ff. de custo.reorum, & in l. 1. C. qui non possess.ad liber.perue.vnde dicit gloss.in uerbo flagellis. in l. in seruorum.ff.de pœnis, quòd maior pœna
4 † est stare in vinculis quàm laborare in agro, seu in opere publico.l.si hominem.in princ.ff. depositi, quòd
5 carcer † appellatur mala mansio, quam.l.ad hoc allegat Francus in cap.quamuis.num.3.de pœnis.lib.6. & car-
6 cer † est quædam species, seruitutis. l.2. ff.de lib.homi. exhiben.glos.in parte.la ley.in l.17.titu.fi.lib. 3.fori:& est maxima species tormenti.l. 2. C. de abolitio. quam ad hoc allegat Bald.in l.si clericus.num.6. C. de episco. audientia. Hyppol. in l.1.nume.29.ff.de quæstio. vnde sing.dicit Bart.in tracta.de carceribus. in princ. quòd
7 carcer † est locus horribilis & molestus maximè pau-
8 peribus: ideo contractus † uel promissio in carcere factus, tanquàm si in tormentis esset firmitatem non habet l.qui in carcerem.ff.quod met. caus. Bald.in l.vnica.num.27.C.de confessis.Abb.in cap.accedens.num. 3.de procur.Ioan.de pla.in l.nemo carcerem.C.de exactio.tribu.lib.10.Hyppol.latè sing.306.incip. materia carcerati.hinc est, quòd si reus diutius propter delictũ
9 in carceribus fuit detentus, † pœna ordinaria delicti ei minuenda est, propter maximum tormentum quod in carceribus passus fuit,sing.est casus,vbi gloss.& Bar. & Alberi.in l.si diutino tempore.ff.de pœnis, allegat

ad hoc Sal.in l.seruos.2.col.C.ad l. Iulia.de ui publi.& Fran.Balbus.de præscrip.4.parte. princ. q. 2.in princ. Abb.in c.cum haberet.nu.4.de eo quiduxit in matri. Dec.consl.53.requisitus.nu.6.Hyppo.sing. 454. incip. cursus temporis.& Alci.in parergo.iuris.li.2.c.10.ideo dicit sing.gl.in d.l.si diutino.ff.de pœnis.quam allegat Hyppo.in l.1.§.præterea.nu.31.ff.de sica. quòd magis punitur homicidium recens, quàm homicidium antiquum:& pro delicto antiquo pœna ordinaria delicti non datur,per d. l. quam ita præfati doct. intelligunt: & Anto.Gomez.in 3.lib.resolu. c. 1. nu.8.ubi duobus singularibus modis id limitat,&Couarru.lib.2.resolu. c.9.nu.2.præsertim,vt dictum est,si delinquẽs diutino tempore in carceribus fuit detentus, maximè in aliquibus personis,quæ malunt mori quàm in carceribus esse,ob id incarcerati dicuntur miserabiles personę.l. si quis ad declinandam. C. de episcopis. & cleri. Bart. in tracta.de carce. in fine. & carceratorum causa dicitur pia.glo.in l.si quis pro redemptione,in prin. C. de dona.Hyppo.in pract.causa.crimi.§.nunc videndum. nu.
10 12. Ideo causa † carceratorum tanquàm miserabilium personarum sunt summariè & omni celeritate terminandæ, ita dixit Cinus in l. fin. C. si quis alteri uel sibi. Bartol.in tracta. de carce. in fine. est de hoc. l. fin. ibi custodia diutina non maceret. C. de custo. reorum . quam allegat Hyppo. in practica crimina. §.attingam. numero. 75. veruntamen iuxta nostram materiam, inquisitores & alij iudices ecclesiastici ad-
11 uertant, quòd carcer † non sit adeo arctus & durus, quòd vi carceris clericus intra breue tẽpus moriatur. Neque diminuatur cibus & potus, vt breui tempore pereat: aliàs, tales inquisitores vel judices sæculares

non

non euadunt pœnam irregularitatis. Ista sunt uerba Abb.in cap.à nobis.nota.3.de aposta.& in cap. ad audientiam.in fine.de crimi.fal.& in c.nouimus. nu.4.de uerb.sign.Anania.in cap.1.de collu.detegen.& in cap. qualiter & quando.2.§. fi. uersi. nunquid autem episcopi.de accusatio.Ideo dicit sing.Card.in cle. 1.nu. 9. de pœni. & remi. allegando Lau.quem sequitur Ioan. Bernar.Diaz in practica. ca. 129.& eleganter Aegidius Bosi.in practi.crimi.titul.de foro compe.numero
12 160.cum sequentibus: quòd si incarcerati † ex defectu aeris,uel carceris, uel cibi, uel potus, ultra 8. dies non uiuunt,ponentes reputantur homicidæ & irregulares, tanquàm si rei in patibulo ponerentur, hoc probat.c. à nobis. de aposta. ibi. uita sibi misera reseruetur. & d. c.ad audientiam.ibi per quod periculum mortis, & c. nouimus.§.1.de uerb.sig.ibi.pane doloris: ergo carcerato panis & aqua non sunt neganda.cle.j.§.1.uer.duro tamen carceri.de hære. quibus adde. c. pasce fame morientem.86.d.l.necare.cum alijs.ff.de lib.agno.

SVMMARIVM.

1 *Delictum defuncti post quinquennium a tempore mortis computandum puniri non debet.*

2 *Argumentum de crimine læsæ maiestatis ad crimen hæresis ualet.*

3 *Maiestatem æternam longe grauius est lædere quàm temporalem.*

SINGVLARE L.

1 DElictum † defunctorum post quinquennium à tempore mortis computandum puniri non debet.l.1.& 2.& in rub.& nigro. C. ne de sta. defunctorum post quin.quæ.l.in cognitione. ff. ad Sillania. Sed

Inquisitores hæreticæ prauitatis, in crimine hæresis post quinquennium possunt inquirere & punire, quò ad famam & bonorum publicationem.c. fi.§.fi.de præscrip.lib.6.cap.accusatus.§.in eo uero casu.de hære.lib. 6. vbi gl. in uerbo post mortem.dicit,quòd vsq; ad 40. annos.Abb.in cap.cum nobis.num. 8. & ibi latius Feli. num.11.de præscrip.Gandinus in tractatu malefi.rub. qui accusa.non pos.in fi. Franciscus Squilla. de fide catho.c.54.in fi.Corradus Brunus,de hære.lib.5.cap.17. Iaco.Septi.in Institu.catho.c.18.nu.14. & habetur expressè in Instructione prima Hispalensi.c.20.facit.l.fin.
2 C.ad l.Iulia.maiest. sumpto argumento † de crimine læsæ maiestatis,ad crimen hæresis,qđ validum est.l.Manichæos.ubi gl.in uerbo subire.C. de hære.hoc arguēdi genere vtitur.Archid.in c.cum secundum leges in fi. de hære.lib.6.Spec.tit.de hære.in prin.Cępola in cons. crim.incip.in causa.nu.18.Paul.Grilla.de hære.in prin. Gundis.de Vill.de hære.q.23.nu.5. cum longè grauius
3 sit æternam quàm temporalem lædere maiestatem,† vt his uerbis inquit tex.in auth.gazaros.C.de hære.c.vergentis.in fine.de hære.cap.sicut qui.17.q.4. sed Bart.& Sali.in l.2.per tex.ibi.C.de aposta.dicunt, quòd Inquisitores hæreticæ prauitatis non possunt inquirere in crimine hæresis post quinquennium à tempore mortis,quoad publicationem bonorum. Idem tenuit Roma. singu. 431.incipien.de crimine.est gloss.in l. Manichæos.C.de hæret.glos.in uerbo: o en caso de heregia. in l.9.tit.20.lib.4.fori.ll.quam opinionem de iure ciuili arbitror tantum procedere, per. d. l. 2.C.de aposta. quando ad fiscum sæcularem bona hæreticorum pertinebant,& non ad ecclesiam: prout Abb.& Feli.uolunt ubi supra.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Delictum omne regulariter est priuatum & non publicum, nisi aliter à lege exprimatur.*
2 *Crimen hæresis publicum delictum est.*
3 *Opprobria in Deum dissimulare non debemus.*

SINGVLARE LI.

DElictum † omne regulariter est priuatum, & non publicum, nisi aliter à lege exprimatur. l. 3. in fin. C. de præuari. Bar. in l. 1. ff. de publi. iudi. & in l. fi. ff. de pri. de-
2 lictis. Sed crimen hæresis † publicum delictum est. l. Arriani. l. Manichæos. C. de hære. l. 2. in prin. ti. 26. par. 7. nam quod in religionem diuinam cōmittitur, in omnium fertur iniuriam. l. 2. C. de aposta. l. Manichæos. in prin. C. de hære. Bald. in rub. num. 8. C. qui accusa. non pos. & Ang. in tract. male. in uerbo necnon ad querelā. uersi. quæritur tamen pro declaratione, ubi scribendo omnia delicta publica, refert crimen hæresis: & meritò
3 quidem, quia in Deum opprobria † dissimulare non debemus, cū ipse nostra deleuit. c. in nōnullis. de iudęis

SVMMARIVM.

1 *Obuiare delicto quis non tenetur, uel aliquem, à delicto uel iniuria reuocare. & nu. 2.*
3 *Errantem in fide quis tenetur corrigere, uel ab errore reuocare, siue delictum sit commissum, uel committendum.*

SINGVLARE LII.

1 DElicto † quis nō tenetur obuiare, uel aliquem à delicto, uel iniuria reuocare. l. metum autem. §. sed

licet ff. quod met. cauſ. vbi licet mihi pecuniam accipere, vt te liberem ab iniuria vel violentia illata: ergo nõ tenetur delicto obuiare: aliàs turpiter acciperet. l. fin. ff. de cond. ob turpem cauſam. l. 1. & 2. C. de pœna indic qui male iudi. l. 47. tit. 14. p. 5. & per hanc rationem ita tenuit gl. in uerbo arbitramur. in c. quantæ. de ſententia excom. gl & Bar. in l. culpa caret. ff. de reg. iuris. idem in l. 2. §. ſi eo. ff. ad Sillania. & in l. vt vim. num. 8. vbi latè iuniores, maximè Dec. nu. 33. ff. de iuſti. & iure. & Nicolaus Boerius deciſione. 83. incip. & videtur, & Ferdinandus Vazquez di Minchaca latè, licet more ſuo confuſiſſime, in lib. 1. controuerſiarum. cap. 16. qui ponunt differentiam inter Ius canonicum & ciuile, propter glo. in d. l. culpa caret, & gl. fi. in reg. non eſt. de reg. iur. lib. 6. quæ glo. meretur reprehendi, aut ſunt in foro pœnitentiali intelligendę, ſed quo ad forum con-
2 tentioſum, † nulla in hoc eſt differentia inter Ius Ciuile & Canonicum, cum Abb. in c. 1. in fine. de reſti. ſpo. Ant. in d. c. quantæ. Bald. in l. 1. C. de ſerui. fugi. Ana. in
* c. 2. de hære. Siculus, & Fel. in c. 1. de officio delega. ubi Decius nu. 8. hanc fatetur eſſe communem opinionẽ contra prædictas gl. quia nullus compellitur alteri benefacere. c. ad fidem. 23. q. 5. gl. in c. ad reprimendum. de offi. ordi. vnde dixit Bal. in l. vt vim. q. 8. ff. de iuſti. & iure. Pau. Caſt. in l. fi. in fi. C. de his quibus, vt indig. ꝙ ſi potui offenſum uel occiſum iuuare clamando & non feci, quòd non teneor, quod ſequitur Dec. in c. 1. nu. 7. de offic. deleg. ubi regulam & plures fallentias in hoc ſcripſit, poſt Fel. & alios ibi. Idem Fel. in d. cap. quantæ. Latius Io. Vilema. in rep. l. diuus. col. 5. cum ſequentibus. ff. de ſicarijs. ſed ſpeciale eſt, quòd errantem in fide
3 † qui tenetur corrigere vel ab errore reuocare: ſiue

delictum

delictum sit commissum uel committendum, quod est aliud speciale. Ioan. And. Ant. Abb. & Fel. per text. ibi in c. 2. de hære. c. duo ista. 23. q. 4. optimè Castro de iusta hære. puni. lib. 2. c. 25. tex. in d. c. 2. inquit hisce uerbis, qui alios cũ potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat, & in c. negligere. 2. q. 7. cuius uerba sunt, negligere cum possit perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere: neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

SVMMARIVM.

1 *Accusato danda est dilatio ad quærendum aduocatos.*
2 *Aduocati in Hispania constituuntur accusatis de hæresi, ne eorum defensio pereat.*

SINGVLARE LIII.

1 Dilatio † parti accusatæ danda est, ad quærendos aduocatos. l. 1. §. ait prætor. ff. de postu. l. ab hostibus. ff. ex quibus cau. maio. in crimine verò hæresis dãda non est huiusmodi dilatio. ca. fi. in prin. de hære. lib. 6. c. si aduersus. eod. tit. Bar. in extrau. ad reprimendũ, in uerbo sine strepitu. in fine. Quomodo in crimi. læsæ maiest. proce. Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 43. nu. 19.
2 sed hodie iam prouisum est, vt aduocati † constituantur accusatis, ne eorum defensione pereant.

SVMMARIVM.

1 *Actori quis non compellitur edere instrumenta uel libros ad suam intentionem fundandam.*
2 *Accusatus de hæresi cogitur instrumenta & libros suos contra se edere.*

SINGVLARE. LIIII.

1 EDERE instrumenta † sua uel libros contra se actori ad fundandam intentionem suam quis non compellitur.c.1.de proba.l.qui accusare. C. de edendo.l.nimis graue. C. de testi.ca.qui intendit.4.q.3.l.17.tit.2.p.3. Sed quan-
2 do aliquis pro hæresi est accusatus, † cogitur instrumenta uel. libros contra se edere. c.ut commissi.§.necnon.in prin.de hære.lib.6.& ibi gl.& Perusinus, nota.4.& Purpu.in l.fi.nu.20.C.de edendo.Io. Nico.de hære.nota.21.incip.magnificus.Iaco. Sep.in Insti. cath.c.45.n.20.plures alias fallẽtias ad dictã regulã doctores scripsere.in d.c.1.& Soc.in reg.149.inci.edere actor.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus pro quibus criminibus a suis subditis accusetur.*
2 *Episcopus nõ potest de hæresi accusari, nisi corã Romano Pontifice.*
3 *Episcopi qualitates quales esse debeant.*

SINGVLARE LV.

1 EPiscopus † à suis subditis pro nullo crimine accusatur, nisi pro crimine hæresis:& alijs criminibus exceptis.c.oues. ca.accusatio quoque.2.q.7. ubi Eusebius Papa inquit his uerbis:oues quæ suo pastori commissæ sunt,eum nec reprehendere,nec vllatenus accu-
2 sare possunt:quæ accusatio † hæresis coram inquisitoribus proponi non potest,nisi coram Romano Pontifice.c.inquisitores.de hære.lib.6. & habetur in Conci. Triden.sessione.13.de reformatione.cap.13. declarat Iaco.Sep.in Insti.catho.c.24.nu. 5. ubi inquit allegãdo Bart.Mirandam,in tracta.de necess.resi.epis.& Gratia-
3 num in ca.1.40.d. quòd episcopus † debet esse natura prudens,moribus docilis,temperatus, castus, sobrius,

peruigil, humilis, affabilis, misericos, doctus, in lege domini instructus, fideique defensor: non litigiosus, non auarus: viduarum, orphanorum, & pauperum protector: & omnia ad unguem faciat quæ in sua consecratione promittit. Et quales oportet esse episcopos scripsit diuinus Pau. ad Timo. epis. 1. c. 3. & habetur in sess. 2. Conci. Tri. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Errans, in delictis, nõ habetur pro doloso, nec tãquã dolosus punitur*
2 *Errans, licet sic in culpa, & det operam rei illicitæ, non punitur ut dolosus.*
3 *Bartoli doctrina in l. respiciẽdum, §. delinquũt. de pœnis. declaratur.*
4 *Errans uel dubitans in fide, pro hæretico habetur.*
5 *Capitulum 1. de hæreti. declaratur.*

SINGVLARE LVI.

1 ERrans in delictis † nõ habetur pro doloso, neque tanquam dolosus punitur. l. j. C. de sicarijs. l. fœdissimam. C. de adulte. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. c. cum uoluntate. de sent. excom. potius enim error uel ignorantia præsumenda est, quàm dolus. sing. est. l. quòd adhibitus: ibi. credite magis errore quàm malitia incidisse. C. de his qui sibi ascripserunt in testamento. quã dicit nõ esse alibi. Bal. in l. 1. in fi. ff. de legi. & Dec. cõs. 175. in causa falsitatis. nu. 5. Hyppol. in rub. ff. de falsis, nu. 7. & in l. qui ignorans. nu. 9. ff. eo. tit. de falsis, & li-
2 cet errans † sit in culpa, & dat operam rei illicitæ, non punitur ut dolosus. l. si cum seruo. ff. de iniurijs, per quẽ decidit. Ang. ibi. quòd qui uolebat occidere Titium, & errore ductus occidit Gaium quem credebat esse Titium, non debet puniri corporaliter vt dolosus homicida, sed pœna extraordinaria arbitrio iudicis. idem Angel. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis, contra Bart. ibi, qui contrariam expresse tenuit senten-

tiam: ſed Bart. ibidem in hoc meretur reprehendi, & contra Bar. tenuit Floria. in l. ſcientiam. §. ſed & ſi defendendi. per tex. ibi. ff. ad l. Aquil. & Iaſ. in l. 1. nu. 16. ff. de legi. dicens ꝙ Bar. communiter reprobatur. Sed reuera
3 ſi uerba † Bart. rectè inſpiciantur, opinio Bar. poteſt ſuſtineri: nam ipſe non affirmat ꝙ pęna ordinaria uel extraordinaria puniatur, ſed ſimpliciter ꝙ puniatur, & poteſt Bar. intelligi pœna extraordinaria, ut teſtatur com-
4 munis: ad rem igitur, errans † vel dubitans in fide, pro hæretico habetur. c. 1. de hære. c. Beatus. vbi gloſ. 22. q. 2. l. 2. C. de hære. Bald. in l. data opera. nu. 53. C. qui accuſa. non poſ. Fran. Squil. de fide catho. c. 18. & qualiter hoc intelligatur, & de multiplici errore circa fidem ſatis vberrimè explicat Iaco. Sept. in Inſti. catho. c. 25. per
5 totum: & tex. in d. c. 1. de hære. dicens, ꝙ dubius † in fide infidelis eſt, intelligendus eſt ſecundum Io. And. ibi de dubitatione quæ habet in ſe firmitatem animi & quandam pertinaciam, & ſemper perſeuerat in illa dubitatione: ſecùs ſi incidat in dubitationem ex primis motibus, & non aſſiſtit, ſed ſtatim à dubitatione recedit. Ita declarat d. tex. Pala. rub. in alleg. hære. §. pe. & Alphon. Guerrero in theſauro religionis chriſtiauæ. de hæret. nu. 22. & optimè Ludo. Carre. de hære. §. circa ſecundum. nu. 6. cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab homine à quo abſoluatur.*
2 *Inquiſitores quomodo poſsint abſeluere redeuntes.*

SINGVLARE. LVII.

1 EXcõmunicatus † ab homine, à nullo abſoluitur niſi ab illo qui illum excommunicauit: uel qui ſuperior non tamen inferior ſit. c. paſtoralis. §. præterea de offic.

ord.

or d.l.minor magiſtratus.ff.de mino. Abb.in c.prudentiam.§.ſi uerò.nu.5.de offi.delega. & in c. nimis graue.
2 nu.4.de præben.ſed Inquiſitores † hæreticæ prauitatis cùm ſint Papa inferiores, poſſunt abſoluere hæreticos ad fidem redeuntes à ſententijs excommu. & aliarum pœnarum quas Romanus Pontifex in cœna Domini aduerſus illos promulgauit, ita tenent Archid.Io.And. & Domi.in c.ut officium.in princ.de hære. lib. 6.Gundiſ.de Villa.de hære. q. 20. nu. 10.& in Directorio Inquiſitorum.3.par.in formis abiurationum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus non eſt idoneus teſtis.*
2 *Excommunicatus minori excommunicatione poteſt eſſe teſtis, & ſtare in iudicio.*
3 *Excommunicatus maiori excommunicatione in quibus poſſit eſſe teſtis. & num.4.*

SINGVLARE LVIII.

1 EXcommunicatus † teſtis idoneus non eſt.c.ueniēs. in 2.in fi.de teſti.c.intelligimus,de iudi.clarior tex. in c.decernimus.de ſent.excommu.lib.6.auth. credentes.C.de hære.ratio manifeſta eſt, quia maior excommunicatio non ſolum à perceptione ſacramentorum, ſed etiam à communione fidelium ſeparat. c. ſicut. 11. q.3.c.ſi quem.de ſenten. excommu.ex quo ſequitur,ꝙ
2 ſi eſſet excommunicatus† minori excommunicatione, quòd bene poterit eſſe teſtis & in iudicio ſtare,cum nō ſit à communione fidelium ſeparatus, ut in iuribus modo citatis tenuit expreſsè gloſ. in uerbo iuriſdictionis. in c.ſi celebrat.de cleri.excom. miniſt.gloſ. in parte, & teſtificando,in d.c.decernimus.Felin.in d. c.ueniens.in fin.l.6.in fi.tit.9.par. 1.uerum extra iudicium,in aliquo inſtru-

3 instrumento, uel testamento, excommunicatus † maiori excommunicatione testis esse potest. Inno. in c. pia. nu. 4. de exceptio. Bal. in l. 1. nu. 17. C. de hære. Instit. Io. And. in c. decernimus. nu. 2. de sent. excommu. li. 6. ubi similiter dicit, quod contrahere potest. Abb. in c. ad probãdum. nu. 8. de re iudi. & in d. c. si uerè. nu. 8. in quo loco optimas adducit rationes. Feli. in d. c. ueniens. num. 29. ubi regulam & 3. fallen. scripsit. Dec. post alios in d. cpa. intelligimus. num. 3. & ita videtur communis opinio: quãquàm in hoc casu locum habet ratio de qua supra: quòd est prohibita excommunicato fidelium communio: sed fortassis ne tot testamenta uel contractus ob id annullentur, uel quod ea quę in iudicio fiũt publico officio aguntur: secus extra iudicium, ut annuit Innoc. in d. ca. pia. in fine. Quicquid denique sit, speciale est quòd in
4 causis hæreticæ prauitatis, excommunicatus † maiori excommunicatione, admittitur in testem contra hæreticos. c. in fidei fauorem. c. præsidentes. de hæret. lib. 6. Gundi. de Villa. de hære. q. 13. nu. 10. Francis. Squil. de fide catho. c. 34. in prin. Iaco. Sept. in Institu. catho. cap. 62. nu. 5. dicens quòd etiam in hoc crimine hæresis excommunicati non plenè probant sine alijs adminiculis Abb. in c. per tuas. nu. 4. de sym. Feli. in c. testimonium. nu. 22. de testi. Gundiss. de Villa. de hæret. q. 13. nu. 12. Pala. Rub. in allega. hæresis. §. fi. & ex d. c. in fidei fauorẽ colligitur: ibi ex qualitate & alijs circunstantijs &c.

SVMMARIVM.

1 *Participans cum innodato maiori excommunicatione est excommunicatus minori.*

2 *Iudices Inquisitionis conuersando cum iudicibus secularibus excõmunicatis, exercendo officium suum, contra hæreticos, non ob id ligantur excommunicatione.*

SIN-

SINGVLARE LIX.

1 EXcommunicatus † est minori excommunicatione, qui participat cum excommunicato maiori excōmunicatione innodato.c.nuper.c.si quem. de sent. excom.c.quoniam multos.11.q.3.l.2.& 5.tit.9.par.j.Sed
2 Inquisitores † & alij iudices hæreticæ prauitatis,cōmunicantes cum iudicibus sæcularibus maiori excommunicatione excommunicatis, vocando brachium sæculare,vel alio modo,contra hæreticos officiū suum exercendo,non tamen ob id ligantur minori excommunicatione.c.præsidentes,& ibi gl. in parte excommunicationis,dicit hoc esse speciale in hoc crimine, de hæret. lib.6.alios similes casus refert. d.c.quoniam multos.& c.inter alia.de sen.excom.& l.34.tit.9.par.prima.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus in causa ciuili pro contumacia non habetur pro conuicto.*
2 *Qui stat per annum in excommunicatione, pro quacunque causa prolata,est suspectus de hæresi.*
3 *Contumax pro crimine hæresis, post annum ut uere hæreticus damnatur.*

SINGVLARE LX.

1 EXcommunicatus † pro contumacia in causa ciuili, etiam si stet in excommunicatione per mille annos,non habetur pro conuicto.gl.est sing. & communiter recepta,in verbo.non potest.in cap.contingit.de dolo & contuma.Quam ibi Ant.& alij notāt pro sing. &,Abb.in c.1.nu.27.de iudi. Francus in c. cum contumacia,in fi.de hære.lib.6.Rom.sing.303. incip. de hoc heri.Aufre.in additio.ad Capel.Tholo. decis. 365. sed excommunicatus pro quacunque causa etiam ciuili, si

per

1 per annum extiterit in excommunicatione † est suspectus de heresi:& Inquisitores contra eum possunt procedere,vt saltem indicatur purgatio : nam talis præsumitur male sentire de articulis fidei, contemnẽdo per tãtum temporis spatium, animo indurato,potestatem clauium ecclesiæ:sed nõ vt hæreticus damnetur. Ioan. And.Francus & alij in d.c.cum contumacia.in fi. Idem Io.And.& Abb.in c.fi.de pœnis. Albertinus in Rub.de hære.lib.6.q.13.nu.34.Ripa.in c.1.nu.77.de iudi.Corradus Brunus.lib.1.de hære.cap.4.Ludo.Carrerius.de hære.nu.21.Io.Nicol.de hæret. not.41.incip.nota perpetuo.Gundis.de Villa.de hære.q.10.nu.2.Pala.rub.in c.per vestras.§.18.num.27.fol.67.col.4.de dona.inter vir.& vxo. verùm si pro crimine hæresis quispiam fue-
3 rit citatus,& per annum continuum sit contumax † lapso anno damnatur vt hæreticus.c. cum contumacia. c. vt Inquisitionis.in fi.de here.lib.6.c.excommunicamus 1.§.qui autem.de hære.& in c.3.de reformatione.in fi. Sess.25.Concil.Trid.concordat.l·regia.32.tit.9.par.1. optimè Abb.in c.insinuatum.num.4.de symo.est sing. decis.Capellæ Tholosanæ,in ordine.365.incip.Item an no.vbi traditur vera procedendi forma in hoc casu con tra hæreticos,& annus huiusmodi esse debet cõtinuus, ꝙ semper & omni tempore illius anni sit excommuni-
4 catus:hoc annnit illa dictio,per:de qua in d.c.cum con tumacia.quæ denotat continuationem temporis , & actum perfectum. l.si vrbana.§.pernoctare.ff.de verb. sign.c.quoniam frequenter.§. si verò , ut lite non contesta.c.cupientes.§.quòd si per viginti.de electio.lib.6. cap.præsentium.7.quæst.1.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum excommunicati est ualidum.*

2 *Excommunicatus pro hæresi non potest testari.*
3 *Testamentum hæretici, si ad fidem redit, conualescit.*

SINGVLARE LXI.

1 EXcommunicatus † non est prohibitus testari, & testamentum ab eo factum validum est. Inno. in c. veritatis. de dolo & contum. & in c. cum voluntate. de sententia excom. Archi. in c. pia. nu. 4. de excep. lib. 6. Ioan. And. in c. decernimus. post gl. ibi, in verbo. & testificando, de senten. excom. lib. 6. Bar. optimè cons. 238. incip. existens Petrus, vbi opiniones contrarias nititur concordare. Fel. in c. cum dilectus. nu. 5. de accusa. hanc dixit esse communem opinionem, & Abb. in rub. de test. nu. 5. dicit communem. Barba. in c. quia ingredietibus. de testa. Ioan. Duran. in arte testandi. tit. 1. cau. 10. Sed
2 speciale est, ꝙ excommunicatus † propter crimen hæresis non potest testamentum condere. c. excommunicamus. in 1. §. credẽtes. de hæret. Aut. credẽtes: & ibi Bar. C. de hæret. quem text. ad hoc allegat Arch. in d. c. pia. nu. 4. Bar. in l. si quæramus. nu. 8. ff. de test. Bal. in l. fi. nu. 7. C. si à non compe. iudi. Feli. in cap. ad probandum. in prin. de re iud. vbi Abb. num. 10. sed si ad fidem reddit,
3 testamentum † conualescit. Fel. in c. cum dilectus. nu. 5. de accusa. allegando cons. Federici. 139. & Hyppol. in practi. crimi. §. secunda quæstio. num. 49. contra ea quę concludit Cast. in l. 5. Tauri. in verb. & ad legitima. in prin. & contra reg. iuris, non firmatur. de reg. iuris. lib. 6. & in prin. Insti. quibus non est permi. face. testa.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari quis non potest post mortem.*
2 *Vulnerans hominem mortuum non punitur.*
3 *Promittens dare gallinas tenetur eas dare viuas.*
4 *Pro crimine hæresis post mortem quis communicatur.*

5 *Com-*

5 *Communicans cum mortuo eum ſepeliendo excommunicatus eſt.*
6 *Qui viuus non potuit in ciuitate aliqua morari, mortuus non poteſt ibidem ſepeliri.*

SINGVLARE LXII.

1 EXcommunicari † nullus poteſt poſt mortem.cap.à nobis.in 2.§.nõ obſtat.de ſenten.excom.c.ligatur. 24.q.2.quia excommunicatioue anima ligatur.c.Inquiſitioni.de ſenten.excom.c. ſi quis præsbyterorum. de rebus eccleſiæ non alienan. & mortuo anima nõ ineſt, ideo mortuus non excommunicatur:vnde dicit tex.in c.tempus.13.q.2.& c.qualis.25.diſtin.qualis ex hoc ſæculo quis egreditur, talis apud Deum repreſentatur:ac iuxta illud Matthæi.c. 16. quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis.c.ſolitæ.de maio.& obedien.l.1.tit.5.lib.8.ordi.& exponit gl.in d. c. ligatur ſuper terram,id eſt inter viuos:ideo dicit Bal.in l.ſororẽ. nu.2.C.de his quibus vt indig.& in l.1.nu.7. C. qui accuſ.non poſ.& in l.ex hoc iure.col.3.'ff. de iuſti. & iure.
2 Hypp.in l.fi.nu.30.ff.de quæſt. quòd vulnerans † hominem mortuum non punitur, licet ſtatutum dicat quòd vulnerans hominem puniatur, Titius enim ſi eſt mortuus non dicitur amplius Titius.Bal.in l.conuenticula. in fi.C.de ſacroſan.eccleſ.& in l.vnica.nu.40.C.de confeſſis. his addendum eſt quod Bar. ſcripſit in l. quòd te
3 te mihi.num.18.ff.ſi cert.peta.quòd promittens † dare vnum par caponũ tenetur dare viuos & non mortuos: & ibi Bal.Ang.& Rom.ſequuntur. Idem Bar. Ang.& Imol.in l.qui decem.§.fi.de ſolu.per tex.ibi,idem Bart. per tex.ibi in l.1.§.ſi plures.ff. ſi quadru. pau. feci.dicatur.Hyppo.latè in l.fi.nu.37.ff.de quæſt.Ad rem igitur, ſpeciale eſt quòd pro crimine hæreſis, in deteſtationẽ
4 huius criminis † quòd poſt mortem poteſt quis excommunicari.

municari.c.fin.§.sunt autem. 24. q.2.gl.sing.in summa ea.caus.& q.c.si quis episcopus:vbi Abb.nu.3.de hęre. idem Alb. in c. literas. nu.26.de resti.spol.Gundiss.de Vill.de hære.q.22.nu.6.Iac.Septi.in Institu. cath.c.17. in prin.& c.27.nu.4.& hunc effectum in hoc casu operatur excommunicatio,vt possit exhumari corpus hæretici iam sepultum in cemiterio:uel in ecclesia.cap.sacris, vbi Abb.de sepultu.idem Abb. in c. mulieres. nu. 7.de senten. excom.sed cum à iure omnes hæretici sint excommunicati.c.excommunicamus.de hære. parum aut nihil in hoc casu operari potest ab homine excommunicatio, contra Abb. vbi suprà. Sed omittendum non est, quòd communicans cum mortuo excommu-
5 nicato † eum sepeliendo vel sindone tegendo in excōmunicationem incidit.gl.est sing.in c.ad hæc.de priuil. quam ibi.nu.2.dixit esse sing. Abb. in d.c.mulieres.nu. 7.& in c.sacris.in prin.de sepultu.& Dec.in l.fin.nu.11. ff.de iur.omni.iudi. & in c.2.nu.3.de exceptio.quia cui non communicamus viuo, non communicemus mortuo.c.2.& 3.23.q.2.& in d.c. sacris.vnde sing. affirmat
6 Barto.per tex.expressum ibi in l.si quis in insulam.ff.de cada.punitorum, quòd qui viuus non potuit in aliqua ciuitate morari, mortuus non potest in illa ciuitate sepeliri:quem tex.ad hoc dixit sing. Ias.in l.2.nu.3.C.qui testa.fac.pos. & Petrus de Rauena in suo alpha. aureo. fol.158.col.3.& Dec.in c.2.n.4.de excep. & addi.Abb. in d.c.ad hæc.& ita per supradicta proximis dieb.respōdi, quòd Ioan. Alfon. qui propter exilium in oppidum dela Roda patria mea diocęsis Conquensis nō potuit ingredi, qui mortuus durante tempore exilij fuit in dicto oppido,nō potest sepeliri sub pœna exilij:quod est satis notandum.

SVMMARIVM.

1 *Fides etiam hosti & inimico seruanda est.*
2 *Hispanorum mos est non seruare fidem, quod tamen dictum reprehenditur.*
3 *Fides a priuato prestita non est hereticis seruanda.*

SINGVLARE LXIII.

1 FIDES † etiam hosti & inimico seruanda est.c.noli existimare.23.q.1.c.innocés.22.q.4.glo.in c.dominus noster.23.q.2.notatur per glo.& dd.in c.3.de iureiur.nam graue nimis est fidem fallere.l.1.ff.de constit.pecu.l.iurisgentium.§.prætor ait.& l.conuentionum.ff.de pactis.ob id inquit Vlpia.in l.1.ff. de pact. quid.n.tam congruum est fidei humanæ, quàm ea quæ placuerunt inter se seruare. & contra Hispanos inquit Io.And.in prohe.dicere.quòd
2 Hispanorum † mos est non seruare fidem:ubi Bal. col.6.inquit, caue tibi omnino à Cathalanis : quos refert Nicola.Boëri.decis. 179. incip. & primo præsuppono. nu.8.sed salua eorum authoritate,non rectè in hoc sentiunt : si quispiam de Hispanorum fidelitate & fide legere desiderat,legat de Bello Saguntino. & Marineum Siculum de Hispanorum moribus.lib. 4.prope finem. Verum ob tanti huius criminis prauitatem communis
3 doctorum sententia recepta est, fidem † à priuato præstitam hæreticis seruandam neutiquàm esse,ut in Concilio Constantiensi Ioannes Hus heresiarcha, & eius discipulus Hieronymus traditi fuerunt igni, quamuis eis data fuit securitas.S.Thom.2.2.q.4.art. 3. Barto.& ceteri in l.conuentionum.ff.de pact. Corradus Brunus lib.3.de hære.c.14.Dec.in l.ea est natura.ff. de reg.iur. latè Iaco.Septi.in Instit.cath.c.45.nu.14.cum sequentibus,

tibus, ubi plenè distinguit inter fidem datam à priuato uel à republica, uel à iudice hæreticis.

SUMMARIUM.

1 *Filij succedunt parentibus tam ex testamento quàm ab intestato.*
2 *Parentes catholici possunt exheredare filios hæreticos.*
3 *Filius exhæredari potest a patre ex causa simili uel grauiori expressis in iure.*

SINGULARE LXIIII.

1 Filij † ex testamento & ab intestato succedunt parẽtibus suis. l. in successione. C. de suis & legi. hære. l. inter cætera. ff. de lib. & posthu. Aut. de hæret. & Fal. §. semper igitur. colla. 1. auth. de hære. ab intesta. venien. in prin. colla. 9. l. 3. ti. 13. par. 3. l. 53. ti. 6. par. 1. l. 6. Tauri. sed si sunt filij hæretici, neq; ex testamento, neq; ab intestato parentibus suis succedunt: & propter hoc parẽtes
2 † catholici, licite eos possunt exhæredare. c. excommunicamus. 2. §. credentes. de hæret. l. cognouimus. l. Manichæos. auth. Gazaros. C. de hære. Aut. ut cum de appella. cogno. §. causas. uersi. si quis ex prædictis. colla. 7. gl. in §. fin. Insti. de inoffi. testam. glos. in cap. Quinta vallis. de iureiuran. Gundis. de Villa de hære. q. 23. in prin. Hyppol. in rep. rub. ff. de fideiusso. num. 120. Ludo. Carrerius. de hære. §. nunc de pœnis. nu. 35. l. 3. & 4. tit. 26. par. l. 7. tit. 7. par. 6. Quæ lex omnes alias iustas exhæredationis causas refert. & ultra prædictas expressas, ex
3 alia causa simili uel grauiori filius † potest exhæredari, tenuit Ang. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniurijs. Alc. cons. 202. super themate. uol. 2. Cur. iun. cons. 182. nu. 10. Fel. in c. pastoralis. nu. 3. de rescrip. Hyppol. in l. qui falsam. §. accusatio. nu. 5. ff. de fallis, & in sing. 78. incip. plures sunt causæ. Ioan. Berna. Diaz. in reg. 273. incip.

exhæredare. Hanc tandem dicunt esse communem opinionem. Alex. auth. non licet. nu. 9. & ibi Iaſ. num. 6. C. de lib. præ. vel exhære. Pala. Rub. in rep. rub. de don. inter virum & vxorē. §. 16. nu. 10. Didacus de Couar. in c. Rainutius. nu. 16. de testa.

SVMMARIVM.

1 *Filij orthodoxi iudæorum uel hæreticorum, fauore fidei poßunt petere ſuas legitimas in bonis parentum ſuorum etiam uiuentium.*
2 *Viuentis nulla eſt ſucceſſio neque hæreditas.*

SINGVLARE LXV.

1 Filij † orthodoxi iudæorum uel hæreticorum fauore fidei poſſunt petere ſuas legitimas, in bonis ſuorum parentum etiam viuentium. l. cognouimus. Et ibi Sali. C. de hære. c. iudæ. in 2. & ibi Anania. & Fel. nu. 2. not. de Iudæis. Io. de Imo. in c. Rain. nu. 43. de teſtam.
2 regulariter contra, nam viuentis † nulla eſt ſucceſſio, neque hæreditas. l. 1. §. ſi impuberi. vbi Bar. ff. de colla. bono. l. neminem. ff. de acq. hære. auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. optimum igitur conſilium eſt illud Eccleſiaſticum. ca. 33. filio, & mulieri, fratri, & amico, non des poteſtatem ſuper te in vita tua, nec dederis poſſeſſionem tuam, ne forte pœniteat te: melius eſt enim, ꝙ filij te rogent, quàm te reſpicere manus filiorum tuorū.

SVMMARIVM.

1 *Filij in quibus puniantur propter delictum hæreſis paternum.*
2 *Paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt.*
3 *Quando progenitores fuerunt reconciliati, filij eorum non puniuntur.*
4 *An pœna extendantur ad filios ante delictum natos.*
5 *Filius pro delicto patris non punitur.*
6 *Ponuntur caſus in quibus filij pro delictis ſuorum parentum puniuntur.*

SIN-

SINGVLARE LXVI.

1 FIlij hæreticorum † quoad bona, & honores, & beneficia obtinenda, & quoad multa alia in odium tanti criminis pro delictis suorum parentum puniuntur. c. vergentis. in fine. de hære. c. vt commissi. §. priuandi. c. 2. §. hæretici autem. c. statutum. in 2. c. cum secundum leges. de hære. lib. 6. Auth. Gazaros. C. de hære. li. 4. tit. 26. par. 7. & est expressa Pragmatica huius regni: tenuit Bar. in l. aut facta. §. nonnunquam. nu. 4. ff. de poenis: & mirabiliter in hoc loquitur Henricus in d. c. vergentis: & Alphon. Aluarez Guerrero, in thesauro religionis Christianæ. tit. de hære. nu. 6. Gundis. de Villa. de hære. q. 23. in prin. Hyppo. in rub. nu. 120. ff. de. fideius. & habetur in Exodo. c. 20. Ego sum dominus Zelotes, visitans iniquitates parentum in filios, vsq; ad tertiam
2 & quartam generationem: quia paterna † flagitia hæreditaria successione descendunt. l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. c. pe. 56. dis. plures huius rei rões scripsit Ia. Sep. in Insti. cath. c. 9. nu. 4. & q̧ dicunt prędicta iura, maximè tex. in d. §. hæretici aũt. q̧ descẽdẽtes hæreticorum per lineam masculinam, vsq; ad secundum gradum, & per fœnininam vsq; ad primam, ad ecclesiastica beneficia, & ad officium publicum, & ad dignitates sæculares ad-
3 miti non debent: intelligenda sunt † qñ progenitores fuerunt verè hæretici, & non quando fuerunt reconciliati, & reincorporati vnitati ecclesiæ. c. statutum. in 2. §. fi. de hęre. lib. 6. expresè Gundis. de Villa. de hæret. q. 23. in prin. quod est notandum: & an filij hæreticorum priuentur beneficij, iam obtentis tempore commissæ hæresis paternæ, uidendum est supra singulari. 24. in fine. Abb. & Anto. in c. vergentis. de hæret. Villadiego. de hære. q. 23. Reper. Inquisitorum in verb. filij. Roma.

sing. 686.glo.in c.satis peruersum. 56.distin.glo.Card. Ioan.de Imola & Bonifa.in cle.1.§.ipsius filij,de pœnis. late Couarru.lib.2.resolu.c.8.nu.4. in quo loco nu. 5.
4 & sequenti, latè examinat. an pœnæ † in iure statutæ aduersus filios hæreticorum, extendantur ad filios natos ante delictum hæresis commissum, in quo articulo videndum est Singulare. 68. infra, regulariter contra
5 quòd filius † pro delicto patris non punitur. l. crimen paternum.ff.de pœnis.l.2.& fi.& in rub.& nigro.C.ne filius pro patre.Iuxta illud, filius non portabit iniquitatem patris,neq; pater iniquitatem filij.c.iudæi.c.non imputabuntur.1.q.4. sæpissimè verò vnus punitur pro
6 alio † ut fuerunt paruuli Sodomæ igne cõsumpti propter parentum scælera,ut Genesis.c.19.&de Datham, & Abiron hoc contigit,ut habetur in Numeris. c.7. & pro peccato Achor, plebs Israelitica hostibus tradita est:ut in 1.Regum.c.4.& Helibonus sacerdos,pro iniquitate filiorum suorum. Et refert Quintus Curtius, lib.6.ꝙ lege Macedonum statutum erat, ut propinqui & affinas illorum qui regi insidiati erant,cum ipsis etiã insontes necarentur: plures casus in quibus vnus punitur pro alio,refert gl.in c.Ecclesia.1.q.4. & sing.glo. in summa.c.cau.& q.gl.& doct.in c.non debet. de reg. iu.lib.6.Bal.in rub.C.res inter alios acta. Fel. in c.uergenti.nu.3.cum seq.de hære. & in c.ius gentium. fi. & pe.col.1.dist.Pau.Grillan.de hære.q.3.nu. 4. cum seq. Hypo.sing.551.in cip.pęna.late Couarru.lib.2. resolu. c. 8. & 12.casus refert Matthæus de Afflictis in consti. Neapoli.tit.2.nu.24.& 33.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum liberantur ipso facto a patria potestate.*

SIN-

SINGVLARE LXVII.

1 Filij † pp delictum hæresis paternum liberatũ ipso facto à patria ptāte liberatur.c.2.§.illud autẽ.de hære.lib.6.l.quisquis.§.emancipationes.C.ad l.Iulia. maiesta.Fel.in c.fi.in prin.de hære.optimè Iaco.Septi. in Institu.catho.c.45.num.28.& Ludo.Carre.de hæreti.§.nunc de pœnis,nu.35.In alijs uerò delictis, aliter est.l.relegatorum.§.ad tempus.ff.de interdi.& relega.& in §.relegati.Insti.quibus modis ius patriæ pote.sol.l.1.& 2.tit.18.p.4.

SVMMARIVM.

1 *Paterna flagitia filijs ante natis non nocent, sed nascituris.*
2 *Gradus doctoratus filijs ante genitis non prodest.*
3 *Crimen paternum hæresis filijs antea natis nocet.*
4 *Reprobatur opinio Calde.& sequatium.*
5 *Ponitur vera specialitatis ratio.*

1 Filijs † ante delicta parentum natis, paterna flagitia minimè pręiudicant,quin utantur priuilegijs, & aliis rebus quibus uti poterant ante delictum commissum.l.2.C.de libert.& eorum libe.ubi probatur ꝙ propter ingratitudinem à liberto commissam, ipse & eius filij post ingratitudinem nati,& non antea in seruitutem reuocantur,ubi Bal.num.5.inferendo ad statutum Perusii,notat delicta parentum non nocere filiis ante natis,sed nascituris:cum non ueniant ex infecta radice.l.emancipatum.§.1.ff.de senat.ubi macula patris non nocet filio antea nato ad officium senatoris obtinendum.l.1.§.fi.ff.de bono.posse.contra tabu. l.si necem.§.si deportatus.ff.de bonis liberto.quæ iura volunt,quòd filii iam nati propter superuenientem casum in personam patris non repelluntur à successio-

ne paterna, & facit quòd filius antea natus ex dignitate superueniente patri, non consequitur priuilegium
2 uel honorem paternum, vtputà si sunt † ante gradum doctoratus geniti.l.filij.§.senatores.ff. ad municipa.l.si senator.C.de digni.lib.12.glos.& Bar.in l.2.§.in filijs.ff. de decurio.idem in l.cum satis.nu.11.C.de agri.& cēsi. lib.11.Io.de Pla.in l. in filijs. C. de decurio.lib.10.ergo cum commoda non consequantur, neque incommoda:iuxta regulam iuris notissimam, & in specie omnia supradicta uidetur probare.l. 3.ibi ni el hijo, que vuo despues que hizo la traycion, pueda reptar. tit.9.lib.4. ordi.l.4.& 5.in fi.tit.1.lib.4.ordi.l.6.tit.27. p.2.l.fin.tit. 31.p.7.l.9.tit.22.p.4.gl.in l.diuo Marco.C.de quæstio. gl.in parte reatum,in c.iam itaque.1.q.4. Sed in crimi-
3 ne hæresis speciale quidem est, † ꝙ filijs hæreticorum etiam iam natis aute crimen hæreseos commissum,crimen hæresis paternum præiudicat,sicut filijs posteà natis:ita Repertorium Inquisitorum,in verb.filij.Gundi. de Villa.de hære.q.23.nu.5.Ioan.Lupius, de regno Nauarræ,parte.5.§.8.Alphon.Castren.de iusta hære.pun. lib.1.cap.fin.& de potestate legis pœnalis. cap.7.lib.1. illa.2.latè Couarru.lib.2.resolu.cap.8.num.4. versic.4. solet, qui omnes prædicti suis literis & virtutibus nostram illustrant Hispaniam, quippe qui Hispani sunt: & hoc prius tenuit Alber.& Salic.in l. quisquis.C.ad l. Iulia.de adulte. Aug.in tracta. malefic. in verb. che hai tradito la tua patria.glo.in cap.si quis cum militibus.in uerb.filij.6.q.1. text.in cap.filij, de hæret. lib. 6. ubi filij eorum qui hęresim in articulo mortis commiserunt patiuntur pœnas canonicas. Indubitanter ergò de filijs iam natis ille tex. intelligendus est. ad idem satis vrget cap.statutum,in 2.eod.tit.& lib.ubi infames reputātur filij

hæreticorum, qui hæretici mortui fuerunt: ergò non considerat tex. quòd sint ante uel post delictum nati: & hanc opinionem uerissimam esse opinor contra Calde
4 rinum, † cons. 3. titu. de hæreti. & Domi. & Francum in d.c.2.§.filij. qui opinionem Calderini tenent: & Anan. in d.cap.uergentis.colum.4.& Iaco.Sept.in Insti.cath. cap.29.num. 4. qui opinionem Calderini aliquibus rationibus & fundamentis approbant, quæ sanè mihi nō placet, propter grauitatem huius criminis: & quia hoc
5 vitium hæresis est merè spirituale † non trahens originem uel commertium à carne. Ideò cessat ratio suprà posita, an filij ueniant ex infecta radice, uel non.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ficta non est sufficiens ad transmittendum pœnam ad hæredes, nisi in crimine læsæ maiestatis, & hæresis.*

SINGVLARE LXIX.

1 FICTA confessio † non est sufficiens ad hoc quòd pœna quæ ratione huiusmodi confessionis à iure, uel à lege posita est, transmittatur ad hæredes, nisi in crimine læsæ maiestatis, & hæreseos: hæc sunt uerba Bart. in l. Imperatores, §. si is qui. ff. de bonis eorum qui ante sent. mortem sibi consciue. allegando. l. Manichæos. C. de hære. & l. quisquis. C. ad l. Iuliā. maiesta. gl. & docto. in l. eius qui delatorem. ff. de iure fis.

SVMMARIVM.

1 *Fratres inuicem habitantes simul, non possunt unus contra alterū testificari, nisi in causa hæresis. nu. 2.*

SINGVLARE LXX.

1 FRatres, † interim ꝗ in parētū ptāte sunt, uel simul habitāt, inuicē aduersus se nō possunt testificari. l. pater & filius. ff. de testi. l. cum aliàs. C. de castre. pecu. lib. 12. §. sed neque hæres Insti. de testam. gloss. fin. in l. parentes.

parentes.C.de testi.gl.in c.consanguinei.3.q.5.Bal.in l.1.nu.3.C.de episco.& cleri.Fel.in c.in literis. in fine.de testi.Hyppo.in l.1.§.ad quæstionem.nu.7.ff. de quæst. Io.Berna.diaz.reg.746.testis domesticus. falle. 6.l.regia.sing.in l.16.tit.16.par.3.l.9.tit.8.ubi optima glos.in verbo hermanos.lib.2. fori. ll. Sed in crimine hæresis
2 speciale est,† quòd fratres in prædicto casu inuicem ad testimonium admittuntur.c.literas.ubi gl. & docto.de præsumptio.Feli.in c.accusasti.nu.2.de accusat.Anton. in sing.incip.testis licet frater.Gundissal.de Villa.de hęre.q.13.nu.10.gl.sing.in d.l.16.tit.16.par.3.Iaco.Sept. in Institu.catho.c.62. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus uel infans propter delicta non puniuntur.*
2 *Furiosus absenti & prodigo, ignoranti, & mortuo æquiparatur.*
3 *Furioso quo casu non sit parcendum in delictis.*

SINGVLARE LXXI.

1 FVriosus † uel insanus propter delicta non puniuntur.l.diuus.ff.de offi præsid.l.pe.ff.ad l.Pompe.de parri.c.aliquos.cap.si quis insanierit.16.q. 1. cle. si furiosus,de homi.l.17.tit.14.par.7.l.3.in fine.tit.7.par.7. tales enim sensum non habent, & satis suo furore puniuntur:ut dicunt dicta.l.diuus.& d.l.pen.& absenti,&
2 prodigo,ignoranti, & mortuo furiosus † æquiparatur: vt latè tradit Hippo.in l.1.nu.52.cum seq.ff. de sicarijs. ubi num.58. nonnullos doctores referendo affirmat,ꝙ furiosus pœna mortis non punitur:etiam si ante furorem committat aliquod delictum morte dignum: sed in crimine hæresis videtur esse speciale,ꝙ saltim quoad publicationem bonorum de crimine hæresis ante fu-
3 rorem commisso,parcendum non est furioso.† Ripa in

l. ex

l.ex facto.nu.72.ff.de vulg.& pup.Igneus.in l,3.§.ignoscitur.nu.73.ff.ad Sillania.Hyppol.in d.l.1.nu.58.Iaco. Septi.in Institu.catho.c.26.num.11.& colligitur ex d.l. diuus.ubi in grauioribus criminibus furiosus punitur.

SVMMARIVM.

1 *Tyranni gesta sunt ipso facto nulla.*
2 *Tyranni gesta contra hæreticum ualida & iuridica sunt.*

SINGVLARE LXXII.

1 Gesta † per Regem uel Principem tyrannũ, sunt ipso facto nulla.l.decernimus. C. de sacrosan.eccles.c.fundamenta.ubi gl. & doct. de elect.lib.6.cle.pastoralis,de re iudi.Abb.
2 in c.p.& g.nu.22.de offi. delega. sed fauore fidei statutum est,quòd tyrannus † qui de facto & non de iure iurisdictionem,uel regnum,nel prouinciam possidet, talem iurisdictionẽ optime poterit exercere contra hęreticos,& ab eo gesta ualida & iuridica sunt. c. præsidentes.in prin.de hære.lib.6.Gundiss. de Villa.de hæret. q. 9 nu.8.Io.Nicola.de hæret.nota. 40.incip.quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis quid sit,& hæreticus quis dicatur.& nu.2.*
3 *Hæreticus ut quis propriè dicatur, quæ requirantur.*
4 *Error in intellectu,& pertinacia in uoluntate faciunt aliquem hæreticum.*
5 *Hæresiarcha quis sit,& unde dicatur.*
6 *Hæreticos quilibet propria authoritate potest occidere,capere,spoliare,eorumque ciuitates incendio consumere.*

SINGVLARE LXXIII.

1 Haeresis † est vox Græca, quæ Latinè significat sectam,uel electionem:ideò hęreticus dicitur,qui ex suo arbitrio doctrinam falsam ali-

quam

quam eligit, uel qui falsas ac nouas opiniones gignit, vel eas sequitur. cap. hæreticus. 24. q. 3. Et dicitur hæreticus, qui aliter sentit, vel docet de sacramentis Ecclesię, quàm sacrosancta Ecclesia Romana prędicat & obseruat. c. ad abolendam. de hæret. c. hæc est fides. 24. q. 1. & verè hæreticus est qui Christum profitetur, & eius dogmata corrumpit. tex. in c. hæresis. 24. q. 3. ibi, quicũque aliter scripturam intelligit quàm sensus Spiritus sancti flagitat, à quo scripta est, licet ab Ecclesia non recesserit tamen hæreticus appellari potest: ita Ricardus
2 in 4. senten. dist. 13. arti. 5. q. 1. & hæreticus † est ille qui circa ea quæ sunt fidei errat per intellectũ, & pertinaciter adhæret errori per uoluntatem. Archid. in c. quicunque de hęre. lib. 6. Innoc. Ioan. de Imo. & Antonius in c. firmiter. in fine. de summa Trini. & fide catho. & Bald. in rub. de summa Trini. & fide catho. vbi optimè Paul. Cast. & Alfon. Cast. in lib. 1. de iusta hære. puni. in prin. Syluester in uerbo hæresis. 1. est tex. in c. dixit apostolus. 24. q. 3. ibi. nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Plures alias notandas diffinitiones refert Iac. Septi. in Instit. cath. c. 31. in prin. & Francis. Squilla. de fide catho. c. 14. & Alphon. Aluarez Guer. in thesauro religionis Christianæ. ti. de hæreticis. col. 1. & 2. ubi plenissimè plures hæreticorum & hæresum refert species: finaliter requiritur, vt aliquis ꝓpriè dicatur hæreticus
3 vt sit baptizatus: nam iudęus, Sarracenus, uel paganus, non dicuntur hæretici, quia de his qui foris sunt, nihil ad nos. c. multi. 2. q. 1. c. gaudemus. de diuor. etiam si iudæi inducant Christianum ad iudaismum, uel hæreticorum sint receptatores, non possunt ab Inquisitorib. puniri sed à iudicibus sæcularibus. l. iudæos, & l. iudæi, in 2. C. de iudæ. expresè Iaco. Septi. in Institu. catho. c.

33.aliàs.35.nu.8.finaliter error in intellectu, & pertinacia in voluntate faciunt aliquem hæreticum. c. dixit Apostolus. 14.q.3.Pala.rub.in allegatione hæresis.§.3. & 4. ut superius dictum est, ꝙ crimen hæresis habet principium & complementum:principium in errore, complementum in pertinacia:ut deciditur in d. c.hære sis,& Alphonsus Guerrero,vbi supra.nu. 20. cum seq. ubi plenissimè refet viginti modos agnoscendi pertina tiam in hæreticis:& hæsiarcha est qui est magister erro ris.c.qui aliorum.24.q.3.dicens:qui aliorum defendit errorẽ,multò amplius damnabilior est illis qui errant: ideò quia magister erroris est,non tantum hæreticus, sed hæresiarcha † dicẽdus est:& dr̃ ab archa.i.princeps,
5 & hæresi,diuisione; quasi princeps hæresis: & cõtra tales hæreticos in eorum odium statutum est, vt ipsi à quolibet impunè possunt occidi, Auth. Gazaros. C. de hære.ibi.diffidamus atque bannimus. cap. quando vult.& ibi gl.fi.23.q.4.c.si audieris.23. q. 5. ubi glo.in verbo uocabis,inquit,quòd quil bet † sua propria au-
6 thoritate hæreticos potest occidere,& capere, & spoliare, eorumque ciuitates incendio consumere, ut in Deute.c.13. ibi, qui dixerit, sequamur deos alienos, interfice illum.& c.17.& in lib.4. Reg.cap.23.& lib. 1. Machabæorum.c.2.c.excommunicamus,in 2.§.catholici.de hære.Ioan. Mona.& Ioan. And. in c. præsidentes.de hære.li.6.ubi Archi.dicit,ꝙ tutius est quòd hoc fiat authoritate principis, vel Ecclesiæ: de quo latius Gundiss.de Villa.de hære.q.24.col.1. & Ludo. Carre. de hære.§ nunc de pœnis. num. 7. ubi etiam affirmat amittere priuilegium canonis, si quis suadente.allegando Card.in cle.2.§.cæterum.de electio.& Fel.in c.fi.de hæreti.& Iaco.Sept.in Institu.catho.c.45.nu.13.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæretici de iure & de facto sunt priuati officio & beneficio.*
2 *Agenti petitorio pro beneficio quod semel habuit obstat exceptio quòd sit hereticus.*
3 *Crimina nulla priuant aliquem ipso iure, nisi in casibus a iure expressis.*

SINGVLARE LXXIIII.

1 HAeretici † ipso iure & facto sunt priuati officio & beneficio.c.excommunicamus. §. credentes.de hære.auth.credentes.C.eod.tit.c.si vos. 23.q.5.c.quo iure,& ibi glo.magna.8.distin. Ioan.And.& Domi.in c. vt commissi.§.priuandi.de hære.lib.6.Abb.in c inter dilectos.nu.11.de excess.præla. Nicola. Milis in suo Reper.in uerb.hæretici.Gundiss.de Villa.de hæret. q.23. num.2.Io.Bernar.diaz in sua practi.cano.c.106.contra gl.quæ contrarium videtur tenere, in ca. satis peruer-
2 sum.56.distin.vnde sequitur quòd agenti † petitorio ꝑ beneficio quod semel habuit, obstat exceptio quòd sit hæreticus:ita Innoc.& plenius Abb.& alij in d. c. inter dilectos. plus in hoc audeo affirmare, quòd petenti restitutionem beneficij uel alterius rei, obstat exceptio quòd sit hæreticus,ita Abb.in cap.ex parte.num.19.de resti.spol.allegat gl.sing.in summa.14.q.1.est & alia gl. sing.in verb.nam iure diuino in d. ca. quo iure.Soc.in reg.466.spoliatus falle.7.& Lud.Gome.in reg.de triēna.poss.q.52.& Iaco.Septi,in Institu. cath.c.45.nu.13. rationes huius conclusionis scripsit Ioan. Nicol.de hæ-
3 re.nota. primo.verùm nulla alia crimina † priuant aliquem ipso iure,nisi in casib. à iure expressis. c. clericis. ibi honore priuentur & loco.ne cleri.uel mona. c.ex literis.de exces.præla.gl.in c.fi.de iure patro. gl.in c.cum

vos.

vos.de offic.ordi.glo.in verb.priuentur,in c.cupientes. §.si verò in discordia,de electio.lib.6.gl.in parte suspẽsus.in cle.2. de vita & honest. cleri. glos. in summa. 15. q.8.Abb.in c.fi.de præsumptio.latè Fel.in cap. 2.de rescrip.col.1.& 2.& in cap.quærelam de iureiuran.Io an. Bernar.Diaz in practica cano.ca. 123. plurima scripsit Tiraquel.in rep.l.si unquam,in uerb.reuertatur, num. 206.cum seq.C.de reuo.dona.& Hyppol.in practi.crimil§.aggredior.nu.190.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Iudeus uel hereticus non admittitur in testimonium contra christianum,sed bene econtra.*

2 *Hereticus potest esse testis in testamento.*

SINGVLARE LXXV.

1 HAereticus, † seu iudæus ad testimonium contra Christianos non admittitur, sed bene econtra Christiani contra iudæos uel hæreticos, in eorum detestationem.l.quoniam multi,in prin.C.de hære.cap.si hæreticus,&c.non potest.2.q.7.c.iudæi.de testi. glo.& docto.in l.cunctos populos.C. de summa Trini. & fide cath.Lud.Carre.tit.de hære.§.nunc de pœnis. in prin. quia de iure sunt infames & excõmunicati:ideo prohibentur testificari l.7.&l.32.tit.3.lib.8.ordi.Ioan.monachus in suo defensorio iuris.rub.contra iudæos, nu. 7.

2 sed in testamento hæreticus † testis esse potest. c.quoniam multi.in fine.C.de hære.Federicus Schen.in tracta.de testi.in prin.num.18. ubi omnes personas prohibitas testificari refert, & in quibus casibus hæreticus potest esse testis,scripsit Brunus lib.5.de hæret.c.10.& Iaco.Septi.in Instit.catho.c.62.num.12.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Heretici,iudei, uel pagani seruos christianos habere non possunt, & statim serui liberi efficiuntur.*

SIN-

SINGVLARE LXXVI.

1 HAeretici,ſeu iudęi,uel pagani ſeruos Chriſtianos nō poſſunt habere,& ſtatim ſerui liberi efficiuntur.l.fi.§.his ita diſpoſitis.C.de epiſ. & cleri.l.vnica. C. ne Chriſti.mancip.hęre.uel iudæ.habeat.l.Manichęos. in fine.C.de hære.c.1.& 2.& c.iudæi. in 2. de iudæis. c.fi.de hære.l.13.tit.3.lib.8.ordi.l.fi.tit.21.p.4.l.13.tit. 9.p.6.l.pe.tit.24.p.7.declarat latè Sept.in Inſtit. cath. 959.nu.2.cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus ipſo iure eſt excommunicatus.*
2 *Diabolus eandem poteſtatem habet in excommunicato, quam ruſticus in pecore ſuo.*
3 *Accuſati de hæreſi dum ſunt in carceribus, antequam hæretici declarentur,quas pœnas patiantur.*
4 *Excommunicatus quot quas & pœnas patiantur, remiſsiue.*

SINGVLARE LXXVII.

1 HAereticus † ipſo iure eſt excommunicatus.c.excō municamus,in primo.§.credentes.de hære.cap. nouerit.de ſenten.excom.l.2.tit.9.p.1.Ioan. Nicola.de de hære.nota.pri.& propter excommunicationem traditur quis Sathanæ,vt ab eo torqueatur,vt inquit Paulus Epiſtola prima ad Corinth. c.5.de illo Corinthio qui vxorē patris ſui acceperat,iudicauit.n. huiuſmodi hominem tradere Sathanæ in interitum carnis,ut ſpiritus eius ſaluus ſit.Et in Epiſt.prima ad Timothæum, c.1.in fine. Ex quibus Hermeus & Alexander, quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare. Habēt in ca.audi deniq;.11.q.3.& c.apoſtolicæ.24.q.3.(uide glo.ſing.in d.c.audi deniq;)quòd eandem poteſtatem
2 habet diabolus † in excommunicato,quàm ruſticus in

pecore

pecore ſuo. Refert Abb. in rub. de ſenten. excommunicationis, vnde dicit Archi. in d. c. hæreticus. 26. q. 5. q̃ quatuor pœnis hæretici puniuntur: excommunicatione, depoſitione, & militari percuſſione, & omnium rerum publicatione. Sequitur Paulus Grillan. de hæret. q. 3. in prin. & 14. pœnas à iure contra hæreticos ſtatutas. refert Ange. in ſua ſumma in verb. hæreticus: ex quibus omnibus liquidè deducitur, quòd cum hæretici à iure ſint ipſo iure excommunicati, quòd interim
3 rim quòd in carceribus ſunt accuſati † de crimine hæreſis: & antequàm hæretici declarentur, ſunt à communione fidelium euitandi, neque audire diuina officia poſſunt, neque eccleſiaſticę ſepulturæ, ſi interim moriuntur, ſunt tradendi, vt tenet & benè ſupradicta declarat Iacob. Septiman. in Inſtit. catho. c. 27. in fine. 30. caſus in quibus quis eſt ipſo iure excommunicatus, refert Hoſt. in ſumma de ſenten. excommuni. §. quis poſſit, & nonnullos d. l. 2. tit. 9. p. 1. & 32. refert glo. magna in c. eos qui. de ſententia excõmunicationis. lib. 6.
4 & plures alios gl. in clem. 1. eo. tit. & 62. pœnas † quas patitur excommunicatus, ſcripſit Petrus Rebuffus in ſuis concorda. rub. de excommunicatis non uitandis, pagi. 268. cum ſequentibus. Et Petrus de Duenas in reg. 268. incip. excommunicatus non poteſt in iudicio agere. & an hæreticus mentalis ſit excommunicatus: vide optimè glo. magiſtram, vbi pleniſſimè Card. in Cle. 1. §. verum. de hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus uel paganus rem alienam etiam cum titulo & bona fide non præſcribit. An autem poſsit præſcribere ad vtilitatem fiſci eccleſiæ.*

SINGVLARE LXXVIII.

1 HAereticus † seu paganus, interueniente etiam titulo & bona fide rem alienam non præscribit. cap.porro.16.quæst. 3. Barto. in l.constat. ff.pro hærede. Ioan. Nicola. de hære.nota. 23. incipit, commenda. Ludo. Carre. de hære.§. nunc.de pœnis.num. 12. gl j.vbi docentes in c.sine possessione. de reg.iur.lib.6.
2 ubi Petrus de Ancara.nu.4.disputat,an possit † præscribere ad vtilitatem fisci,vel ecclesiæ,regulariter contra. l.1.l.si aliena res,cum alijs iuribus.ff.de vsuca.ratio poterit esse de.l.Manichæos.C.de hære.ibi nihil ex legib. commune sit.cum cæteris.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ab aliquo hæredes non possunt institui. & quod hæretico relinquitur fiscus uendicat.*

SINGVLARE LXXIX.

1 HAeretici † ab aliquo heredes non possunt institui.l.Manichæos §.ipsos quoque.Auth.credentes.C.de here.l.hi qui sanctam.C.de aposta.cap.si quis episcopus,& c.excommunicamus.in prin.§.credentes de hære.Ioan.Nicola.de hære.nota.14.in fine. Corra. Brunus de hære.lib.5.c. 11. Carrerius de hære.§.nunc de pœnis.num.11.Pau.Grillan.de hære. q. 9.nu.2.Iacob.Septi.in Instit.catho.c.45.num. 16.l.4. in fine, tit. 26.p.7.l.10.tit.5.& l.16.tit.6.lib.3.fori.gl.sing.in §. legari.Insti.de lega.quæ refert.11.personas quæ heredes institui non possunt,quam dicit sing.Bar.in authen.de rapto.§.mulieri.in prin.col.9.& magistralem vocat Ias. in l.1.nu.7.ff.de lega.1.l.4.& 5.tit.3.p.6.& quod hære-
2 tico † relinquitur,fiscus uendicat.l.3.C.de hæreti.Bar. in l.1. ff. de iure fisci. Abb. in d. c. si quis episcopus, & Ludo.Carre.in d.§.nunc de pœnis.nu.11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis & ad fidem conuersis quæ sint interdicta.*

SINGVLARE LXXX.

1 HAereticis † armorum vsus & similiter conuersis àd fidem interdictus est: & solet similiter interdici equorum & mularum, atque ornatus & uestitus præciosi usus. arg. tex. in c. admonere. & c. latorem. 33. q. 2. l. 14. & l. 27. tit. 3. lib. 8. ordi. declarat Iaco. Sept. in Instit. cath. c. 7. & melius. cap. 46. nu. 4. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici ipso facto perpetua damnantur infamia.*
2 *Infamibus portæ dignitatum patere non debent.*

SINGVLARE LXXXI.

1 HAretici, † ipso facto, perpetua damnantur infamia. auth. Gazaros, C. de hære. c. excommunicamus, in 1. §. credentes. eo. tit. cap. 2. §. hære. lib. 6. c. infames. 6. q. 1. c. alieni. 2. q. 7. Alphon. Castren. li. 2. de iusta hæreti. punitione. c. 5. Brunus. lib. 5. de hære. c. 8. l. 4. tit. 26. p. 7. beneficia ecclesiastica habere nequeunt, neq; dignitates aut priuilegia quæ viris probis concedi so-
2 lent: portæ enim dignitatum infamibus † patere non debent. l. infamia. C. de decurio. lib. 10. l. 2. C. de digni. lib. 12. c. infamibus, de reg. iu. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici defensores ciuitatum esse non possunt, & quæ alia exercere non possint. nu. 2.*

SINGVLARE LXXXII.

1 HAeretici † defensores ciuitatum esse non possunt. l. iubemus. C. de epi. Audien. auth. de priui. dotis hære. mulie. non præstan. in prin. vbi gl. 2. & doct. col. 8. c. nulla officia. 54. dist. c. constituit. 17. q. 4. neque

2 medici, † neque chirurgi esse possunt, neque mercatores, neque proxenetæ, neque macellatores: vt in Pragma. huius regni: & in 3. instructione Pineiana. cap. 11. sub pœna ibi posita, quam bene declarat Iacob. Sept. in Institu. catho. c. 29. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici non habent potestatem ordinis nec iurisdictionis, neque sacramenta conferunt quod ultimum quomodo intelligatur, distinguitur. nu. 2.*

SINGVLARE LXXXIII.

1 HAeretici † non habent potestatem ordinis aut iurisdictionis, neque sacramenta conferunt. ca. præter hoc. & c. ad hoc verò. 32. dist. Corradus Brunus de hære. lib. 5. cap. 4. Iaco. Sept. in Institu. catho. ca. 45. nu. 18. quia diuisi sunt à capite, & omnis authoritas in mẽbra influit: ideò neq; baptismus, neq; eleemosyna, neque mors pro Christo suscepta, proficere hæretico ad salutem possunt: tamen ad temporalia, & ad mentis illustrationem sic. ut declarat Durandus lib. 4. senten. dist. 15. q. 3. ibidem Gabriel. dist. 16. q. 2. Syluester in summa uerb. charitas. §. 8. sed supradictis videtur aduersari tex. in c. Dominus declarauit. 1. q. 1. & c. secundum catholicæ Ecclesiæ consuetudinem. 19. dist. & ca. ostẽditur. de consecra. dist. 4. quòd hæretici excommunicati, uel suspensi, vel scismatici conferunt uera sa-
2 cramenta. Ideò distinguendum est, † quòd si in forma ecclesiæ prædicti id agunt, conferunt sacramenta Ecclesiæ, quoad caracterem, sed non quoad executionẽ, secundum glo. si. in d. c. secundum catholicæ, & gl. in d. c. Dominus, ita optimè declarat Host. in sua summa de temporibus ordina. nu. 6. nam quę sancta sunt, coninquinari non possunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus a testimonio repellitur, nisi fauore fidei contra hæreticum in defectum aliorum testium.nu.2.*

3 *Testes omnes à iure reprobati, fauore fidei possunt testificari: si autem sint uiles, quid agendum.*

4 *Testes minus idonei admittuntur in crimine hæresis, quocunque modo agatur.*

SINGVLARE LXXXIIII.

1 HAereticus † à testimonio repellitur. c. si hæreticus. c. non potest. 2. q. 7. c. excommunicamus, in 1. §. credentes. de hære. & in Directorio Inquisitorum, par. 3. c. 12 3. c. iudæi, vbi gl. & docto. de testi. l. quoniam multi. in prin. de hære. l. 7. & l. 32. titul. 3. lib. 8. ordi. declarat Septi. in Instit. cath. c. 45. nu. 17. sed fauore fidei, præser-
2 tim in defectum aliorum testium, hæreticus † aduersus alium hæreticum ad testimonium admittitur. c. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. Gundis. de Villa. de hære. q. 13. nu. 10. contra Io. de Imo. in c. testimonium. nu. 16. de te-
3 sti. & omnes testes, † aliàs à iure reprobati, fauore fidei possunt testificari: sed si sunt viles, & aliqua sinistra suspitio est contra illos, quando examinantur, sunt tormẽtis subijciendi. l. ex libero, ubi Bar. ff. de quęst. gl. in summa. 6. q. 6. l. fi. tit. 16. par. 3. Hyppol. in l. eos qui. in prin. ff. de falsis. Gundis. de Villa. de hære. q. 13. nu. 15. & ibidem. nu. 16. cum seq. nonnullis sing. rõnibus & fundamentis tenet, ꝙ non solum si per uiam denuntiationis, uel Inquisitionis in crimine hæresis procedatur, sed e-
4 tiam si procedatur per uiam accusationis, testes minus idonei admittuntur: allegat Archid. in d. cap. in fidei fauorem, contra gl. & Ioan. And. ibi dicentes, quòd quando in hoc crimine per uiam accusationis proceditur, testes minus idonei non admittuntur: quia accusatio est odiosa, & inquisitio fauorabilis: & qui accusat

habere debet idoneas probationes. Sed reuera, cum in vttroque casu versetur ratio fauoris fidei, quæ est ratio & causa finalis dispositionis illius text. ut ex tenore ipsius apparet, ob id opinio Archid. & sequatium rectius mihi placet.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici sunt deterioris conditionis quam iudæi.*
2 *Hæreticus quis dicatur.*
3 *Iudæorum perfidia & cæcitas quanta sit.*

SINGVLARE LXXXV.

1 HAeretici † sunt deterioris cōditionis quàm iudęi. c.3.de iudæ.l.3.l.die Sabbati. C. de iudæis: ubi permissum erat iudæis habere synagogas: & iudæi & Sarraceni tenentes contra fidem non iudicantur hæretici, quia non potest esse diuisus ab vnitate Ecclesię, qui nunquàm in ea fuit, Cle.vnica de vsuris. S. Tho.2.2.q. 11.arti.1.Gundissal.de Villa. de hære.q.2.in prin.Paul.
2 Grillan de hæret.q.1.nu.3.Ille † etenim dicitur hæreticus, qui fidem Christi confitetur, & eius dogmata corrumpit.c.qui in Ecclesia.24.q.3.tradit Francis. Squilla. de fide catho.c.15.in fine:& plures notandas diffinitiones hæresis scripsit Iaco.Septi.in Institu. catho. c.13.in prin.& egregiè Alphonsus Guerrero, in thesauro religionis Christianæ, tit.de hære.in princ.& ego retuli supra, singulari. 73. sed hæretici omni sæculo vsque adeo & meritò fuerunt infesti, quòd nunquàm potuerunt habere synagogas.l. 2.C. de summa Trini. & fide cath. l.3.C.de hære. Io.Nicola.de hære.not.25.incip.hæretici, in quo loco subdit rationem, dicés: quòd iudæi olim à Domino legem habuerunt & non hęretici: sed iam ab Ecclesia, tam hæretici, quàm iudæi sunt reprobati. Tanta quippè

3 ta quippè iudæorum perfidia, & cęcitas est, † quòd adhuc putant quòd non uenit Messias, cum sacræ scripturæ testimonia sint notissima: ut Genesis. c. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium. Quibus loquitur Paulus ad Rom. 11. c. Dedit enim illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant: usque ad præsentem diem obscurati sunt oculi eorum, & dorsum eorum semper incurua.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici uel iudæi non sunt creandi decuriones, neque ad regimen Reipublicæ sunt eligendi. & quibus alijs prohibentur. nu. 2.*

3 *Bono maiori maius malum opponitur.*

SINGVLARE LXXXVI.

1 HAeretici † uel iudęi non sunt creandi decuriones, neq; ad regimen reip. eligi debent. c. excommunicamus, in 1. §. credentes. de hære. c. 2. §. hæretici autē. c. statutum. in 2. de hære. lib. 6. c. nulla officia. 54. distin. c. constituit. 17. q. 4. l. omnes, ibi qui non sunt. C. de hære. l fi. C. de iudæ. & in Directorio Inquisitorum, parte. 3. c. 123. l. 4. ti. 26. par. 7. Et in Pragmatica huius Regni: & in 3. Instructione Pinciana. c. 11. ubi similiter prohi-
2 bentur esse medici, † uel Chirurgi, uel mercatores, uel proxenetæ: aliàs pœnam publicationis bonorum patiuntur, nisi cum eis fuerit dispensatum: & quòd supradictum est in hæreticis, idem in eorum filijs, vsque ad secundam paternam, & ad primam maternam intelligendum est: ut in d. c. statutum. in 2. & poterit esse ratio differentiæ inter lineam paternam & maternam, quia
3 maiori bono † maius malum opponitur: & cum vir sit

caput mulieris.c.cum caput.33.q.5.& Pau.epistola prima ad Corin. c. 11. & omne agens nobilius est suo patiente, & potentior est forma, quàm materia, ut dicit Bal.in l.fi.C.de ser.fugi.Ias.in l. 1.nu.21.ff.de uerb. obli. Feli.in c.nouit.nu.2.de iudi. ideoq; cum nobilitates, & honores descendant in filios per lineam paternam & non maternam.l.nullus.in 2.l. exemplo. C.de decurio. lib.10.l.fi.C.de murileg.lib.11.l.2.tit.41.par.4 l.5.in fi. tit.1.lib.4.ordi. ob id per contrarium,maiorem iacturã nobilitatum & honorum per lineam paternam quàm maternam filii hæreticorum patiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus prohibetur eße tutor uel curator Christiani.*
2 *Iudæus prohibetur curam uel tutelam Christiani habere.*

SINGVLARE LXXXVII.

1 HAereticus tutor uel curator alicuius Christiani esse prohibetur.l.quia multi. ibi, omnis legitimus actus est interdictus. C. de hæret. sed datio tutoris est actus legitimus.l.actus legitimus. ff.de reg. iur. idemq;
2 dicendum est de iudæo.† Bar.in prohe. ff. veteris.Rom. in l.quæ superstites.ff.de acq.hære.Feli.in c. iudæi.in 2. num.3.de iudæ.& in c.cum sit graue.in prin.eod.tit.dicens esse iam correctum tex.in l.spadonem.§.iam autẽ. ff.de excusa.tuto.Latius hoc explicat Ias.in Rub. ff. veteris. num.12.

SVMMARIVM.

1 *Heretici nullam prorsus iurisdictionem habere possunt,nec iudices esse.*
2 *Excommunicati a prælato hæretico non ligantur,nec aliqua indigent absolutione.*
3 *Processus & iudicium agitatum coram iudice heretico est nullum.*

SIN-

SINGVLARE LXXXVIII.

1 HAeretici † nullam prorsus iurisdictionem habere possunt, neque iudices esse. c. excommunicamus in 1. §. credentes. de hære. auth. credentes. C. de hæret. c. fi. eod. tit. c. nulla officia. 54. d. c. constituit. 17. q. 4. cap. cui est illata. 11. q. 3. ubi ille Patriarcha Alexandrinus
2 hæreticus † quosdam excommunicauit, & dicitur in illo text. quòd tales non sunt excõmunicati, neq; aliqua indigẽt absolutione, c. apertè. 24. q. 1. gl. Io. An. & Perus. in c. si a subdelegato de offi. deleg. lib. 6. vbi Archid. nu. 3. rationem reddit: & in Directorio Inquisitorum, par-
3 te. 3. c. 123. in fine: ideo † processus & iudicium agitatum coram iudice hæretico, est nullum. Spec. tit. de aduocato. §. 1. cle. unica. §. fi. ubi Cardi. de vsu. Ioan. monachus in suo defensorio iuris. rub. contra iudices. nu. 7. Robertus Maranta in practica de ordine iudiciorum. par. 4. distin. 2. nu. 53. Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 25. nu. 25. & melius. c. 45. nu. 18. & 62. causas propter quas processus & iudicium redditur nullum satis vberrimè scripsit Phi. Fran. in c. dilecto, de appella.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta rogata ab hæretico sunt inualida: intellige tamen ut nu. 2.*

SINGVLARE LXXXIX.

1 HAereticus † officium tabellionis exercere prohibetur: & instrumenta ab eo confecta sunt inualida, auth. credentes. C. de hæret. c. excommunicamus. 1. §. credentes, in prin. eo. tit. c. nulla officia. 56. dist. Brunus. lib. 5. de hære. cap. 9. in hoc distinguit latè Abb. Anan. & Feli. in cap. fraternitatis. de hære. & in Directorio Inquisit. par. 3. c. 123. in fi. Iaco. Septi. in Instit. cath. c. 45. nu. 18. sed Petrus de Vnzola in practi. artis notariatus

in

2 in prin.nu.25.concludit, quòd instrumenta † ab hæretico confecta antequam de heresi sit damnatus, valent ne partes decipiantur: ad quod facit regula.l, Barbarius Philippus.ff.de offic. præsid.l.2.C.de sent.& interlocu. omni.iudi.l.1.C. de testa.

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæresis est publicum, & in eo quilibet admittitur. ad accusandum.*

2 *Commißum contra diuinam religionem in omnium fertur iniuriam*

3 *Delictum omne regulariter est priuatum, non publicum, nisi expresse à lege exprimatur.*

SINGVLARE XC.

1 HAeresis crimen publicum est, & tanquam publicum quilibet admittitur ad accusandum. l.Manichæos.C. de hæret.l. apostatarum. C. de aposta.l.2.in prin.tit.26.par.7.l.21.tit.3.lib.8. ordi. nam quod con-
2 tra religionem diuinam † committitur in omnium fertur iniuriam.l.2.C.de Aposta.l.Manichæos.§.1.& in §. in mortem.C.de hære.c.sicut.17.q.4.& inquit tex.in c. nonnullis,in fin.de iudæis. illius dissimulare non debemus opprobria,qui probra nostra deleuit: & si contra homines illatæ blasphemię impunè non transeunt,multò magis qui ipsum Saluatorem nostrum blasphemat, dignus est supplicia sustinere. Ita dicit auth.ut non luxurientur homi.contra na.§.1.col.6.id rem igitur.om-
3 ne delictum † regulariter est priuatum,& non publicũ, nisi expresè à lege exprimatur.l.1.in prin. ff. de publi. iudi.& ibi Bar.l.3.in fi.ff.de priua.delictis.& in prin.Insti.de publi.iudi.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam ignis qui particulariter in iure patiantur.*

2 *Peccare non dicitur quis legis authoritate peccat.*
3 *Ignis pœnam quibus casibus quis patiatur, remissiue.*
4 *Sodomita quam pœnam de iure patiatur.*
5 *Ignis pœna quando alicui debetur debet uiuus comburi.*

SINGVLARE XCI.

1 IGNIS pœnã † propter peculiaria quę-dam delicta in iure expressa, quis patitur, inter quæ delicta crimen hæresis pręcipuũ est, quòd hæretici relapsi, vel pertinaces concremantur, epistola, Inter claras. †. licet, ibi, ambulare in lumẽ ignis uestri, & in flammis quas succendistis. C. de sum-ma Triui. & fidę catho. quæ uerba sunt Esaiæ Prophetæ. l. 2. C. de iudæis. l. 2. tit. 26. par. 7. l. 1. & 2. titu. 1. lib. 4. fori. ll. Vnde Paulus ad Galathas. c. 5. Vtinam abscindã tur qui vos conturbant. Et in Euangelio Ioannis habe-tur. c. 15. si quis in me non manserit mittetur foras: & sicut palmes exarescet, & colligetur, & in ignem mittetur, & ardebit. Io. And. in c. ad abolendam, vbi Abb. nu. 3. & alij de hære. Gundiss. de Villa. de hære. q. 15. nu. 4. dicens, quòd potius de consuetudine, quàm de iure hæretici puniuntur pœna ignis. Alphon. Cast. de iusta hære. puni. lib. 2. c. 12. Carrerius de hæret. num. 132. Paul. Grilla. de hære. q. 13. Iaco. Septi. in Insti. catho. c. 45. nu. 9. & Alfonsus Aluarez Guerrero in thesauro religionis Christianæ, tit. de hære. num. 16. & Aegidius Bossius in practi. crimi. titu. de hære. nu. 16. sed si de iure canonico siue de consuetudine quæ habet vim legis. l. de qui-
2 bus. ff. de legibus. hæreticis ponitur pœna † absque aliqua irregularitate, hæretico possit poni, absque relaxatione curiæ sæcularis per regulam vulgarem, quòd nõ peccat qui legis authoritate peccat. l. Graccus. C. de

adulte.

adulte.c.qui peccat.13.q.4. hanc difficultatem scripsit solus Io.de Anania in c.ad abolendam,col.2. dicens:q ius canonicum loquitur de igne æterno,quę solutio mihi non placet, sed cōsuetudo seruetur hactenus in hoc
3 obtenta,& 14.casus † in quibus quis pœnam ignis patitur congessit Sali. in l. vnica.C.de Nili aggeribus non rumpen.& Albertus Gandinus in tractatu maleficiorum,tit.de pœnis reorum.nu.54.& Io.Paponis in additionibus ad consuetudines Burgundiæ.tit.1.de iurisdictione.§.2.pagina.7.& 8. & alios casus addit Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. rub. 1. tit.des iustices.§.5.nu.3.cum sequentibus: ultrà quos adde aliū in crimine Sodomiæ,secundum ius regum, ut in Prag-
4 matica. 85. licet alia † pœna sit de iure communi,ut in auth. ut non luxurientur homines contra naturam.§. præcipimus.col.6.l. cum vir nubit in fœminam. C. de adult.& omittendum non est, quòd quando aliquis pę
5 nam ignis patitur, viuus debet † comburi:hoc probat. l.unica,ibi, publicè viuus concremetur.C.ubi caus.fisc. agitantur.quam pro sing.ad hoc allegat Ant. Corse.in sing.pœna aliqui diuidentes, fol. 179. & additionator Sali.in d.l.vnica.C.de Nili agge.non rumpen.tex.est similis in l.capitalium,ibi,viui concrematio.ff. de pœnis. Sed hodie cautum est, ut in petitione Segouiensi. 76. anno.1532.& in petitione Madricij anno. 1534.quòd propter periculum animæ prius delinquentes suffocētur,in alijs criminibus & delictis.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia (in delictis) excusat a pœna.*
2 *Crimen non maculat nescientem.*
3 *Ignorantia non excusat a delicto in his quæ sunt fidei.*
4 *Ignorantia est peccatum circa ea quæ quis tenetur scire.*

SIN-

SINGVLARE XCII.

1 IGnorantia † excusat ignorantem à pœna delicti.l. item apud Labeonem.§.si quis virgines.ff.de iniurijs.l.1.C.de his qui latro.occulta.l. qui contra. C. de incesti.nupt.l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. Clemen.1.de consan.& affini.bene Bal.in c.à nobis.de exceptio.Hyppol. in l. qui ignorans, & in l.qui falsam monetam.nu.66.ff.de falsis:& in l.vnica.num.81.C.de
2 rap.virg.nullum † enim crimen maculat nescientem.c. nimium.in fin.23.q.4. & qui ignorat non consentit.l.si per errorem.ff.de iurisd.omn.iudi.l. qui ignorans.in fi. ff.de falsis.remoto itaq; consensu, per consequens remouetur delictum.l.qui iniuriæ.ff.de falsis.l.fœdissimã. C.de adulte.c.cum voluntate.de senten.excomm. Sed
3 in his quæ sunt fidei ignorantia † à delicto non excusat Io.And.in rub.de summa Trini. fide catho.in decreta. Bal.in l.1.nu.45.C.qui accusa.non pos. Ant.de Butrio. per tex.ibi in c.1.de hære.Gundi.de Villa. de hæret.q. 2.num.4. quia in baptismate compatres habuerunt,& nunc confessores,prædicatores,aliosque sacræ paginæ
4 peritos,consulere valent:ideo ignorantia† est peccatũ, circa ea quæ quis tenetur scire.c.qui ea.38.dist.Magister.2.senten.dist.22.Io.Nicola. de hære.not.28.incip. audi.Franc.Squilla.de fide cath.c.18.Iacob. Sept.in Institu.cath.c.28.nu.10.dicens esse maiorem culpam huius ignorantiæ, horum qui ex officio uel professione ad hoc tenentur,ut sunt rectores prædicatores,episcoscopi, confessores, theologi, iudices. Idem Septima. latius cap.48.num.12.cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes non possunt ab ecclesia extrahi.*
2 *Ioab quare fugiens ad ecclesiam non euasit mortem.*

3 *Hære-*

3 *Hæretici non gaudent immunitate ecclesiarum.*
4 *Delinquens in ecclesia priuatur eius immunitate.*
5 *Beneficiorum uel dignitatum impetratio ad præces hæreticorum est nulla.*

SINGVLARE XCIII.

1 IMmunitate ecclesiarum delinquentes † gaudent, vt ab ecclesijs propter sua delicta non extrahantur. c. diffiniuit. 17.q.4.l.2.& l.præsenti.C.de his qui ad eccle. cenfugi.l.2.tit.11.par.1.l.6.tit.5.lib.1.fori.ll.& habetur in Exodo.c.21.ibi.constituam tibi locum in quo fugere debeas: & filijs Israël delinquentibus sex ciuitates ad eorum refugium fuerunt constitutæ,ut habetur Iosuę.c.20.& Deutero.c.19.Sed quare Ioab † fugiens ad
2 ecclesiam non euasit mortem?vt 3.Regum.c.2. Nam ut ibi apparet,duos interfecit Iudæos per insidias: uidelicet Abner & Amasan: nam tales homicidas per insidias non tuetur ecclesia. ut in d.c.21.in Exodo.& c.j. de homicidio.& olim nephas erat quenquam à deorũ templis extrahere:ideo prouerbium est, ad aram confugisti: uel ad Asylum confugere: quod erat templum
3 Dianæ. Sed hæretici † hac ecclesiarum immunitate non gaudent, propter suum crimen hæresis. l. 1.C.de his qui ad eccles.confugi. Archi.in c. vt Inquisitionis.in fi. de hære.lib.6.Oldra.cons.54. an fugiens. nu.3.Abb. in c.inter alia.nu.23.de immu. eccle. Siluester in uerb. immunitas.3.q.3.Gundis.de Villa. de hære.q.11.num. 15.Hyppo.in l.ex senatus consulto.nu.10.ff.de sicarijs. Nicol.Boërius decis.110.Couarru.lib.2.resol.c.20.nu. 11.Iaco.Septi.in Instit.cath.c.45.nu.21. quia si delin-
4 quens † in ecclesia hac immunitate priuatur. cap.fi.de immuni. eccles. à fortiori: qui contra ecclesiam delinquit prout est hæreticus. alias personas quæ ab eccle-

sijs

ſijs poſſunt extrahi refert gl.& docto.in d. c. inter alia & l.pen.& fi.tit.11.par.1.& Nicol.Boërius & Couarru. in locis retro citatis. & nota incidenter hic, quòd impe
5 tratio beneficiorum † uel dignitatum ad preces hæreti corum eſt nulla.c.2.§.ad hęc.de hære.lib.6.cap.Felicis. de pœnis.eod.lib. aliàs regulariter nihil refert à quo ſit impetratum, dummodo à principe ſit conceſſum: ut his uerbis inquit. l. vniuerſis. C. de preci.impera.offeren. neque hæreticus reſcriptum aliquod poterit impetrare.Spec.de reſcriptis.§.5.Ludo.Carre.de hære.§.de pœnis. num.21.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſuas ſententias per alios recitare & proferre poſſunt.*
2 *Iudices regulariter ſuas ſententias ore proprio, & non per alios proferre debent.*
3 *Reus examinari poteſt nedum iuxta tenorem accuſationis, ſed etiã pluries iuxta tenorem depoſitionis teſtium.*
4 *Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena Inquiſitione diſcutere.*
5 *Iudex ad ueritatem inueſtigandam & eliciendam, an cautelis & cauillationibus uti poſſit.*
6 *Reus an poſſit condemnari ſuper confeſſione facta ſub ſpe ueniæ.*
7 *Iudex non tenetur ſeruare promiſſionem quæ fit contra ius publicum.*

SINGVLARE XCIIII.

1 INquiſitores † hæreticæ prauitatis poſſunt ſuas ſententias per alios recitare & proferre. c. ut commiſſi.in prin.de hære.lib.6.quem ibi Io.And. Domi.& Peruſ.& alij notant Brunus.lib.4.de hære.c.10.Iaco.Sep.

in Inſtit.

in Instit.cath.c.58.in prin.& ita seruatur in Hispania,q;
publicæ sententiæ proferuntur conuocato clero & po-
pulo', sed regulariter iudices † proprio ore & non per
alios suas sententias tenentur proferre.ca.fi.§.fin.de re
iudi.lib.6.l.2.C.de sent.ex breui.recitan.l.4.tit.22.par.
3.nisi in 6.casibus à Socino relatis in reg.249.incip.iu-
dex sententiam. Et in examinatione hæreticorum In-
quisitor sit nimis cautus & circunspectus, & callidus ad
inuestigandam & eliciendam veritatem,quòd si adhuc
accusatus non vult errorem suum detegere, & existere
semper in negatiua, si testes sunt contra eum expresè
deponentes, legat & legi faciat testium dicta: non ex-
pressis restium nominibus, ubi aliquod aduersus testes
deponentes imminet periculum,secundum tex.c.fi de
hære.lib.6.alioquin arbitror testium nomina reo expli
care vtilius esse,& facie ad faciem testes & reum conci-
liare,& corã reo testes dicta sua explicent taliter quòd
cognoscat reus se esse per testes conuictum, ut rubore
& verecundia veritatem fateatur & cognoscat, quòd
sibi esset deterius existere in sua pertinacia & negatiua
3 quàm cõfiteri: itaque reus † non solum iuxta tenorem
accusationis, sed etiam iuxta tenorem depositionis te-
stium pluries examinetur, officium enim iudicis latis-
simum est, ut inquit iurisconsultus in l.1.ff. de iuris.om.
iudi.& in l.ubicunque.ff.de interroga. actio. & l.de mi-
nore.§.1.ff.de quæst. quòd iudex sit subtilis indagator,
4 & iudicantem † oportet cuncta rimari, & ordinem re-
rum plena Inquisitione discutere, interrogandi, & re-
spondendi, & obijciendi, adhibita ab eo omni patien-
tia,ut hiscè uerbis inquit tex. sing. in c. iudicantem.30.
q.5.& tex.in c.cum Io.circa finem. ibi.debet uniuersa
rimari.de fide.instrum. præterea est alia cautela, quòd
si hære-

ſi hæreticus nullatenus vult veritatem prodere, nullo
modo tradat eum cautionibus, neque ſub fideiuſſori-
bus relaxet,nam ipſe & eius exemplo alij rei peiores
& deteriores efficerentur.c.eſt iniuſta.23. q.4. cap.vt
clericorum.de vita & honeſtate cleri. Item alia adhi-
beatur cautela, quòd aliqui religioſi boni & viri pru-
dentes ad eum intrent, & blandis ſermonibus in prin-
cipio ſui ingreſſus de varijs & impertinentibus eidem
reo loquatur: poſtea reo conſulat, ꝙ veritatem fatea-
tur,promittens quòd contra confitẽtes Inquiſitor eſt
mitis & benignus,& quòd ipſe erit ſui negotij & cauſę
optimus moderator &arbiter:alioquin diutius in car
ceribus erit remanſurus,& eius proceſſus erit immor
talis:atque ſimiliter Inquiſitor blandis verbis promit-
tat reo facere gratiam & beneuolentiam, ſi errorem
& peccatum ſuum confitetur. Aliæ plures cautelæ ad
eliciendam veritatem habentur in directorio Inquiſi-
torum in 3.par.fol.163. & an iudex † ad veritatem in-
5 ueſtigandam & eliciendam cautelis & cauillationibus
vti poſſit,in noſtro caſu in crimine hæreſis indubita-
tum eſſe iudico:quia pœnæ & pœnitentiæ ſunt gratiæ
& medicinæ: & de hæreticorum conuerſione agitur,
in alijs cauſis & delictis idem videtur eſſe dicendum,
per tex.in c.afferte,de præſumptio, ubi Rex Salomon
ad inueſtigandam veritatem de filiatione,ea cautela &
cauillatione vſus fuit,dicens ſe velle ſcindere puerum,
ad idem tex.in c.non enim volebat Deus.22.q.2.ubi
inquit text.non enim volebat Deus à patre immolari
filium ſuum,ſed tentabat affectum patris,ſi Dei præce
pta præferet filio:& iudex promittens delinquenti ſe-
curitatem & impunitatem ſui delicti ſi confitetur de-
lictũ de quo accuſatus eſt, an teneatur fidẽ ſeruare,&

6 an prætextu illius confeſſionis † poſſit reus condemna ri: uidetur ꝙ optimè, per tex. ſing. in c. vtilem ſimulatio nem. 22. q. 2. per quem tex. aſſerit ibi Archi. quòd bene excuſatur Alexander tertius de dolo adhibito circa quendam epiſcopum ſymoniacum, cui Alexander promiſit ſecum diſpenſare, ſi ei ſoli confiteretur delictum, & ita confeſſus fuit non ſolum coram eo, ſed etiã coram cardinalibus; quo facto eum depoſuit. quod dictum ſequitur Dom. in c. nos in quenquam, in fine. 2. q. 1. & Feli. in d. c. afferte. in prin. de præſumptio. Idem Fel. in c. accedens. in 2. vt lite non conteſta. de qua con cluſione variæ ſunt opiniones & ſententiæ: de quibus per Imola, in l. is qui reus. col. fi. de publi. iud. & quòd
7 non tenetur iudex † ſeruare talem promiſſionem, quia eſt contra ius publicum, ſequitur Iaſ. in l. ſi mora. col. 1. ff. ſol. matri. & in repe. l. ſi is qui pro emptore. circa finem. ff. de vſuca. & in l. natura cauillationis. nu. 7. ff. de reg. iuris. licet in fine videatur tenere contrarium, de qua concluſione latiſſimè Hyppo. in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſtio. & in ſing. 201. incip. in confeſſum. And. Alcia. in tracta. de præſumptio. reg. 3. præſump. 27. nu. 4. optimè Aegidius Boſſius in pract. crimi. tit. de examinibus reorum. nu. 11. cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores fauore fidei reos & teſtes extra ſuam dioceſim citare, & trahere poſſunt. regulariter contra. nu. 2.*

SINGVLARE XCV.

1 INquiſitores † fauore fide reos & teſtes extra ſuam diœceſim citare & trahere poſſunt. ca. vt officium. §. compeſcendi. uerſi. deniq; vbi glo. Arch. Ioan. And. & alij. de hæreti. lib. 6. Iaco. Septimam. in Inſtitu. cath. c. 34. nu. 14. regulariter contra † cap. nonnulli. de reſcrip.

ſcrip. c. olim. de excep. ca. neminem. 3. q. 6. niſi in 11. caſibus à Felino relatis in d.c.nonnulli.nu.30. cum ſequentibus. à quo iſte caſus fuit omiſſus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores in omnibus ſuis dignitatibus, præbendis, & beneficijs habentur pro reſidentibus.*

SINGVLARE XCVI.

1 INquiſitores † hæreticæ prauitatis in omnibus ſuis dignitatibus, præbendis, ac beneficijs, habentur pro reſidentibus. Ideo in eis integros ſuarum præbendarum fructus ſimul cum diſtributionibus quotidianis ex priuilegio ſpeciali fauore fidei abſentes percipiunt. c. fi. in caſu fortiori, de magiſtris. c. tuæ. c. de cætero. c. cum dilectus. de cleri. non reſiden. huiuſmodique priuilegium apoſtolicum Inquiſitoribus circa hoc conceſſum in Hiſpania, maieſtate regià in ſuo ſupremo tribunali confirmatum eſt: ut ſine aliqua tergiuerſatione executioni mandetur.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores ſunt iudices delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & non ordinarij.*

2 *Delegatus ad uniuerſitatem cauſarum uices ſuas plenarie committere poteſt.*

3 *Iudex delegatus non poteſt pro executione ſententiæ, uel pro alia quauis cauſa iudicis ſecularis auxilium implorare. & Archid. qui reprobatur nu. 4.*

SINGVLARE XCVII.

1 INquiſitores † hæreticę prauitatis ſunt iudices delegati ad vniuerſitatem cauſarum, & non ordinarij. c. per hoc. c. vt officium. de hære. lib. 6. gl. ſing. in parte ipſorum. in c. nolentes. de hære. Ioan. And. & Peru. & magis communiter doct. in c. ne aliqui. de hęre. lib. 6. Abb.

in c.causam matrimonij.nu.7.de offi. delega.& in c.cũ I. & A.nu.9.de re iudi.& in c fi.nu.19. eod.tit. & in c. causam restitutionis. in prin.de in integ. resti. Decius consi.137.& diligenter.nu.3.Gundiss.de villa.de hære q.23.& Alponsus Aluarez Guerrero in thesauro religionis Christianæ.tit.de hære.nu.7.cum sequentibus: & in directorio inquisitorum. q. 4.p.3. hāc dicit communem Alcia.in rub.de offi.ord.nu.19. & Iacó.Sep.in Institu.catho.c.34.nu.6.contra Arch. in d.c.ne aliqui. qui communiter ab omnibus ferè modò citatis repre-
2 henditur:& cum sit inquisitor delegatus, † vt dictum est,vices suas plenarie poterit committere tex. in d. c. ne aliqui.c.super quæstionum.de offi.delega.l.à iudice. C.de iudi.habetur in directorio inquisitorum. p.3.q. 14.& 15.si inquisitoribus opus fuerit, ipsi possunt auxilium iudicis sæcularis in punitione hæreticorum implorare.c. excommunicamus. 2. in fine.de hære. c. ut officium.§.compescendi. eod.tit.lib. 6. in quo tex. in-
3 quit Archi. quòd iudex † delegatus non potest pro executione sententiæ, vel pro alia quauis causa iudicis sæcularis auxilium implorare:& statim addit,quòd in d.§ compescendi.speciale est in iudice delegato, ad punitionem hæresis : quæ opinio Archid. falsa omni-
4 no est:nam quilibet iudex † delegatus, vti potest hoc auxilio brachiisæcularis.cap.dilecto. de sent. excommuni. tenet Domi. & Francus. in d. §. compescendi. Fel.in d.cap.dilecta.nume.2.de maiori, & obedientia.
* Ioan. And. Albe.& Decius:& communiter alij in cap. significasti.de offi.delega. Pala. rub.in ca. per vestras. nota.2.§.sed est pulchra dubitatio.nu.17.de dona.inter virum & vxo. hanc fatetur esse communem opinionem contra Archid.Couarru.in quæstione pract.

cap.10.

c.10.in prin.& ita in his duabus opinionibus deceptus fuit Archid.& maxima cum ratione ab omnibus repræhenditur.

SVMMARIVM.

1 *Publici pænitentes an sint conueniendi coram Inquisitoribus.*
2 *Miserabiles personæ sunt sub protectione ecclesiæ.*
3 *Intellectus ad tex.in c.aliud. 11.q.1.*
4 *Inquisitores cognoscunt contra contrahentem secundum matrimonium uiuente prima uxore.*
5 *Item contra professum qui de facto matrimonium contraxit.*
6 *Item procedunt contra Lamias.*
7 *Item contra non recipientem sacram communionem quolibet anno.*
8 *Item contra dicentem fornicationem non esse peccatum.*
9 *Item an possint procedere contra blasphemos.*
10 *Item an contra superstitiosos.*
11 *Item contra usurarios ad usurarum tantum restitutionem.*

SINGVLARE XCVIII.

1 INquisitores † fauore fidei sunt iudices competentes omnium causarum ciuilium & criminalium, illorum qui ecclesiæ sunt reconciliati, & habitum gestant publicè pœnitentium: qui vulgariter sanbenitados vocantur: quippe qui sub iurisdictione Inquisitorum sunt, nullosque iudices sæculares, uel ecclesiasticos in omnibus causis habent, tex. est sing. in cap. aliud.11.q.1.& in c.aliud.de pœni.d.1.ubi Leo Papa statuit in dictis iuribus, dicens: si quis pœnitens causam habeat quam negligere fortè non debeat, melius est illi ut expectet ecclesiasticum quàm forense iudicium:& statim ibidem Gratianus subiungit, hoc esse generaliter intelligendum, tam in ciuilibus causis quam in criminalibus.. Ita affirmant gl.& interpretes ibi. & Host. in summa.de foro compe.§.ex præmissis patet. nu. 11.

Spec.ti.de compe.iud.addi.§.1.verſ.17. Cald.conſil.7. tit.de iud.Ant.in c.2.de foro compe. col.2.& ibi Barb. nu.61.Alcia.in praxi vtriuſque iuris.tit. de compe.iud. addi.verſ.6.Repertorium Inquiſitorum in verbo pœnitentiam pecuniariam: quæ concluſio amplianda eſt, ſiue pœnitens ſit actor,ſiue reus. gl. in verbo eccleſiaſticum.in d.c.aliud tenent doct.modo citati. Et in hoc caſu ceſſat iuris regula,quòd actor ſequitur forum rei, vnde dicit Inno.in c.ſignificantibus.de offi.deleg.quòd
2 pœnitentes & aliæ miſerabiles perſonæ,† ſunt ſub protectione eccleſiæ, & ſuper iuribus ſuis poſſunt adire iudicem eccleſiaſticum,ſicut cauſæ pauperum,& pupillorum,& viduarum,ac miſerabilium perſonarum ad examen eccleſiæ pertinent.c. licet.c.defenſionis.87.diſtin. c.ſi quis de potentibus. 24.q.3.ca.ſuper quibuſdam.in fi.de verb.ſign.ſed contrariam ſententiam tenuit Abb. in c.2.nu.9.de foro compe.& ibi Aret.col.2.& Maria. Soc.in c.1.verſ.decima declaratio.nu.13. de foro compe.Couarru.in quæſtio.practi.c.34.nu.13.& Iac.Sept. in Inſtit.cath.c.47. nu. 18. qui nituntur reſpondere ad
3 tex.in d.c.aliud.† dicentes illum tex. procedere de conſilio tantum,aut in cauſis mixti fori: quòd in his pœnitentes potius iudicem eccleſiaſticum quàm ſæcularem adeant:uel quòd prædictus tex.loquatur de talibus pęnitentibus,qui aliquem profitebantur ordinem, uel religionem quandam publicæ pœnitentiæ: qui ſunt ſub iuriſdictione eccleſiaſtica:de quibus loquitur c.de his, & c.ſequens.33.q.2. & quòd non loquitur de reconciliatis,uel de gerentibus publicum habitum pęnitentiũ, ne eorum delicta priuilegium tribuant aut exemptionem.c.intelligimus.de iudi.c.legimus.16.q. 1.l.relegatorum.§.fi.in fi.ff.de interdictis & relega.l.ſiue hæreditaria.

taria.ff.de nego.gestis,sed si inter se pœnitentes leuiter rixati fuerunt,dum sunt in perpetuis vel temporalibus carceribus,uel propter habitum pœnitentiæ,vnus in alterum conuitia dixerit:ita Iaco. Septi. in Institu.cath.c. 47.nu.20.allegando.c.accusatus.§.fi. de hæret. lib.6.& quòd vltra hos vel similes casus Inquisitores non sunt iudices competentes:& reuera hæc opinio mihi placet. Item Inquisitores possunt procedere, inquirere,& punire eos qui aliquam ex.80. sectis reprobatis in c. qui-
4 dam autem hæretici sunt.24.q.3.sequuntur. Item †cōtra contrahentem secundum matrimonium, viuente prima vxore, quia male videtur sentire de sacramentis ecclesiæ.Domi.& Francus in c. accusatus.§.sanè.de hære.lib.6.& Bal.in l.3.C.de summa Trinita.& fide catho. & ibi Paul.de Castro.Franciscus Squillacen.de fide cath.c.15.Alfonsus Cast.lib.1.de iusta hæreticorum puni. c.1.Pala.Rub.in c.per vestras.§. 17.num.25.fol.67.de
5 dona. inter virum & vxorem . Item † contra eum qui cum esset professus egressus est de monasterio, & de facto accepit vxorem.Bal.in l.nemo. C.de summa Trini. & fide catho.Abb.in cap.de homine.de celebra.Missa. Ludo.Carrerius.de hære.§.circa.nu.60.Pala.Rubi.ubi suprà.nu.26.Iaco.Septi.in Instit. cath.c.40.nu.2. Item
6 Inquisitores † possunt procedere contra Lamias. Iaco. Septi.in Instit.cath.c.37.in fine.Item contra † eum qui nō recipit sacram communionem quolibet anno. Feli. in rub.de hæreti.Item in c.ad abolendam. de hære.allegando Oldra.cons.20.Ludo.Carrerius. de hære.§.circa.num.37.Item contra clericum in sacris constitutum matrimonium contrahentem.Pala.Rub. in d.c.per vestras.§.18.nu.26.fol.67.col.2.& Iaco. Septi. in d.c.40. Item contra frangentes imagines ecclesiæ vilipenden-

8 do.Fran.Squilla.de fide cath.c.50. Item † contra affirmantem, fornicationem non esse peccatum, & vsum diuinandi non esse prohibitum.cle.ad nostram. de hære.
9 Squilla ubi supra.c.18.Item † contra blasphemos, quãdo blasphemia sapit manifestam hæresim : non solum in Deũ, sed etiam in sanctos : quia pars corporis ipsius sunt, ut dicit Fran.Squilla.de fide catho.c.16.in fi.allegando.l.quisquis.C.ad l. Iulia. maiest. latissimè Iacob. Septi.in Institu.cath. c. 8. & optimè Nicolaus Boerius decis.110.nu.2.& 3.Berna.de Luco, in practi.crimi.ca. 103.Castro.de iusta hære.puni.lib.1.c.12.veruntamen fuit petitũ in curijs de Madrid.c.26.anno.1534.Quòd contra blasphemos Inquisitores non procedant. Item
10 † an cognitio omnium superstitionum ad Inquisitores pertineat, latè docentes per tex.ibi in c.accusatus.§.sanè de hære.lib.6.& Iacob. Septi.in Institu. catho.c.61.
11 nu.3. Item † contra vsurarios ad restitutionem vsurarum, non tamen eos possunt punire Inquisitores. Bald. in c.1.§.ad hæc.de pace iuramento firma. Ioan.Monachus in c.accusatus.de hære.lib.6.Feli.in c.excommunicatus.1.eod.titul.Ludo. Carre. de hære.§.versa autem vice. num.5.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores fidei ordinandis & proferendis sententijs debent uocare assessores, & quales.*

2 *Inquisitores non tenentur de necessitate sequi consilium assessorum, & assignatur ratio.*

SINGVLARE XCIX.

1 INquisitores † fidei in ordinandis & proferẽdis sententijs debent vocare assessores viros probos atq; peritos, religiosos ac theologos, ac iuris peritos : quia de re grauissima iudicium ferendum est.c. ut commissi.

§. aduo-

§.aduocandi.de hære.lib.6.Albertinus in c.1.q.10.co. titu.& lib.& habetur in 4.Instructione Toletana.c.14. iuxta illud Prouerbiorum.c.11.& 24.erit salus ubi mul ta consilia:& c.13.qui agunt omnia cum consilio regũtur sapientia:& rursus.cap.15.dissipentur cogitationes vbi non est consilium,ubi plures sunt consiliarij,confirmatur, & integrum est iudiciũ,quod plurimorum sententijs confirmatur.c.prudentiam.dè offic. delega.& ꝙ à pluribus quæritur sapientibus facilius inuenitur.c.de quibus. 20. distin. & per ampliores homines perfectissimè ueritas reuelatur.l.fi.C.de fideicommissis. l.hære-
2 des palam. §.1. ff. de testa. & Inquisitores † non tenentur de necessitate sequi cõsilium dictorum peritorum, ne inconueniens sequatur, quòd eorum consilium potentius esset quàm consilium Inquisitorum : sed tãtum de honestate:ne consilium peritorum videatur esse frustratorium:ita concludit Iaco.Septi. in Institu.catho.c. 41.num.12.& hoc in causis fidei tantum : in alijs uerò huiusmodi peritorum consilium necessarium non est l. nemo.c.de sent.& interlo.omni.iudi.l. certi iuris est in fin.C.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores non possunt recusari tanquam suspecti. quod est secus in alijs iudicibus & causis.* 2.

SINGVLARE C.

1 INquisitores † non possunt recusari tanquàm suspecti.Archi.& Domi.in c.quia plerunque.de offi.ord. lib.6.Fran.de Ripa.in tractatu de peste. lib. 3. nu. 140.
2 quod aliter est in alijs† iudicibus & causis.c.suspitionis. de offi.dele.c.postremo.cap. cum speciali. de appella.l. apertissimè.C.de iudi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores, fauore fidei possunt cognoscere de quibuscunque causis criminalibus omnium familiarium & officilium hæreticæ prauitatis.*
2 *Rector hospitalis, etiam si sit laicus, est de foro ecclesiæ.*
3 *Priuilegium concessum personæ extenditur ad eius familiares, & domesticos.*
4 *Priuilegium de non soluendis decimis concessum hospitali, includit bona eorum sine quibus commode regi non poterit.*

SINGVLARE CI.

1 INquisitores † fauore fidei possunt cognoscere de quibuscunque causis criminalibus omnium familiarium & officialium hæreticæ prauitatis, ut in quarta Instructione Toletana.ca. 5. nec id mirum est, nam re-
2 ctor † hospitalis etiam si sit laicus est de foro ecclesiæ. Bar.& Ang.in l.quod cōstitutum.ff.de mili.testa.sequitur Feli.in c.2.nu.8.de foro compe. ubi Abb. num.11. hoc latius disserit:& familia clericorum gaudet priuilegio fori.c.iudicatum.89.dist.gl.sing.in c. clericum. pri. 11.q.1.& de familia episcopi indubitatum est c. fin. de offi. Archid.dixit communem Abb.in c.2.nu.6.de foro
3 compe. Nam priuilegium concessum † personæ extenditur ad eius familiares & domesticos. auth. habita. in prin.C.ne filius pro parte.l.2.§.1.ff.de vsu & habi. ca.licet.de priui.li.6.gl.in l.restituendæ.C.de aduoca.diuer. iudicū.gl.& Bal.in l.2.C.de epis.& cleri.gl.1.in l.ad personas egregias. ff. de iureiuran. est notanda distinctio Bald. in l. 2. C.de vxo.mili.sing.l.51.titul.6.par.1.unde sing. dixit Oldra. cons. 11. num. 2. allegando.d.l.1.C. de
4 vxo.mili.quòd priuilegium † de non soluendis decimis concessum hospitali, includit bona ministrorum seruié-

tium

ciũ hoſpitali,ſine quib. cõmodè regi non poterit,quod conſilium refert & ſequitur Feli.in c.2.num.2. de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Res irrationalis ſiue animata ſiue inanimata non punitur.*
2 *Animal brutum propter horrendum crimen furca ſuſpenditur.*

SINGVLARE CII.

1 INanimata res† uel animata,dummodo ſit irrationalis non punitur.c.illud.c.aliquos.15.q.1.l.illud.§.1. ff.de iniurijs.l.uerum.ff.de furtis.Sed ob tanti criminis atrocitatem,locus in quo hæreticus de facto fuit ſepultus, vſqueadeo inficitur, ut talis locus omni tempore perpetua careat ſepultura.c.2.ubi glo. in uerb.locus,& docentes.de hære.lib.6.alius caſus habetur in c. in quibuſdam:in fi.de pœnis.alius in c.fi.in fine. eod.tit.lib.6. alius in c.ita nos.25.q.2.alius in cap.mulier.15.q.1.ubi
2 animal brutum † propter illud horrendum crimen furca ſuſpenditur:quem tex.dixit ſing.Iaſ.in l.2.nu.2.poſt Rom.ibi.C.qui teſta.face.poſ.idem Rom.in l.ſi uerò.§. de uiro.Falle.17.ff.ſolu.matri.idem Iaſ. in l. imperium. nu.24.ff.de iuriſd.omni.iudi.& in l. furioſum. num.10. C.qui teſta.face.poſ.Io.de Imo.in l.defuncto.in prin.ff. de publi.iudi.Guido Papæ.deciſione. 238.incip. ſi animal brutum.Anto.Corſe.ſing.incip.pœna aliqui diuidentes.Gundiſ.de Villa.de hære.q.22.num.5.Hyppol. in.l.1.num.60.ff.de ſicarijs: & practi.crimin.§.diligenter.num.167.

SVMMARIVM.

1 *Factum uel dictum iocoſum pœnam non meretur.*
2 *Intentio iudicat actus hominum.*
3 *Ludens ad iacendum ferrum ſi aliquem ſine dolo occidat, nulla pœna punitur.*

4 *Agen-*

4 *Agentis intentio ex qualitate rei demonstratur.*
5 *Dictum iocose contra fidem catholicam punitur ab inquisitoribus.*
6 *Ludus noxius in culpa est, & omne maleficium mala intentione præsumitur factum.*

SINGVLARE CIII.

2 IOcose dictum aut factum † pœnam non meretur.l.j. §.diuus Adrianus.ff.de sicarijs.l. obligationum substantia,in fine.ff.de actio.& obliga.l.furiosi.ff.ad l.Iulia. maiest.l.sicut semel.C.de lib.caus.c.1.de senten.excommunicationis.l. 7.tit.16.alias.titul.17.lib.4.fori.ll.nam
2 quidquid agant homines intentio † iudicat omnes.l. uerum.& l.qui iniuriæ.ff.de furtis.c.lator. de homicid. c.cum uoluntate.de sent. excom. per supradicta inquit Paul.Cast.in l.si seuerior.C.ex quibus cau. infa. irro. ꝙ quendam defendit à pœna mortis qui ludendo proiecit lapidem,& aliquem occidit.idem Pau.Cast.& Bald. in l.nemo deinceps.C.de epis.audien.& Cæpola,cautela.12.§.13.dicens plures se à morte liberasse: & idem si vult aliquis occidere Titium, & casu occidit Seium: ut tradit eleganter Nicola.Boerius decis.83.incip.& uidetur,per totam illã decisionem,& decisione. 84. & Hyppol.in l.de minore.num.35.ff.de quæst. & in cons.128. incip.plura profecto.nu. 22. unde eleganter consuluit Maria.Soc.cons.16.incip.circa prędictam consultatio-
3 nem,quòd si iuuenis ludens † cum alio iuuene ad iacẽdum ferrum,qui ludus,al herron,Hispano nomine vocatur:atque illud iacendo occidat aliquem sine aliquo dolo, quòd non debet puniri aliqua pœna ordinaria, neque extraordinaria:sequitur Hyppol. in l.1. nu.101. ff.de sicarijs,& melius cons.10.incip. intellecto casu.nu. 16.præsertim si ludentes erant nimis amici, uel affines,

vel consanguinei, neque aliqua inimicitia inter eos aliquo tempore fuit orta, ex quibus & ex natura ludi, pro-
4 positum, & voluntas colligitur: nam rei qualitas, † agentis intentionem demonstrat: & ex qualitate dispositionis colligitur species intẽtionis. l. non codicillum. C. de testa. l. si extraneus hæres. ff. de acqui. hære. Sed specia-
5 le est, quòd si aliquis iocose † dicat aliquid cõtra fidem catholicam, est ab Inquisitoribus fidei puniendus: quia non licet cum Deo aut sanctis, seu rebus diuinis iocari. Ita Cardi. in clem. 1. §. nos igitur, in fi. de summa Trini. & fide cath. dicens: quòd si aliquis dixerit, si non habeo vxorem in hoc mundo, habebo in alio: & iocose dicat, quòd talis ab Inquisitoribus puniẽdus est: idem in cle. vnica. §. de vsuris. Bal. in l. 1. nu. 45. C. qui accus. non pos. Io. Nicol. de hære. not. 28. Fran. Squilla. de fide cath. c. 19. in fine: veruntamen talis non ut hæreticus est condemnandus, nisi in dicto persista t: sed ei possunt Inquisitores ponere pœnam pecuniariam pauperibus uel alijs pijs locis dandam. Gundis. de Villa. de hæret. q. 1. nu. 7. & q. 8. nu. 6. Pala. Rub. in allega. hæresis. §. 4. in fin. Lud. Carre. de hære. §. uersa autem vice. nu. 7. de eo qui iocose dixit se habiturum vxorem in alio sæculo. Iaco.
6 Septi. in Instit. cath. c. 25. num. 15. Ludus † enim noxius in culpa est. l. nam ludus. ff. ad l. Aquiliam. c. 1. de præsumptio. & omne maleficium mala intentione præsumitur esse factum. l. si ex plagijs. §. fin. ff. ad l. Aquili. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. l. si non conuitij. C. de iniurijs: & in d. c. 1. de præsumptio.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes ex genere iudæorum & hæreticorum excluduntur ab omnibus officijs sanctæ inquisitionis & ab alijs quibusdam locis. & num. 9.*

2 *Ioan-*

2 *Ioannis Silicei Cardinalis & Archiepiscopi Toletani Decretum contra descendentes ex genere Iudæorum.*
3 *Apologia fratris Henrici Mauroi franciscani theologi Parisiensis pro christianis descendentibus ex iudæis scripta contra Archiep. Toletanum repræhenditur.*
4 *Iudæus factus christianus est capax beneficij ecclesiastici, etiam in ecclesia cathedrali.*
5 *Ambrosius antequàm esset baptizatus fuit in Archiepiscopum Mediolanensem electus. declaratur nu.8.*
6 *Neophitus quis dicatur.*
7 *Pauli locus ad Timotheum c.3.declaratur.*
8 *Postulatio est gratiæ petitio, & innititur gratiæ.*
10 *Christiani antiqui qui dicantur.*
11 *Christiani noui suapte natura seditiosi sunt, inquieti, & antiquos christianos opprimere nituntur.*
12 *Flagitia paterna hæreditaria sucoeßione descendunt.*

SINGVLARE CIIII.

1 IVdæi seu hæretici † & omnes qui ex eorum genere descendunt excluduntur, & meritò, ab omnib. officijs sanctę Inquisitionis, & à monasterijs quorundam monachorum, præcipuè ordinis diui Hieronymi: & in Hispania à quibusdam fraternitatibus, & à quibusdam capitulis ecclesiarum, ut proximis diebus sanctè aciustè in ecclesia Toletana statutum fuit, à reuerendissimo atque doctissimo Cardinali domino Ioanne Siliceo Ar
2 chiepiscopo † dignissimo Toletano, diuini cultus, ac sacræ religionis studiosissimo, cuius edicti & statuti verba sequentia sunt. A functionibus publicis, dignitatibus, præbendis, magistratibusque cæteris ecclesiæ nostræ ecclesiæ Toletanæ, reliquarumque nobis subiectarum diœcesum, eos perpetuo excludimus, repellimus & arcemus, qui uel ex genere Iudæorum, vel Israelitarum, vel Ismaelitarum, aut reliquarũ seminis Abrahæ sunt aut conuicti fuerint descendisse, etiam quantũuis

pij, quantumuis probi & sancti, quãtumuis sint in Christo Iesu, nostræq; fidei articulis rectè sapientes, siue ab vno siue à decem siue à viginti siue à centum annis, & eo amplius ipsi, simulq; illorũ progenitores (potissimè qui quartam generationem non deprehenduntur excessisse) probati sint in Christianismo, ac Christi Iesu fide religiosè ac laudabiliter vixisse: & si ex ista uel quacunque semiuis Abrahæ gente, quispiam siue per industriam, siue per certam scientiam, siue per ignorãtiam, tunc fortasse inuincibilem, ad prædictas uel alias nostrę ecclesiæ Toletanæ communes functiones reliquosque rei nostræ publicæ magistratus assumpti fuerint & admissi, progenitorum & proauorum, & abauorum & atauorum, cæterorumque progenitorum deductis, & certis aliquot generationum lineis etiam à ducentis uel trecentis annis, uel eo amplius ex supradicto Iudęorum uel Israelitarum aut altero Ismaelitarum genere: quinimo ex reliquijs Abrahæ conuincantur descendisse: talibus functionibus & officijs illorum administrationibus priuentur, spolientur, & velut infames ac detestabiles personæ, omni indignæ ac incapaces munere habeantur. Omnia hæc sunt prædicti statuti, & edicti uerba formalia: aduersus quod statutum & edictum Toletanum, longam apologiam ac magnum volumen
3 scripsit frater Henricus† Mauroi Franciscanus theologus Parisiensis, cuius libri titulus est, Apollogia pro Iudæis Christianis, & his qui ex reliquijs sunt patrarcharum, piè ac sanctè de Christo Iesu & fide catholica sentientibus, aduersus Archiepiscopum Toletanũ, & eius asseclas. Quæ sanè apologia meo iudicio plus audatię & temeritatis quàm eruditionis habet, præcipuè in prima parte. ca. 2. fol. 12. ubi exclamat contra prædictum

edictum

edictum dicens. O execrabiles, o nephandissimas & detestabiles leges, o impijssimas & nequissimas, & iniustissimas sanctiones: iam enim hoc statuto profanatũ est Dei uiuentis templum, & sacerdotium sublatum, & corruptum est quidquid erat religionis, quod uitæ, quod legis, quod morum, quod fidei, quod virtutis, quòd disciplinæ, id uestrum statutum simul perdidit & confudit. Suspicor auctorem præfatum Iudæum extitisse, uel maximis Iudæorum precibus uel pecunijs apologiam & volumen illud scripsisse: fateor tamen quòd
4 Iudæus † factus Christianus est capax beneficij ecclesiastici, etiam in ecclesia cathedrali, textus est sing. in cap. eam te, in fine, de rescrip. ibi, pro eo uerò quòd Iudæus extiterit ipsum dedignari non debes, nam de Iudæis conuersis ecclesia fuit fundata, text. in cap. in nouo testamento. 21. distin. in capitulo, recurrat nunc ani
5 mus noster ad Abraham. 32. quæst. 4. ut de Beato † Ambrosio legitur in c. statuimus: & in c. episcopus. 61. dist. quòd antequàm esset baptizatus in Archiepiscopum Mediolanensem fuit electus: & plures alij nouiter ad fidem conuersi, ad episcopatuum regimina fuerunt electi: prout copiosissimè refert frater Henricus in prima parte suæ Apologiæ aduersus statutum Toletanum. c. 6. dicens, quòd ex Iudæa natus est Dominus, ut inquit Paulus ad Hebræos. capit. 7. & Ioannes in Euangelio. capit. 4. inquit, salus ex Iudæis est, proximè dictis videtur aduersari, quod scripsit diuus Paulus in prima Epistola ad Timotheum. capit. 3. dicens: non oportere episcopum esse neophitum, ne fortè in superbiam elatus in iudicium incidat & in laqueum diaboli: absurdũ uidetur, quòd illequi heri erat cathecumenus hodie sedeat ut episcopus in altiori loco in ecclesia: momen-

taneus

momentaneus namque ſacerdos neſcit humilitatem
6 ſeruare: ac ille dicitur neophitus † qui nouiter ad fidẽ & religionem eſt conuerſus, quaſi noua planta: vt in c. 1. & 2. 48. d. ſed tẽpore Pauli omnes Chriſtiani erant neophiti, ob id quòd omnes nouiter erant ad fidem conuerſi: quos ergo Paulus vocat neophitos, uel quos vult in epiſcopos eligi?

Reuerendiſſimus Aluarus de Moſcoſo epiſcopus Zamorenſis, diuinarum atque humanarum rerum doctiſſimus, magnaque commendatione digniſſimus, prędictam diui Pauli authoritatẽ ſæpenumero ſolitus erat interpretari, me præſente, atque eius prouiſore & Vicario generali: tam in epiſcopatu Pampilonenſi, quàm
7 Zamorenſi exiſtente: quòd intentio Pauli fuit, † quòd non ſit neophitus: non religione, nam omnes erant religione & conuerſione neophiti. Sed ꝙ non ſit neophitus moribus, & non religione: & eſt optimus & ſingularis intellectus ad dictam authoritatem Pauli: vel aliter dicere poſſumus de diuo Ambroſio, & alijs qui nondum baptizati in epiſcopos fuerunt electi, quòd propriè loquendo non fuerunt electi ſed poſtulati, ex eo quòd nouiter fuerunt ad fidem conuerſi, cum † po
8 ſtulatio ſit gratiæ petitio, & innitatᷣ gratiæ, vt in c. bonæ. in prin. & in c. poſtulationem. de poſtulatione prælatorum. Sed cauſa potiſſima inter alias, ꝙ de nouo ad fidem conuerſi, à præbendis, & dignitatibus, & collegijs repelluntur, ea eſt, quia ipſi ſuapte natura ſunt nimis ſeditioſi & elati, & Chriſtianis antiquis nimis infeſti. tex. in c. cum ſit nimis abſurdum. de iudæis, ibi. quoniam ſub tali prætextu chriſtianis plurimum ſunt infeſti, & c. conſtituit ſanctum cõcilium. 17. q. 4. ibi, ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriam faciunt, & propter

9 alias causas inferius explicandas, similiter † excluduntur à collegio Pinciano sanctæ Crucis: & à quatuor col legijs satis egregijs & insignibus Salmanticensibus, præsertim ab hoc meo celeberrimo collegio diui Iacobi Zebedæi, cuius habitum ipse indignus nunc gero, in quo expressa constitutione cautum est in c. 2. Tho. 2. ibi collegę non descendant per aliquam lineam ab his qui pro hæresi fuerunt condemnati, vel reconciliati, publicè vel occultè, sed sint Christiani antiqui. Christia
10 nos antiquos † intelligimus eos quorum parētes seu patres, aui, attaui, & maiores semper & omni tempore habiti fuerunt pro Christianis antiquis, itaque nullo modo descendant ex genere Iudæorum vel Maurorum, &c. Ita ad vnguem maxima cum ratione in hoc insigni collegio obseruatur, in quo omni tempore col legæ literis & moribus & genere insignes fuerunt, & hodie sunt in eo residentes, magister sacræ theologiæ Gundissaluus Solorzano rector, & licentiatus dominus Sebastianus de Ribera, & licentiatus Remirez, magister Ioan. Alfonsus, doctor Andreas Lopez, licentiatus Cabrio Salido, licētiatus Chaues, licētiatus Henao, licētiatus Morales, licētiatus Aceituno, licētiatus Hieronymus de Roda, & licētiatus Antonius de Paz, omnes collegæ, & ego inter prædictos indignus & in omnibus minor: iureq; optimo statutum est, ut ab omnibus prędictis, descendentes ex genere Iudæorum, vel hæreticorum excludantur, iuxta concilium Toletanum in cap. constituit. 17. q. 4. vbi inquit tex. constituit sanctum concilium, ut iudæi aut hi qui ex iudæis sunt officia publica nullatenus appetant, quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. c. nulla officia. 54. dist. l. fin. C. de iudæis, authen. Gazaros. C. de hære. l. 4.

tit.

tit. 26. p. 7. idq; iustè fieri posse affirmat Caietanus in opusculis Thom. 2. q. 6. & licētiatus de Otalora Regius consiliarius Pincianus, in tracta. de nobilitate. 2. p. 3. partis principalis. cap. 7. nu. 26. & Iacob. Sep. in Institu. catho. cap. 46. in fine, contra Montaluum in l. 2. tit. 3. lib. 4. fori. ll. dicentem esse hæreticum qui hanc differentiam assignat inter Christianos nouos & antiquos: nam eius argumenta locum habent, in his quæ ad salutem, fidem, & religionem pertinent, quia Deus non est acceptor personarum. in c. nouit. de iudi. quia com mu
11 niter sua aptè natura christiani † noui seditiosi sunt ac nimis inquieti, & passim Christianos antiquos opprimere nituntur, ut dicit d. c. constituit. & ca. cum sit. de iudæis. & nomen Christiani antiqui eis est nimis infestum: & quia sæpe solet filius similis esse patri, & sequitur læuiter filia matris iter. l. fi. C. de impub. & alijs substi. gl. in l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilicio. edicto. gl. in uerb. progenitoris, in c. venerabilem. de electio. optimè. gl. in verb. metum, in ca. si quis cum militibus. 6. q. 1. iuxta illud Mantuani. Qui viret in foliis venit à radicibus humor. Et patrum in natos abeunt cum semine mores. Et inquit tex. in cap. Ce-
12 nomanensem. 56. dist. quòd paterna flagitia † hæreditaria successione descendunt. Ideo ab his eorumq; descendentibus omnibus, consulo tanquàm à contagiosa peste cauendum: & dicuntur christiani antiqui, quorum parentes seu maiores ante ducentos annos ad fidem catholicam fuerunt conuersi: ut affirmat Iaco. Septiman. in Institu. cath. cap. 46. in fine: uel quando parentes, uel maiores publicè & occultè omni tempore habiti fuerunt pro Christianis antiquis: & aliqua nunc non est notitia de conuersione maiorum,

licet ad hoc obijci potest de historiis regum & procerum.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus seu hæreticus doctoratus gradus sunt incapaces.*
2 *Iudæi non sunt capaces alicuius dignitatis.*
3 *Doctor qui publice viginti annos legit, efficitur Comes.*

SINGVLARE CV.

1 IVdæi † seu hæretici doctoratus gradus sunt incapaces. l.fi.C.de iudæis,ubi Bar.inquit quòd per illam legem quidam iudæus in illo anno volebat doctorari, & non potuit gradum doctoratus assumere:idem Bar. in prima constitu.C.de nouo cod.facien.nu.12. & in l. generaliter.§.fin.ff.de decurio.& in l.omnes.C.eo. tit. lib.10.ubi affirmat se ita respondisse duobus iudæis in medicina doctoribus.Host.in summa,de iudæis. nu.5. Anch.in cle.2.de magist.Abb.in c.cũ sit. in prin. de iudæis:& in c.proposuisti.in fine.de proba. & in c. iudex. nu.4.de testi.latè Ias. in rub.ff.de iustitia & iure. nu. 4. Fel.in c.1.nu.4.de Iudæis,& licet aliqua iura ex supradictis loquantur in Iudæo,idemq; in hæretico dicendũ est:quia maior prohibitio est in hæretico, quàm in Iudæo.Ita dicit gl.1.in c.pagani. 2.q. 7. Fel. in c. Iudæi.
2 nu.6.de testi.nam Iudæi † non sunt capaces alicuius dignitatis.cap.2.§.hæreticis.cap. statutum.in 2. de hære. lib.6.l.fin.C.de Iudæis,& gradus doctoratus est dignitas.c.quanto.de magistris.l.prouidendum.in prin. C. de postu. Bar. in d.l.omnes. Alex.consi.94. consideratis his.post prin.uol.1.& plures alij relati à Fel.in d.ca. quanto in princ. præsertim si viginti annos aliquis

doctor

3 doctor † publice legerit, qui propter hoc efficitur dux & comes. l. vnica. ubi gl. Bart. & doctores. C. de profes. qui in vrbe Constan. lib. 12. quam ad hoc allegat Bar. in l. ex eo tempore. nu. 4. ff. de testa. in l. 1. & Angel. in prohe. Institu. Ias. in l. 1. nu. 11. ff. de offi. eius, cui mandata est iuris. Abb. in c. clerici. nu. 3. de iud. & in c. capellanus, in prin. de ferijs: & Paris de puteo in tracta. de re mili. in prin. lib. 6. in prin. nu. 37. And. Sicu. in l. fi. in fin. de offic. delega. Feli. in rub. de magistris. Alex. cons. 32. visa concessione, nu. 5. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius & delegatus cuius ætatis esse debeant.*
2 *Rerum peritia in iudicibus necessaria est.*
3 *Iudex bonus debet esse omnibus idem, & nemini complacere contra ueritatem & iustitiam.*
4 *Amor & odium separant homines a rectitudine.*
5 *Iudex ut aliquis sit, quid requiratur de iure Regni.*
6 *Dæmones sunt sapientes propter longitudinem uitæ, & longam rerum experientiam.*
7 *Iudices hæreticæ prauitatis quadragesimum annum attingere debent.*
8 *Aetas triginta annorum requiritur in episcopo.*

SINGVLARE CVI.

1 IVdex † ordinarius, ętatis. 25. annorum, & delegatus. 20. annorum esse debet. l. quidam consulebãt. ff. de re iudi. l. cum prætor. ff. de iudi. cap. cum vigesimum. de offic. delega. l. 5. titul. 4. par. 3. l. 4. titu. 15. lib. 5. aliàs. 2. ordi. quia ante hanc ætatem fragile & infirmum est hominis consilium, & multis captionibus suppositum, ut inquit Vlpianus in l. 1. ff. de mino. & in iudicibus est
2 nimis necessaria rerum peritia. † l. prima, §. sed cum sit necessaria. C. de vete. iure enucle. §. quæ omnia. Instit. de satisdat. quæ est vera rerum magistra. l. 2. C. ut in

poſſ.lega.cap.2.de conce.præbe.lib.6.capit. quàm ſit. de electio.eo.lib.cap.ſtatutum.in prin.de reſcrip. lib. 6.& ita in bonis iudicibus eſſe debet ſolertia iuſtitiæ, & morum probitas,& rerum, & artis peritia.l.1.ff. de decre.ab ordi.facien.l.proximos.C.de proxi.ſacro.ſcriniorum.lib.12.vnde dicit Plato lib.9. de republica. iudicare oportet,petitia,prudentia,ratione,ac rerum ex
3 perientia, & l.3.tit.4.p.3. q bonus iudex † debet eſſe omnibus idem,& nemini complacere contra veritatē & iuſtitiam.ca.qualiter & quando.in 2.ubi Alb. nu.8. de accuſa. & ſit iudex inexorabilis, & cum omnibus una eademque voce loquatur,ut inquit Cicero. lib.2. officiorum. & multa notatu digna in hoc collegit Lucas de pœna in l.fin.C.de tabula.lib.10.& omnino ſeruetur illud in lege diuina ſcriptum, ita iudicabis magnum ſicut paruum,neq; eſt acceptio perſonarum habenda,vt in Deuteronomi.c.1.& in c.nouit.de iudi.& in c.fin.3.q.9.l.hos accuſare.in fine. ff. de accuſ.& illud Ciceronis lib.1.offici.hi qui reipu.prǽſunt legum ſimiles eſſe debent,quo ad puniendum:non iracundia, ſed æquitate moueantur, vnde tex.in cap.odio habentur peccata & non homines.86.d.in hoc paſſim literati & periti iudices à tramite iuſtitiæ ſolent deuiare amicorum ſuorum petitionibus : aduerſus quos clamat Cicero.lib.3.officiorum. quòd iudex non debet propter amicos à uia recta diſcedere, nam vera amicitia cauſa
4 boni & non mali eſt. Nam amor † & odium ſeparant homines à rectitudine.c.quatuor modis.11.q.3.quòd quatuor modis humanum iudicium peruertitur,odio, & amore,timore,& auaritia,tex.in c.quotiens.de teſt. & ſing.in c.1.de ſent.& re iudi. vbi glo. in vtroque loco referunt verſicula illa vulgata. Quatuor iſta, timor, odium,

odiũ,dilectio,census. Sæpe solẽt rectos hoĩum ꝑuertere sensus. Et qualiter boni,& recti iudices esse debent, pulchrè habetur in Exodo. c.18. ubi à mane vsque ad vesperam iudicabat Moyses populum,& eius socer nomine Ietro,ei dixit; Vltra vires tuas est negotium, prouide de omni plebe viros prudentes & timentes Deũ, in quibus sit veritas,& qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos,centuriones & decanos, qui iudicent populum omni tempore: maiora autẽ, vt onus diuidatur,referant ad te: & de iure regni propter su-
5 pradicta requiritur,ut aliquis sit iudex † studuisse per decennium in studio generali, ut in pragmatica facta Barchinonæ fol.82.in modico tempore nõ potest quis multum addiscere.c.quia multa.48.d.c. tam ex literis: vbi gl.de in integ.resti.tempore indigemus vt maturè aliquid agamus.c.ponderet.50.d.& ętate & studio maior,sapientior,& prudentior præsumitur. l.fi.ff.de fide instru.c. de quibus.20.d.c.fi.84.d.& inquit tex. in cap.
6 sciendum.36.q.3. quòd dæmones † sunt sapientes propter longitudinem vitæ, & longam rerum experientiam: unde meritò inquit imperator his uerbis in l.ipsis rerum experimentis cognouimus.C.ut in posse.lega.& in §.pen.instit.de satisda. ad rem igitur: ad supra
7 dicta.Speciale est,ꝙ iudices † hæreticæ prauitatis quadragesimum annum attingere debent. Cle.nolentes. in prin.de hære.c.Sanctimoniales.20.q.1.& in directorio inquisitorum,par.3.q.2.& q.16.ubi in d. q.2. dicitur,quòd eadem ætas requiritur in eorum commissarijs.Tenuit expresè Fel. in c. cum vigesimum annum. de offi.delega.& Ioannes de Selua in tracta. de beneficio,in 3.par.q.5.nu.41.Ludo.Carre.de hære. §. de cuius officio.in prin.Gundissa.de Villa. de hære.q. 7. nu-

me.12.Fran.Squilla.de fide cath.c.35.Iac.Septi. in Insti.cath.c.34.num.5.solet in hoc cum personis literatis genere & virtutibus præclaris dispensari. Ob id iure optimo, perquam magnifice Toletane Inquisitor, tecum in hoc dispensatum fuit: uerum refert Iaco. Septi. in loco modo citato, esse in hoc hodie breue apostolicum, quòd sufficit annum. 30. attingere, quod hactenus nõ vidi: & est certè rationabile, quia iam in hac ętate scientia perfecta & rerum experientia inuenitur: &
8 tantum in episcopo. † 30. annorum ætas requiritur: ut in c.cum in cunctis.de electio.c.quicunque.87.d.auth. de sanctis.episcopis.§.cleros.col.9. à fortiori, in Inquisitore sufficeret. 30. annorum ætas &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex de qua re cognoscit pronuntiare debet.*
2 *Iudex sæcularis requisitus, sententias Inquisitorum tenetur exequi.*
3 *Communis opinio contra Barto.& sequaces.*
4 *Crimen hæresis est mere ecclesiasticum.*
5 *Ponitur casus in quo hæreticus ad iudicem secularem non est remittendus.*
6 *Inquisitores pro hæretico apud iudicem sæcularem efficaciter debent intercedere.*

SINGVLARE CVII.

1 IVdex † de qua re cognoscit, de ea pronũtiare debet & punire.l.de qua re.ff.de iud.c.cum super.de cau. pos.& proprie.sed in crimine hæresis, videtur esse speciale quòd iudices sæculares, quibus ab Inquisitoribus hæretici traditi sunt, eos pœna ignis debent punire: quanquàm de illa causa nunquàm cognouerunt. c. ut inquisitionibus.§.prohibemus vbi.gl.docentes.de hære.lib.6.ex quo tex.Perus.& alij notant, quòd iudex sæcularis requisitus ab inquisitoribus super executione

sententiæ

2 ſententiæ latæ contra hæreticos † tenetur non ſolum ſententiam exequi, & huic ſententæ ſtare, neq; poteſt proceſſum petere, uel impugnare, uel de cauſa de nouo cognoſcere, an iuſte uel iniuſte hæreticus ſit condẽnatus: idem tenet Bal. in auth. clericus, in fi. C. de epiſ. & cleri. Ange. in l. diuus. nu. 2. ff. de cuſto. reorum. & in l. 1. C. de exhiben. reis. Sali. in l. ea quidem. nu. 19. C. de accuſa. Anchara. in c. 1. vbi Abb. nu. 12. de offi. ord. ꝙ veriſſimum de iure eſſe putat Iaſ. in l. magiſtratibus, num. 10. ff. de iuriſd. omnium iudi. Pala. Rub. in rep. cap. per veſtras. par. 2. §. 1. numero. 22. fol. 81. colum. 3. de dona. inter vir. & vxo. Gundiſſal. de Villa. de hæret. q. 19. nu. 6. & Aegidius Boſſius in practi. crimi. tit. de foro cõpeten. nu. 160. cum ſequen. & in tit. de hære. nu. 10. Lud. Carre. de hære. §. circa. nu. 9. hanc tandem dicit eſſe cõmunem opinionem. Iacob. Septi. in Inſtitu. catho. c. 36.
3 nu. 3. niſi in caſibus ab eo ibi exceptis † contra Bar. contrarium tenentem, in d. l. diuus. nu. 3. & in l. non dubiũ. ff. de cuſt. reorum. & in l. magiſtratibus. nu. 5. ff. de iuriſ. omnium iud. quem ibi Paul. Caſtren. ſequitur: & licet Ant. de Butrio in c. 1. de offic. ordi. dicat quòd communiter legiſtæ tenent opinionem Bar. tamen magis communiter Bart. in hoc reprehenditur ab omnibus retro citatis: & meritò quidem, quia contra eum eſt caſus ex
4 preſſus in d. §. prohibemes: ubi de crimine † hæreſis tãquam merè eccleſiaſtico nullo modo directè vel indirectè poterit iudex ſæcularis agnoſcere: & facit. ca. tuam. de ordi. cogni. c. cauſam. in primo., c. lator. qui filij ſunt legi. l. 56. in fi. & l. 58. tit. 6. par. 1. l. 2. tit. 26. pag. 7. quòd hæreticus accuſari & condemnari debet coram epiſcopo uel eius vicario, & nõ corã iudicib. ſæcularib. Præterea in hac executione iuſtitiæ facta contra hæreticos,

iudex

iudex secularis inferior est ecclesiastico. c. princeps. c. administratores.43.q.5.& inferior debet tantum exequi & obedire,& non de causa cognoscere. c. inferior sedes.21.dist.c.cum inferior.de maio. & obedien. sed
5 non inficior, quòd si quispiam damnatus † ad mortem dicit aliquid hæreticum, vt eo prætextu mors differatur, si talis antea de hæresi non erat suspectus, remittendus non est ad inquisitores, vt affirmat Iacob. Sept. in Institu. catho.c.36.in prin. quia talis dolus uel fraus ei patrocinari non debent.l.in fraudem.ff.de iure fis.c.ex tenore.de rescrip.ca. officij.de testa. sed uidetur quòd opinio Bart. suprapofita, & sequatium aliquo modo iuuari potest, quia antiquitus hæreticorum punitio ad principes sæculares pertinebat, ut in Deuteronomio. cap.7. ubi mandatum fuit populo Israelitico, ut aras hæreticorũ subuerteret, habet in c.si audieris.23.q.3. & Iosias ossa hæreticorum comburi fecit, ut in d.Deuteronomi.c.23.& legitur in 4.libro Regum.c.10.de illo rege Iehu, qui occidit sacerdotes colentes Baal: ex quibus uidetur deduci, sæculares iudices esse competentes iudices circa hæreticorum punitionem: & expressè cautum est in l.quicunque. C. de hære. pręsertim, quòd quando huiusmodi traditio fit ab inquisito
6 ribus, ipsi pro hæretico † efficaciter apud iudicem sæcularem intercedant, ne potestas sæcularis talem hæreticũ pœna sanguinis puniat, ne inquisitores uideantur sanguinis effusioni consentire.c. nouimus. ibi, pro eo debet ecclesia efficaciter intercedere.de verb.sig.c. reum.17.q.4.& ita uidetur, quod iudex sæcularis poterit de meritis causę cognoscere:& opinio Bart.sustineri, quam nititur defendere Dec.in d.l.magistratibus num.12.sed in hoc Bart. à nullo defendi meretur: sed

propter

propter seditionem & perturbationem in suo regno rex contra hæreticos poterit procedere,& à regno suo eijcere. Abb.in c.cum terra.de electio.quem ad hoc allegat Aegidius Bossius in practi. crimi. titul. de hæret. num.13.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus uolens exequi contra laycum, brachij sæcularis auxilium implorare debet.*

2 *Iudex ecclesiasticus potest laycos carcerare, & executionem in bonis eorum facere.*

3 *Iudices ecclesiastici in crimine hæresis de iure possunt carcos capere, & in compedibus ponere.*

SINGVLARE CVIII.

1 IVdex † ecclesiasticus siue delegatus, seu ordinarius, cognoscens de aliqua causa ciuili uel criminali laicorum, cuius cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertinet, non poterit laicos carcerare,neq; suam sentẽtiam ciuilem uel criminalẽ propria authoritate exequi, sed iudicis sæcularis auxilium inuocare & implorrre debet c.1.c.quoniam,de offic.ordi.ubi tex.in d.c.1.disponit,ꝙ episcopi habent liberam potestatem adulteria & scelera inquirendi & iudicandi : & cum opus fuerit publicum inuocent auxilium.Datur ergo facultas iudici ecclesiastico,ut possit aliquando contra laicos cognoscere, & vti mucrone spirituali, & inuocare auxilium brachij sæcularis, quoad capturam & executionem faciendam:idem probat.c.cum episcopus,de offi.ord.lib.6.c. dilecto de sen.excom.lib.6.c.postulasti de homi.c.2.de maledi.c.ut offic um.§.compescendi,per argumentum a speciali,de hære.lib.6.l.episcopale.C. de epis. & cleri. tenuit Oldra.cons.86.incip.quęritur.Ioan.And. in d.c. cum episcopus,& in Spe.tit. de offi.ordi. post prin.Anchara.

chara.in reg. ea quæ. q. 11. de regu. iur.lib.6.ubi hanc dicit esse communem opinionem: & d. c. cum episcopus, est decisio Capellæ Tholo. 378.inci.item fuit quęsitum. Rom.sing.703.incip.tu scis notanda. l. regia.7.ti. 3.ordi. Et in petitione facta in curijs Toletanis in fine, anno. 1525. & in curijs de Madrid. 2. in ordine.anno. 1534.optimè Pala.Rub.in cap.per vestras, parte. 2.§.1. num. 18.cum seq.fol.81.colum.2.de dona.inter uirum & vxorē.latè Couarru. ubi concordat & declarat hanc communem opinionem in quæstionibus practi. c. 10. nu. 2. cum sequentibus: contrariam uerò opinionem,
2 quòd iudex † ecclesiasticus poterit laicos carcerare, & executionem in bonis eorum facere, tenuit Anania.in rub.de sorti.& in c.qualiter,in 2.§.ad corrigendos, de accusa.Feli.ponderando aliqua iura in d.ca.cum sit generale.nu.20.de foro compe. Domi. & Francus in d.c. cum episcopus:& hæc vltima opinio in Hispania in omnibus fere episcopatibus est de vsu & cōsuetudine præscripta, quæ seruanda est, ut dicit Bal.in c.significasti.de offi.ordi.Pala.rub. & Couarru.affirmant in locis modò citatis, sed non est de iure, sed tantum de cōsuetudine:
3 sed de iure in crimine hæresis est, † quòd iudices ecclesiastici possunt laicos pro crimine hæresis capere, & in compedibus ponere.c.excommunicamus.in 2.in fi.de hæret.c.ut commissi.eod.tit.lib.6.cle. 1.§.1.eod.tit.l.2. tit.26.par.7.Domi.in c.cum episcopus.de offi. ord.lib. 6.Franciscus Squillacen.de fide catho.c.27. in prin.Oldra.cons.86.optimè Couarru.in quæstio. practi. c. 10. nu.2.& Ludo.Carrerius de hæret. §. versa autem vice, in princip.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest iudicem coęqualem delinquentem punire.*

2 *Par*

2 *Par in parem non habet imperium. Fallit ut nu. 4.*
3 *Archiepiſcopus delinquens in diœceſi epiſcopi non poteſt ab epiſcopo puniri.*
5 *Epiſcopus quando poſſit inquiſitorem de hæreſi punire.*

SINGVLARE CIX.

1 IVdices † ſi ſunt duo uel plures habentes æqualem iuriſdictionem circa cognitionem alicuius delicti, ſi vnus ex eis deliquit, alter uel reliqui coniudicem delinquentem non poſſunt punire. Bar. & Bal. in l. fin. nu. 3. ff. de rerum diuiſio. Idem Bart. in l. inter tutores. ff. de adminiſtra. tuto. Bal. in l. cætera. §. ſi duobus. ff. de lega. 1. & in c. imperium. §. præterea. de prohi. feu. alie. Paul. Caſtr. in l. eſt receptum. ff. de iuriſd. omnium iudi. contra Ang. ibi. Abb. in c. prudentiam, ubi Feli. nu. 4. hanc dicit eſſe communem opinionem. de offic. delega. quia
2 par † in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. ubi ſi prætor fuit inſtitutus & rogatus hæreditatem reſtituere, non per prętorem, vel conſul per conſulem æqualem iuriſdictionem habentē poteſt compelli adire & reſtituere. l. nam magiſtratus. ff. de recept. arbi. ubi magiſtratus ſuperiorem uel ęqualem in officio cogere non poterit adimplere arbitramē tum quod ſpontè ſuſcepit. l. præcipimus. §. pen. C. de appella. cap. innotuit, ubi glo. in uerb. paren. de electio. gloſ. in verb. mandatum. cap. ſtuduiſti. de offic. lega. glo. in parte arguendus. in d. c. prudentiam. gl. in prohe. decreta. in uerb. reſecatis. declarat Bar. in l. omnes populi. num. 22. ff. de iuriſd. omnium iudi. vnde ſing. dicebat Calde. in c. 1. de rapto. quòd etiam ſi Archiepiſcopus
3 † delinquat in territorio ſui diœceſi ſui epiſcopi, nō efficitur ſubditus epiſcopi, neq; per epiſcopū pōt puniri. Sequitur Abb. in c. cū inferior. de maio. & obedi. Fel. in

d. cap.

d.c.prudentiam,nu. 5. veruntamen ſi Inquiſitor hæreticæ prauitatis in aliquam hæreſis ſpeciem incurrat,epi
4 ſcopus † poterit contra talem procedere & eum punire, licet Inquiſitor habeat æqualem iuriſdictionem in cognitione huius criminis cum epiſcopo. c.per hoc.de hære.lib.6.cle.1.eod.tit. Ita in ſpecie tenuit Gundiſ. de Villa.de hære.q.7.nu.17.ratio eſt ſecundum eum,quia propter hoc delictum amittitur iuriſdictio ipſo iure. Fateor tamen,quòd Lupus,& Domi.in c.Inquiſitores, de hære.lib.6. tenent contrarium : mihi tamen in hoc
5 videtur diſtinguendum, † quòd ſi delictum hæreſis qđ Inquiſitor commiſit eſt publicũ,quòd in hoc caſu epiſcopus poſſit Inquiſitorem punire.arg.tex.in c.quoniã, de filijs præsby.cle.paſtoralis.§. notorium. de ſentẽ.& re iud.l.2.C.de ſtatu.& imagi. & hoc eſt ex mente Dominici,vbi ſupra : ac ſing. id affirmat Alphonſus Aluarez Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ,eo.tit. de hæreti.num.9.Sed ſi delictum eſt occultum,occulta fiat Inquiſitio,& per Epiſcopum ad Romanum Pontificem,uel Inquiſitorem generalem mittatur:arg.tex.in l.in offerendis.C.de appella.l.duo.ff.de re iudi.Bart.in l.fin.nu.3.ff.de rerum diui.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio (an ſua ſit iuriſdictio) pertinet ad eum iudicem, contra quem opponitur.*

2 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis non poſſunt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio.*

SINGVLARE CX.

1 IVdex † ſiue ſit ordinarius,ſiue delegatus,cognoſcit, an ſua ſit iuriſdictio : etiam ſi opponatur omnimodus defectus iuriſdictionis.l.2.ff. ſi quis in ius voca. nõ ierit.

ierit.l.si quis ex aliena. ibi,prætoris enim est existimare,an sua sit iurisdictio. ff. de iudi.l.præscriptionem.C. si contra ius,uel vtili.publi.c.ex parte decani, vbi Abb. nu.3.& c.super literis.de rescrip. neq; ob id in propria causa dicitur iudicare,cum iudicare sit onus:& nullum commodum, uel incommodum causæ ad iudicem prin
2 cipaliter pertineat,sed Inquisitores.† hæreticæ prauitatis non possunt cognoscere an sua sit iurisdictio,ut voluit gl.no.in c.accusatus.§.sanè.de hæret.lib.6. Et idem tenent ibi Archi.Io.And.& Domi.Io. Nicol.de hæret. not.3.incip.hoc quoque : & Franciscus Squillacen.de fide catho.c.56.in prin.Felin.in c.si clericus laicum.nu. 4.de foro compe.& in c.super literis.nu.32. de rescrip. & ibidem nu.18.cum seq. regulam cum tribus amplia. & 14.fallen.scripsit.8.fallen.similiter refert Ang. in d.l. 2.ff.si quis in ius voca.& Io.Berna.Diaz,in reg.369.incip.iudex etiam delegatus.

SVMMARIVM.

1 *Iudices omnes priusquam ad officium recipiantur quid iurare debeant.*

2 *Officiales iurantes in die feriato seruare iura & statuta, non tenentur, ut possunt contrauenire.*

SINGVLARE CXI.

1 IVdices, † rectores,seu consules, seu potestates, uel quicunq; alij qui iudicandi officijs funguntur,prius quàm ad officium recipiantur, debent publicè iurare, quòd omnes damnatos de hæresi per ecclesiam pro viribus suis de terris suæ iurisdictionis extirpare studeāt: alioqui si tale iuramentum non præstiterint,eorum sentētiæ irritæ sunt,& inanes:hoc probāt auth. statuimus. C.de epis.audien.ubi Bar.inquit, quòd forma illius iu-

ramenti

ramenti non seruatur de consuetudine, sed cum dispositio illius authenticæ fauore fidei, & in odium hæreticorum facta sit, meritò debet seruari: circa hoc omit-
2 tendum non est, quòd iudices † & alij gubernatores qui in limine sui officij, ut moris est, iurant in die feriato seruare iura, & statuta, atque priuilegia ciuitatis, iuramento non poterunt contrauenire. Ita dixit Lanfra. de Oriano in repe. c. quoniam contra. col. 9. de proba, quem ad hoc refert, & pro sing. sequitur Hyppo. sing. 624. incip. aduerte quæso. pro dicto est cap. 1. de ferijs, vbi iuramentum præstitum die feriato non valet. gl. in l. 2. tit. 24. par. 1. sed in casu nostro, ut ex tenore. d. ca. 1. colligitur, arbitror oppositum esse, ibi, nisi pro pace, & tex. in c. significasti. ibi, pro fide & obediētia, &c. de electio. & ita ex prædictis duo specialia deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iudices licitè xenia, esculentum, & poculentum accipiunt.*
2 *Pro re modica animus iudicantis non mouetur.*
3 *Inquisitores sunt prohibiti xenia, esculenta, uel poculenta accipere.*
4 *Quibus modis humanum iudicium peruertatur.*
5 *Quales esse debent boni, ac recti iudices.*
6 *Qui excutit manus suas ab omni munere, in excelsis habitabit.*
7 *Xenia & dona, excæcant oculos iudicum.*
8 *Optimus modus probandi contra iudicem uenalem.*
9 *Probatio minus legitima quo casu habeatur pro plena probatione.*
10 *Præsumptio semper est pro iudice.*

SINGVLARE CXII.

1 IVdices xenia, † esculentum, & poculentum, quod intra proximos dies consumi solet, citra aliquam pœnam possunt accipere. l. solet. in fi. ff. de offi. procon. & lega. l. plebiscito. ff. de offi. præsid. c. statutū. §. insuper. de

de rescrip. lib. 6. ca. si quæstiones. in fine. de simo. quia non est uerisimile quòd propter hæc modica mouea-
2 tur animus iudicantis, † prout dicitur in d. c. si quæstiones, in fine. l. si oleum. §. si. cum lege sequenti. ff. de dolo. ideo his uerbis, inquit Vulpianus in d. l. solet. ualde inhumanum est à nemine aliquid accipere, sed passim, & ab omnibus accipere vilissimum est, & per omnia auarissimum: sed cum ab omni specie mali præcipiat Apostolus abstinere, vt in prima epistola ad Thessaloni. cap. 5. habetur in c. cum ab omni. de vita & honest.
3 cleri. Ideò Inquisitores sunt prohibiti † munera, seu xenia, esculenta, vel poculenta accipere sub pœna dupli, & priuationis officij, & excommunicationis. Clc. 2. de hæret. & vltrà hoc mulctantur in decem millibus nummis, etiam si ab officialibus suis quicquam acceperint. eãdemque pœnam patitur qui officialibus hoc non reuelauerit, ut in 1. instructione Hispalensi. ca. 25. & in 4. instructione Toletana. c. 15. & de iure regio iudex à litigantibus esculentum & poculentum non potest accipere. l. 6. tit. 4. p. 3. & clarius l. 7. tit. 15. lib. 2. ord. sub pœna ibi posita. Nam ut affirmat diuus Gregorius quatuor modis humanum iudicium peruertitur † ti-
4 more, odio, amore, & auaritia. c. quatuor modis. 11. q. 3. l. 6. tit. 4. p. 3. Ideò Deus Moysi præcepit, ut in Exodo habetur. c. 18. vt eligeret in iudices † ex omni plebe
5 viros prudentes, & timentes Deum, in quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiã: unde exclamat Isaias. c. 33.
6 Qui excutit † manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. c. qui rectè. 11. q. 3. c. sicut nonnulli. 1. q. 1. & Isaias. c. 5. inquit, Væ qui iudicatis impium pro muneribus. Et habetur in lib. 1. Regum. c. 8. Acceperunt munera, & peruerterunt iudicium. Et in Exodo. c. 23.

ſcriptum eſt. Munera excęcant etiam prudentes,& ſub uertunt verba iuſtorum. Et in Eccleſiaſti. cap. 20. Xe-
7 nia † & dona excęcant oculos iudicum. Dicitur in c. nihil. 83. diſt.& c. bene quidem. 96. diſ. Mens cupiditati alligata, citò deuiat a vero: cum auaritia ſit radix omnium malorum. c. quia radix. de pęnit. d. c. bonorũ. 47. d. l. 1. tit. 2. lib. 8. ordi. & auaritia eſt idolorum ſeruitus. c. auaritiæ. de præb. vnde ver. Vertitur in vitiũ ſemper damnata cupido, quem refert Bald. in auth. ſi qua mulier. num. 8. C. de ſacroſanct. Eccle.& nihil eſt iniquius, quàm amare pecuniam. Eccleſiaſt. c. 10.& ibidem. c. 8. Multos enim perdidit aurum & argẽtum. Vnde Ouidius: Munera (crede mihi) placant homineſq; deoſq;: placatur donis Iupiter ipſe datis. Et Prouerbium perantiquum eſt, Muneribus dij capiuntur, neq; iudici licet pro breuiori expeditione iuſtitiæ pecuniam recipere. gl. in l. 2. §. fi. ff. de condi. ob turp. cau. quam dicunt eſſe ſing. Bar.& Bal.& Sali. ibi per tex. in authen. nouo iure. C. de pœna iudi. qui male iudi. & per c. qui recte iudicat, 11. q. 3. & dans pecuniam iudici perdit pecuniam & cauſam,& aduerſę parti applicatur. l. 3. §. illud. ff. de cond. ob turp. cau. Abb. in c. cum ab omni ſpecie, de vita & honeſ. cleri. Nicola. Boërius, deciſione. 153. incipien. certum eſt, vbi examinat qua pœna iudex in hoc caſu puuiendus eſt: & circa hoc ſingulare neuti-
8 quam omittendum eſt: ꝙ contra iudicem † qui venalem protulit ſen tentiam eſt legitima probatio, ſi ſunt aliqui affirmant es ſe dediſſe pecuniam iudici: etiam ſi de turpitudine ſua deponant. Hoc annuit gl. & ibi expreſſius Ang. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. oportet. col. 2. quam ad hoc allegat Hyppo. in l. lex Cornelia. nu. 3. ff. de ſicarijs.& in cõſ. 61. incip. poſt reditum.

ditum.nu.33.& in sing. 112. incip. in ore duorum. in fine, quòd est summè notandum, q de iure Regio satis expressè cautum est, ut in l.8.tit.15.lib.2.ordi.dummodo sint tres, vel plures qui hoc affirment, & nullus ex hoc commodum consequatur, quia est actus diffi-
9 cilis probationis: ideo minus legitimè probatio † habetur pro plena probatione.l. si vicinis. C. de nuptijs. Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prętori.ff.de noui ope. Bal.in l.quicunq;.nu.24.C.de seruis fugiti.Ias. in l.cum ea.nu.5.C.de transa.& in l.si quis ex argentarijs.§.prætor ait.nu.20.ff.de edendo.Petrus Gerar.sing. 8. latè Hyppo.in rub.C.de proba.nu.8.sed supradicta intelligit Aegidius Bossius in practica criminali,tit.de officialibus corruptis pecunia.nu.14.quando ciuiliter agitur contra iudicem: secus quando criminaliter, si nō sunt aliæ præsumptiones contra eum, per regulam vulgatā.
10 l.sciāt cuncti.C.de proba.cum pro iudice semper † præsumatur.l.2.C.de offi. ciuilium iudi. ibi, quòd si iudex (quod non arbitramur) minus audire maluerit,&c.ca. quoniā cōtra.de probatio. c.in præsentia.de renūciati.

SVMMARIVM.

1 *Processus in ecclesia factus est nullus.*
2 *Causa hæresis in ecclesia potest agitari.*

SINGVLARE CXIII.

1 IVdicia † non sunt in Ecclesia Dei agitanda, vnde sententia & processus in Ecclesia factus est nullus, c.1.de immuni.ecclesia.c. 2.§.fi.eo.tit.lib. 6. ubi gl. in parte, processus dubitat de contractu facto in ecclesia, an sit validus, quia Ecclesia est locus orationis, & non iudiciorum.c.cum Ecclesia Dei, de immun. Ecclesia.c.
2 accusatio.2.q.7.sed causa hæresis † in Ecclęsia potest agitari.c.conuenior, ver.causam fidei.23.q.8.c.præce-

ptum.2.q.2.Arch.in c.ut inquisitionis.de hære. lib.6. & an idem sit in alijs iudicijs ecclesiasticis, vide. c.qua fronte.de appella.c.conuenior.23.q.8.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata expirat morte mandantis.*
2 *Auctoris iure extincto, extinguitur ius successoris.*
3 *Officium inquisitorum hæresis non expirat morte concedentis, re etiam integra, & quo ad negotia non cepta, uel de nouo exorta.*
3 *Inquisitores hæresis non sunt iudices ordinarij, sed delegati Romani Pontificis.*

SINGVLARE CXIIII.

1 IVrisdictio † delegata expirat morte mandantis.l.& quia.ff.de iuris.omnium iudi.l.mandatum.C. manda.c.licet vndiq;.c.gratum.ca.rela tum, de offi. delega. l.21.tit.4.p.3.ratio est secundum Abb.in d.c.relatum. nu.6.quia per actum delegationis non transfertur efficaciter iurisdictio in delegatum, inde est, q̄ ille qui in totum subdelegauit, re integra potest commissionem reuocare.c.quamuis.de offi.delega. lib.6.l.21. tit.4. p. 3.itaq; cum iurisdictio re integra sit penes delegantẽ, per mortem ipsius extinguitur sua iurisdictio, l.4.ff.locati.auth.de nuptijs.§.deinceps.col.4. & sic per consequẽs extinguitur potestas delegata: nam extincto iure
2 † auctoris extinguitur per consequens ius successoris. l. lex vectigali. ff. de pigno. l.is qui. ff. quemadmodum serui.ami. Sed quando res desinit esse integra aliter est: quia per exercitium iurisdictionis ante mortem delegantis, iurisdictio radicatur in persona delegati. Ideo morte delegantis non extinguitur iurisdictio, optima quidem & concludens est ratio: sed fauore
3 fidei officium † inquisitorum hæreticæ prauitatis per mortem concedentis non expirat, re etiam integra, &

quoad

quoad negotia non cepta vel de nouo exorta. cap. ne aliqui.de hæret.lib.6.Io.Nicola.de hære.not.4.num.2. Abb in d.cap.relatum.nume. 7. Decius in cap.causam matrimonij.num.10.de offic.delega. vbi dat plures intellectus,ad d.cap.ne aliqui. & Iacob. Septi.in Institu. catho.cap.34.num.7.Ludo.Carrerius in tracta.de hære.§ versa autem vice.nu.12.Paul.& Alex.in d.l.& quia. vbi Ias.num.5.regulam cum.4.amplia. & 7.fallen.scripsit:& Decius in l.eius qui in prouincia. §.placet.num. 3.cum sequen.ff.si cert.petatur.Hyppol. sing.44.incip.
4 mandatum:nam Inquisitores † hæreticæ prauitatis nō sunt iudices ordinarij, sed delegati Romani Pontificis. cap.per hoc.cap.ut officium,in princip. de hæret.lib.6. glos.sing.in parte,ipsorum.in cle.nolentes.dehæret.Io. Andre. Perus. & magis communiter omnes in cap. ne aliqui.contra Archi.ibi.de hære.lib.6.Abb.in cap.causam matrimonij.num.7.de offic. deleg. & in cap.cum.I. & A.num.9.& in cap. fin. num. 19.de re iudi.& in cap. causam restitutionis.in princ. de in integ. restit.Decius consil. 137. & diligenter. nu.3.in fine,& in Directorio Inquisitorum.q.4.par.3. hanc dicit communem Alcia. in rub.de offic.ordi.num.19.Iacob. Septi. in Institu.catho.c.34.nu. 6. & morte delegantis eorum iurisdictio, vt dictum est,non extinguitur.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata alicui commißa non extenditur ad negotia nō cepta uel de nouo exorta.*

2 *Delegatio à Rom.Pont.Inquisitoribus commissa,ad negotia non cepta,uel de nouo exorta extenditur,licet de hoc in commissione nō fiat expressa mentio.*

SINGVLARE CXV.

1 IVrisdictio † delegata alicui commissa non extenditur ad negotia non cepta, uel de nouo exorta. c. fin. de rescrip. c. licet. c. gratum. de offi. delega. cle. fin. de rescrip. l. de his. ff. de recep. arbi. Sed delegatio à Romano Pontifice Inquisitoribus † commissa ad negotia nō
2 cepta uel de nouo exorta, licet expresse in commissione de hoc non fiat mentio, extenditur. c. ne aliqui. vbi glo. Io. And. Archi. & alij de hæreti. lib. 6. Iaco. Septi. latè in Institn. catho. c. 34. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Quando defertur iuramentum in defectum probationis.*
2 *Quis testis dicatur omni exceptione maior.*
3 *Articulanda & probanda est qualitas in testibus.*
4 *Hæretico uel infideli, uel personæ infami non defertur iuramentum in defectum probationis.*
5 *Nonnullis personis hoc iuramentum non defertur.*
6 *Post conclusionem in causa hoc iuramentum defertur.*

SINGVLARE CXVI.

1 IVramentum † in defectum probationis defertur habenti semiplenam probationem uel unum testem. l. in bonæ fidei, ubi gl. & doct. C. de iureiur. gl. Bar. & repetentes in l. admonendi. ff. de iureiuran. c. fin. §. fi. eod. tit. gl. in c. ex insinuatione. de procu. l. 2. tit. 11. par. 3. quę lex regia hoc intelligit in causa tantum decem dipondiorum: & est similiter hæc regula intelligenda, quando talis semiplena probatio probat verè, uel necessario & non quando probat præsumptiue, uel est elisa aliqua præsumptione: uel alia semiplena probatione in contrarium: nam in his casibus non defertur iuramentum in supplementum probationis. Ita Bal. in l. 1. num. 5. C.

qui

qui & aduersus quos. Rom. consil. 91. incip. visis, in fin. Hyppol. sing. 83. incip. in ore vulgi, in fi, & dictam quoque regulam intelligunt Bald. & Angel. in d. l. admonendi, quos ibi Ias. in rep. sequitur. nu. 178. dicens esse communem opinionem, & Alb. sequitur in c. 2. num. 11. de arbi. Hyppo. sing. 197. incip. quoad hoc, quando ille solus testis est omni exceptione maior: & dicitur testis
2 † omni exceptione maior, cui nulla exceptio nullaque macula opponi potest. gl. est sing. & vulgata in verb. maiores, in c. 1. de consan. & affi. quam dixit sing. Abb. in c. at si clerici. num. 32. de iudi. Alex. cons. 70. incip. viso cons. nu. 12. volum. 2. Ias. in d. l. admonendi. num. 178. Pala. Rub. in allegatidne hæresis. §. 13. in prin. glos. est similis in §. item uerborum. in parte idoneos. de inuti. stipu. & in hoc casu & alijs, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores, requiritur quod illa qua-
3 litas † articuletur & probetur. Bart. sing. in l. 1. §. si quis neget, in fin. ff. quemadmodum testa. aperiant. dicens quòd sit cautus bonus aduocatus ut faciat probationem de fidelitate testium: bene Dec. in ca. 1. num. 20. de appella. quod est in practica notandum. Sed speciale
4 † est in odium hæreticorum: quòd si aliquis hæreticus uel iudæus, uel infidelis, uel vsutarius, uel alia vilis, seu persona infamis habeat unicum testem, omni exceptione maiorem, huic non defertur iuramentum in defectum probationis. Ita sing. dicit Bald. in l. qui accusare. num. 2. C. de edendo, post Cinum in d. l. in bonæ fidei. q. 8. Barto. Roma. & Alex. in d. l. admonendi. in fine, quos ibi Ias. in repe. num. 29. sequitur. Abb. in cap. fi. §. fin. de iureiuran. Ioan. Nicola. de hæret. nota. 47. incip. memoriam. Hyppo. sing. 41. incip. iudæus. ratio est, quia hæreticus à testimonio in aliena causa repellitur.

l.quia multi,in fine.C.de hære.cap. si hæreticus.2.q.7. glo.& doct.in c.1.de testi.à fortiori ergo in causa propria,quia non potest erga homines esse fidelis, qui extitit infidelis erga Deum.c.nõ potest. 2.q.7.& generaliter inquit Ias.in loco modo citato, quòd personæ quę à iure à testimonio repelluntur, eis hoc iuramentum
5 † in defectum probationis non defertur:& vltra Ias.& Moder.in d.l.admonendi. qui satis vberrimè loquuntur:bene Alex.cons.66.viso processu. volum. 1.Decius consi.37.in casu requisito.Hyppol. sing. 322.incip.iuramentum.& in rep.rub.C.de proba.num. 326.& in l. maritus.num.7.& 13.& in l.1.§.fin.nu.43.ff.de quæst. & in practi.cri.§.sequens num.48.ubi concludit, quòd etiam post conclusionem in causa hoc iuramentum
6 † in defectum probationis potest deferri: ut ipse aliàs in causa Ioannis de la.Torre in practi. habui. & regulam,& 80.fallen. scripsit in hoc Soc.in reg. 252.incip. iuramentum in probationis supplementum: quarum vna est,quòd in criminalibus non defertur hoc iuramẽtum in supplementum probationis. notant Bart.& doctores in l.admonendi. de iureiur. glos. & doctores in c.mulieri.de iureiuran.Plenè Aegidius Bossius in prac. crimi.titu.de conuictis.nu.5. Melius Nicolaus Boerius decisione.85.& 86.incip.& glosæ sunt uariæ.per totam decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus acquiritur ex constructione ecclesiæ facta consensu Episcopi.*
2 *Onus, honor, & utilitas proueniunt ex iure patronatus.*
3 *Hæreticus nullum ius patronatus acquirit.*
4 *Ius patronatus catholici de hæresi condemnati remanet penes ecclesiam.*

SIN-

SINGVLARE CXVII.

1 IVS patronatus † acquiritur ex constructione eccle
siæ,facta de consensu episcopi.c.piæ mentis.c.filijs,
vel nepotibus. 16.quæst.7.cap.quoniam. cap.nobis.de
iure patro.l.1.titul.15.par.1.l.1.in fin. tit. 6.lib. 1.ordi.
2 tria enim ex iure patronatus † proueniunt: videlicet,
onus,honor, & vtilitas : honorē consequitur patronus
in presentando cap. si uerò.cap.cum autem,de iure pa-
tro.l.5.in princip.titul. 15.par.1. & quia primus in pro-
cessione progreditur,& in ecclesia in altiori loco sedet.
cap.frigentius,& cap.piæ mentis. 16.q.7. habet onus in
defendendo ecclesiam & eius bona.cap.præterea,in 2.
de iure petro.& in d.cap.filijs uel nepotibus.l.3. tit.15.
par.prima:& hanc habet vtilitatem patronus, quòd si
ad inopiam uergit, prouidebit ei ecclesia omnia neces-
saria.cap.quicunque.16.q.7.l. si quis à liberis.§.paren-
tes,& §.pen.ff.de lib.agnos.l.2.titul.15.par.1. Sed pecu-
3 liare est, quòd hæreticus † ex fundatione alicuius eccle
siæ,uel donatione,uel successione, uel alia quauis causa
nullum ius patronatus in ea acquirit. Ita Paulus de Ci-
tadi. de iure patro. prope finem:& melius Cæsar Lan-
bertinus.lib.1.de iure patro. parte. 1. quæst. 1.artic.7.
Ludo.Carrerius.de hæret.§. nunc de pœnis. num. 22.
& Iacobus Septi. in Institu. catho. cap.45.nume.19.&
4 catholicus† qui habebat ius patronatus ecclesiasticum
si sit condemnatus de hæresi,uel crimine læsæ maiesta-
tis, ius patronatus remanet penes ecclesiam: & ita re-
manet libera ecclesia.Ioan. And. in cap.uergentis.col.
1.de hære. Alphonsus Guerrero in thesauro religionis
Christianæ.tit.de hæret.num.23.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Laici non admittuntur ad testimonium contra clericos in criminalibus. Fallit in crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maiestatis. nu. 2. & in alio casu. nu. 4.*

3 *Laicorum testimonia contra clericos faciunt indicium ad torturã.*

SINGVLARE CXVIII.

1 LAICI contra † clericos ad testimonium nõ admittuntur quando criminaliter agitur. ca. de cætero. c. veniens. in 1. de testi. c. cum p. manconella. de accusa. c. 1. & 2. 2. q. 7. ca. Beatus. 6. q. 1. cap. 2. 11. q. 1. quia laici ualde infesti & odiosi sunt clericis. c. laicos. c. laici. 2. q. 7. cap. clericis, de immun. ecclesia, lib. 6. ideo statuit Fabianus Papa in c. collegerunt. 2. q. 7. quòd illi qui clericus non est, vel propter aliquem defectum clericus esse non potest, nõ est in criminalibus idoneus testis aduersus clericũ, per
* illum tex. hanc dixerunt esse communem opinionem Fel. & Dec. in c. j. de excep. Hyp. in practi. crimi. §. nunc videndum. nu. 52. quod intelligit esse verũ Couarru. in q. pract. c. 18. nu. 2. quando in illo est defectus animi, & non corporis: sed in crimine hæresis, symo. læsæ ma-
2 iest. speciale est quòd laici † aduersus cleri. ad testimonium admittuntur: de crimi. hæresis. c. oues. c. sacerdotes. in fine. 2. q. 7. gl. sing. in summa. 2. q. 7. gl. ubi plene docentes in d. c. cum. p. manconella. ubi prædictos casus & alios refert: & Hyppo. in sing. 98. incip. laicus contra clericum. & Soc. in reg. 500. incip. testes laici. Et no
3 tandum est, quòd testimonia † laicorum contra clericos faciunt inditium ad torturam. Abb. & Fel. in d. c. de cętero. & Hyppo. in pract. crimi. §. diligenter. num. 132. & nu. 81. refert casus in quibus clericus de delicto

potest

poteſt conuinci per teſtes laicos, & dicit Alb.in d.ca. de cætero,in prin.quem ſequitur Hyppo.in l.de mino
4 re.nu.26.ff.de quæſtio.quòd ſi clericus † commiſit delictum in loco in quo non erat copia clericorum,ꝙ poteſt conuinci per teſtes laicos : quia in defectum aliorum teſtes minus idonei admittuntur.l.cõſenſu. C. de re pu.c.veniens.in 2.de teſti.c.fi.de teſti.cogen.

SVMMARIVM.

1 *Laici poſſunt per iudices eccleſiaſticos prohiberi propter crimen hæreſis, vt officia ſecularia obtinere non valeant.*

2 *Capax qui non eſt ad officia publica obtinenda uel obtenta, intelligitur paſſiue, non tamen actiue.*

3 *Iudex eccleſiaſticus regulariter non debet ſe immiſcere rebus temporalibus inter laicos.*

SINGVLARE CXIX.

1 LAici †poſſunt per iudices eccleſiaſticos prohiberi, propter crimen hæreſis,ut officia ſæcularia obtinere non valeant,veluti vt non ſint iudices, aduocati, tabelliones,medici, chirurgi,uel mercatores.c.2.§. hęretici autem.de hære.lib.6.ca. Felicis.§.nulli præterea de pœnis.lib.6.c.nulla officia.54.d.& in 3.inſtructione Pinciana.c.11.Sed dicit Ioan. And. in c. excommunicamus,in 1.de hære. quem ſequitur Francus in ca. 2. §.inhibemus.in fine.de hære.lib.6.quòd ſi aliquis non
2 eſt capax † ad officia publica obtenta uel obtinenda,ꝙ intelligitur paſſiue, non tamen actiue, ita quòd poſſit ad dicta officia alios eligere,licet ille eligi non poſſit: contra hoc mihi videtur eſſe tex.in cap.2.§.ad hæc. de hære.lib.6.finaliter rebus temporalibus inter laicos re
3 gulariter iudex † eccleſiaſticus ſe immiſcere nõ debet. cap.nouit.de iudi.c.cauſam quæ.in 2. qui filij ſunt legi. l.fin.

l.fi.tit.15.par.4.l.3.& 4. titu.1.lib.3.ordi.l.7.tit.3.lib.1. ordi. quia diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet. c.solitæ.de maio.& obedien.c.lator.c. causam quæ.qui filij sunt legi.c.si duobus.§.fin.de appella.

SVMMARIVM.

1 *Laicus ad accusandum uel denuntiãdum clericum non admittitur.*
2 *Commissum in religionem diuinam in omnium fertur iniuriam.*
3 *Crimen hæresis qui non accusat, grauiter peccat, quando illud probare potest.*

SINGVLARE CXX.

1 LAicus † ad accusandum vel denuntiandum clericum non admittitur.c.cum.p.manconella.de accusa.c.ex parte.de testibus.c.1.& 2.2.q.7. vnde inquit tex.in c. fi. in fine.29.d.quòd in laico accusante clericũ præsumitur malus zelus,& sinistra accusatio. c. laicos. 2.q.7.Feli.in d.c.ex parte.nu.6.de testibus:& in c.de cęterũ.eod.tit.quòd merito fallit in crimine hæresis.c.sacerdotes, in fin. 2. q.7.glos.in summa,ea.cau.& quæst. gl.magna in d.c.cum.p.manconella. tenuit Gundiss.de Villa.de hære.q.10.nu.3.Hyppol.in l. si quis ne quæst. nu.108.ff.de quæst.& Feli.in c.ex parte. nu. 10.cum sequentibus, vbi regulam & 5. fallen. scripsit, quia quod
2 in religionem diuinam committitur † in omnium fertur iniuriam. l. Manichæos. §. 1. C. de hæret. l.2.C.de aposta.& in Deũ opprobria dissimulare non debemus: quia ipse nostra deleuit.c.in nonnullis.de iudæis, & ratione publicæ vtilitatis inhabiles admittuntur ad accusationem & testimonium:quia aliàs non admitterẽtur. l.in quæstionibus.ff.ad l.Iulia. maiest. l. si quis in graui. §.utrum. ff. ad Sillania. declarat Petrus Gerar. in sing.

incip.

incip. lex si quis: & graue peccat ille qui non accusat
3 crimen † hæresis, quando illud potest probare. Caieta. 22.q.68.art.1.& in 4.d.19.Alex.de Ales in 3.par.q.42.

SVMMARIVM.

1 *Seculares tenentur in suis domibus recipere hospites & milites regios. Fallit in domesticis & familiaribus catholicæ fidei, qui ad hoc non tenentur. nu.2.*

SINGVLARE CXXI.

1 LAici † & personæ sæculares hospites & milites regios in domibus suis recipere tenentur.l.3.&l.ēt. C.de mune.patri.lib.10.l.fi.§.fin aūt.&l.& qui originē. §.munus hospitis.ff.de mun.& hono.gl.magna:& docē
2 tes in l.1.C. de episco.& cleri. sed laici † qui domestici & familiares Inquis. catholicæ fidei sunt, peculiare in hoc habent priuilegium: ut inuiti non teneantur hospites recipere: & ab hoc munere sunt similiter immunes nobiles & patricij qui filij dalgo in Hispania nuncupantur.l.fin.§.pe. ff. de mune.& hono. l.sunt munera.ff.de vaca.mune.

SVMMARIVM.

1 *Hæretico non potest legari uel donari, & legans ue l donans est excommunicatus.*

SINGVLARE CXXII.

1 LEgatū † vel donatio hęretico relinqui prohibetur: aliàs relinquēs est excōmunicatus.l.Manichæos, & l.fin. C.de hære.l.2.C.de aposta.c.si quis episcopus: ubi glos.& docentes.de hære.c.fi.§.multi enim.24.q.2. Bar.in l.cum senatus.ff.de rebus dubijs. Io.Nicol.de hęre.not.7.incip.quàm sit nephandum.l.10.tit.5.lib.3.fori.ll.l.13.tit.9.par.6.l.7.tit.7.ea.par.6.quæ lex statuit ad

quem

quem tale legatum pertineat, aliasq; personas incapaces huius relicti, refert gl. magistra in §. legari. Insti. de lega. Bar. in auth. de raptu mulie. §. 1. col. 9. Ias. in l. 1. nu. 7. ff. de lega. primo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in qualibet causa iudici offerendus est: in causis uerò hæresis necessarius non est. Fallit etiam in causis breuioribus paruæ quantitatis. nu. 2. & quid in Madrid seruetur. nu. 3.*

SINGVLARE CXXIII.

1 Libellus in qualibet causa iudici offerendus est. c. 1. de libe. obla. c. induciæ. §. offeratur. 3. q. 3. aut. offeratur. C. de litis contesta. in causis verò hæresis libellus necessarius non est. c. fi, de hære. lib. 6. iuncta cle. sæpe. de verb. signi. tenuit in specie Iaco. Septi. in Insti. catho. cap. 43. num. 19. neque in alijs causis summarijs libellus est necessarius. Feli. in cap. 1. num. 7. de libe. obla. allegando Bart. in extraua. ad reprimendum. neque in
2 causis breuioribus † paruæ quantitatis. c. si quis cũ clero. 11. q. 1. auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui. recitan. Bart. in l. mediterraneæ. C. de anno. & trib. lib. 10. glo. in d. c. 1. de libe. obla. l. 6. tit. 22. par. 3. hodie hoc declaratum est per petitionẽ. 60. de Madrid. anno. 1534.
3 quòd vsque ad 400. dipondios neque libellus † neque ordo iudiciarius necessarius est: neque aliquid in scriptis à tabellione scribi. In his uerò causis modicæ & par uę quantitatis unus testis sufficit, & est legitima probatio. Bar. in l. de minore §. tormenta, in fin. ff. de quæstio. Hyppo. sing. 433. incip. trita. l. 2. tit. 11. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Libri hæreticorum apud aliquem reperti uidentur sufficere ad plenam probationem ut quis puniatur de hæresi.*

2 *Falsa-*

2 *Falsarius præsumitur qui habet penes se falsam scripturam.*
3 *Libri rationum probant contra suos authores.*

SINGVLARE CXXIIII.

1 LIbri † hęreticorum si apud aliquem sunt reperti, tãquàm hæreticus ille hoc ipso punitur: & hoc uidetur sufficere ad plenam probationem, propter enormitatem criminis: ita fatentur Archi. Io. And. & Domi. in c. filij, vel hæredes. de hære. lib. 6. idem Archi. in c. si. 24. q. 2. Anania. in ca. episcopus. de hære. Roma. sing. 323. incip. eo ipso. Hyppol. in l. qui falsam. nu. 106. ff. de falsis. & in practi. crimi. §. diligenter. nu. 92. hoc suadetur per tex. in l. maiorem. C. de falsis, ꝙ qui habet penes se
2 falsam † scripturam præsumitur falsarius: nisi ostendat à quo tale instrumentum habuit: facit in casu simili. l. qui veluti. cum ibi notatis. C. de falsis. c. ad falsariorum. de crimi. fal. quorum doctorum opinio intelligẽda est, quando libri hæreticorum compositi fuerunt ab his, apud quos fuerunt inuenti: sicut dicimus de libris ra-
3 tionum, † qui probant contra suos authores: secus esset si essent reperti apud virum doctum, sincerũ & nullatenus de hæresi suspectum, ut pulchrè declarat Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 38. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Contestatio litis in qualibet causa est necessaria, & est fundamentum iudicij. nu. 2.*
3 *Processus super crimine hæresis agitatus non uitiatur, licet in eo litis contestatio non interueniat.*
4 *Procedi potest in enormibus lite non contestata, & parte non citata.*

SINGVLARE CXXV.

1 LItis contestatio in qualibet causa necessaria est. c. vnico. de litis contesta. c. super quæstionum. §. 1.

de

de offi.delega.c.ex parte.in 2. de verbo. signi. nam litis
2 contestatio est fundamentum iudicij. l.vnica.C.de litis
contesta. & in rubro & nigro, vt lite non contesta. l. 7.
3 titu.3.par.3.sed processus † super crimine hæresis agitatus non vitiatur,licet in eo litis contestatio nō interueniat.c.fi.de hære.lib.6.iuncta cle.sæpe.de verb.signi.
expresse.c.sanè proferatur.24.q.2.glo.prima in c. quia
frequenter.ut lite non contesta.gl.magistra.in summa.
3.q.9.quæ plures alios casus referunt. Alex. consil.70.
in causa & lite,in prin.volum.7.Ludo.Carre. de hæret.
§.versa autem vice.nu.10. Iaco. Septi. in Institu.catho.
cap.43.nu.19.vnde sing.dicit Archi. in c. 1. de homici.
lib 6.quem refert Hyppol.in practi.crimi.§.diligenter.
4 nu. 158. quòd in delictis † enormibus procedi potest
lite non contesta.& parte non citata:quod est satis notandum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus non tenetur alere uxorem suam damnatam de crimine hę resis ad perpetuos carceres.*
2 *Maritus ex debito coniugali tenetur uxorem alere.*
3 *Maritus accusans uxorem de adulterio, pendente lite tenetur eam alere,& omnes expensas litis facere.*
4 *Lite mota super re communi omnes tenentur expensas contribuere.*

SINGVLARE CXVIII.

1 MARITVS non tenetur † alere vxorem suam damnatam de crimine hęresis ad perpetuos carceres. Alex.in l.ꝙ in vxorem. ff. de nego. gestis. clarius Io. Lupus,in rub.de dona. inter vir. & vxo.§.
64.Iaco.Septi.in Institu.catho.cap.16.
2 nu.8.aliàs ex debito coniugali, maritus † tenetur vxorem suam alere.l.pro onerib. C.de iure doti. l.quæ dotis.ff.eo.tit.l.61.Tauri.tradit latè Pala.Rub.in rep. c.per

vestras.

vestras.§.1.&.2.fol.85.de dona.inter vir.& uxo. etiam
3 si mulier † sit à marito accusata de adulterio,penden-
te lite,maritus vxorem tenetur alere:& omnes expen
sas litis facere.Inno.in d.c.per vestras.Spe.tit.de inqui
sitio.§.1.Præpo.in c.ex parte.nu.11.de Sponsa. Castil-
lo.in l.81.Tauri in fin. Io. Lupus in rep. rub. de dona.
inter.virum & uxo.§.87.nu.7.& in d. c. per uestras. §.
39.fol.75.col.3.&4. ubi affirmat idem esse in eo qui
possidet rem communem,super qua aliquis litem mo-
4 uet † quod possidens, alteri debet dare expensas ne-
cessarias ad litigandum,quod est notatu dignum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus propter delictum vxoris non perdit commodum dotis, ut eo saltem uiuente dos non publicetur.*
2 *Dominium rei dotalis constante matrimonio ad maritum pertinet. & eius vsufructus.nu.3.*
4 *Pater propter delictum filij non priuatur usufructu quem in bonis abuentitijs filij habet.*
5 *Dos vxoris hæreticæ confiscatur etiam quo ad usumfructum.*

SINGVLARE CXXVII.

1 MAritus † propter delictum suæ vxoris non per-
dit vtilitatem & commodum dotis, vt eo sal-
tim viuente dos non publicetur.l.& omnes. & l. sed si
2 alia.ff.de bonis damna. quia dominium † rei dotalis
constāte matrimonio ad maritum pertinet.l. doce an
cillam.C.de rei vend.l.in rebus. C. de iure dotium:&
in prin.Insti.quibus alie.licet vel non.l.20. tit. 11.p.4.
3 & usufructus dotis † ad maritum pertinet. l. pro one-
ribus. C. de iure doti. l.si cum dotem.ff.sol.matri. l.45.
tit.11.p.4.ideo maritus tali dominio & usufructu sine
eius facto & delicto priuari non debet,sicut in casu si-

4 mili, quòd propter delictum filij eius pater † vsufructu non priuatur, quem in bonis aduentitijs habitis ex successione materna, uel aliundè habet. l. fin. §. ipsum autẽ. ibi, dominium rei ad eos pertinens alienare. C. de bonis quæ lib. l. fin. ibi, sed remanere intactum. C. de vsufruct. & habita, l. pe. C. qui testa. facere poss. gl. in uerbo patrẽ. in l. fi. C. de senten. pass. gl. in uerb. conueniri, in §. fi. Insti. de noxa. actio. expressè hoc affirmat Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. nu. 12. ff. de damno infecto. & in l. 1. num. 4. ff. de bonis damna. Abb. cons. 66. quanquàm multa, uol. 2. Guido Papæ decisione. 126. incip. executio sentẽtię. Capella Tholo. decisione. 120.
* hanc tandem dixit esse communem opinionem, Couarru. li. 2. resolu. c. 8. nu. 7. uersi. ex his patet, sed supra in limine posita in crimine hæresis, locum non habent:
5 nam propter uxoris hæresim, in totum dos † uxoris confiscatur: etiam quoad commoditatem vsufructus. l. quinq; legibus. ff. de bonis damna. quæ l. loquitur in fortioribus terminis, ut bene declarat Gundisl. de Villa. de hære. q. 15. num. 9. idem tenuit Pala. rub. in l. 78. Tauri, in prin.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum inter christianam & hereticum, & contra, nullum.*

SINGVLARE CXXVIII.

1 MAtrimonium † contractum inter Christianam & hæreticum & econtra est nullum: ut statuit canon. 72. sextæ synodi generalis: uerba huius canonis talia sunt. Non licet uirum orthodoxum cum muliere hæretica, nec orthodoxam cum uiro hæretico copulari: sed si quis huiusmodi ad ullo existimari factum

apparuerit,

apparuerit, irritas nuptias existimari, & nepharium coniugium dissolui. Ita allegando dictum concilium tenuit Iacob. Septi. in Institu. catho. c. 40. nu. 7. contra Præpositum contrariũ tenentẽ in c. fi. de cond. apposi.

SVMMARIVM.

1 *Mater non compellitur filias suas dotare.*
2 *Pater tenetur, & potest iudicis officio compelli ad filiam dotandã.*
3 *Pater cogitur filiam etiam iam nuptam dotare.*
4 *Mater heretica compellitur filiam orthodoxam dotare.*

SINGVLARE CXXIX.

1 MAter † non compellitur filias suas dotare. l. neq; mater. C. de iure doti. l. 9. titul. 11. p. 4. officium enim paternum & non maternum est filias suas dotare, & in matrimonium collocare. l. fin. §. utramque igitur. C. de dotis promi. l. dotem dedit, ff. de colla. bono. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. 8. tit. 11. p. 4. & non solum ad filiam dotandam, sed ad maritandam pater
2 tenetur, si iam filia est apta nuptui: ad hoc officio iudicis potest compelli, ut in d. l. qui liberos, & in d. l. dotem dedit: & ibi Bar. idem in l. j. nu. 15. ff. sol. matrimo. Alex. consi. 33. uidetur. nu. 3. uol. 4. Ias. in §. fuerat. nu. 99. Insti. de actio. Abb. in c. accedens. nu. 6. de procura. plenè Corrasius in rep. l. filium quem habentem. num. 190 C. fami. hærcis. Ita fuit decisum in Capella Tholosana. 290. & est expressa. l. regia. 9. in fine. tit. 11. p. 4. ibi, puede le apremiar el juez à que la case, y le establezca do-
2 te. Atque etiam filiam iam nuptam pater † cogitur dotare. glo. est sing. in uerb. lege. in l. obligamur. ff. de actio. & obligatio. quam sequitur Bald. in auth. res quæ

nu. 10.C.commu.delega. & ibi Ang.& Paul. Caſt. ubi
* Iaſ.num.14.hanc fatetur eſſe communem opinionem. Idem Iaſ.in l.ſi quis donatarus, aliàs. l.ſi donaturus. §. ſi quis in debitam num.5.ff.de cond.cauſa data, & in l. de alimentis. in fine. C. de tranſact. & in d. §. fuerat. nu.97.Inſti.de actio.Idem Bal.in l.fi. C.de ſenten.quæ ſine certa quantitate profe.& in c.iurauit.de proba.& in l.1.ubi Ioan.de Imo.Alex.& Roma.ff.ſol. matrimo. Pau.Caſtren.in l.ſi ſocer. in fine.ff. ſol. matri.ubi hanc fatetur eſſe communem opinionem contra Bart. in d. l.obligamur.& Sali.in d.l.qui liberos.& Abb.in cap.1. num.6.de adulte.& Matthæus mathe.in ſing.106. nota, quòd ſi pater. Ad rem igitur in limine propoſitam redeũdo, in odium huius criminis, ſi mater eſt hæreti-
4 ca,† filiam orthodoxam compellitur dotare.l.cognouimus.C.de hære.l.neque mater, ubi eſt glo.expreſſa. C. de iure doti.Alex.in l.1.nu.21.ff.ſol.matrimo. Iaſ.in §. fuerat.nu.115.Inſti.de actio. Fel.in c.Iudæi. in 2.nu.2. de iudęis.Pala.Rub.in rep.rub.de dona.inter virum & vxorem.§.21.nu.15.l.9.titu.11.p.4. alioquin mater ad hoc non tenetur, ut ſuperius dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Minor 14.torqueri non debet, niſi in crimine læſę maieſtatis Diuinę & humanæ.*

SINGVLARE CXXX.

1 Minor † quatuordecim annorum torqueri non debet: etiã ſi ueritas ab eo ferula uel corrigia haberi non poſſit.l.1.§.impuberes. ff.ad Sillania.l.de minore.l.ex libero.§.1.ff.de quæſtio.Abb.in c.cum in contemplatione. num. 10. de reg.iuris.l. 2.tit. 30.p.7. ſed
2 in crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ † minor

14. anno-

14. anuorum torquetur: hoc probat d.l.de minore, ubi latè Hyppo.in princip. Iaco. Septi. in Insti. catho. cap.63.nu.26.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus in delictis atrocissimis, ut in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, non subuenitur.*

2 *Minor in grauibus delictis aduersus suam confessionem non restituitur, secus in alijs delictis.nu.3.*

4 *Pena ratione ætatis in delictis atrocissimis non diminuitur.*

5 *Minori qua ætate remittatur uel mitigetur pena.*

SINGVLARE CXXXI.&CXXXII.

1 Minoribus † in delictis atrocissimis, ut in crimine hæresis & læsæ maiestatis, in nihilum subuenitur. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. gl. in l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. eod. tit. gl. sing. in l. ferè in omnibus. ff. de regulis iuris. gl. in l. 17. tit. 14. p. 7. quę refert hoc esse speciale in hoc crimine hæresis: hinc. est, quòd
2 minor † in grauibus delictis, aduersus suam confessionem nõ restituitur. Bart. per text. ibi in d. §. in delictis. nu. 6. Hyppo. in d. l. de minore. nu. 35. in aliis verò deli-
3 ctis, minor † qui confitetur delictum, dato etiam curatore aduersus suam confessionem, restituitur. Ang. per tex. ibi. in l. certum. §. de pupillo. ff. de confessis. gl. in l. 2. C. de in integrum resti. Bald. in l. unica. nu. 53. C. de confesfis. Alex. consi. 80. in causa & lite. nu. 2. uol. 7. & consi. 55. nu. 16. vol. 5. Hyppo. in l. 1. num. 12. & in §. fi. in fin. ff. de quęstio. ac ita ut dictum est ratione ætatis, pœ
4 na † non diminuitur in delictis atrocissimis: in alijs uerò propter ætatem pœnam minui indubitatum est. l. excipiuntur. ff. ad Sillania. l. ferè in omnibus. ff. de reg. iuris. c. fi. de sent. excommunica. latè Hypp. in l. si quis te. C. de sicarijs. l. fi. tit. 7. p. 7. l. 17. ti. 14. & l. 8. ti. 31. p. 7.

notatur in glos.§.pupillus.Insti. de inuti.stipu.& in §.in summa.Insti.de oblig. quæ ex delicto nas. quæ omnia, præsertim iura regia, probant, quòd vsque ad decem
5 annos & dimidium † minor in nihilum puniatur:& à p̄dicta ætate vsque ad 17.annos pœna est mitigāda: post hanc uerò ætatem similiter mitiganda est arbitrio iudicis, inspecta qualitate delicti,& personarum.l.si adulterium.§.fratres.ff.de adulte.& in d.§.in delictis, ibi, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxit.c.1.ubi docto.de delictis puerorum, bene Decius in d.l. fere in omnibus. ff. de regulis iuris.

SVMMARIVM.

1 *Personæ existentes in sacris prohibitæ sunt exercere officium tabellionis. Fallit in causis fidei.nu.2.*

3 *Clericus rogatus ut contractum uel instrumentum faciat, puniri debet, sed contractus ualidus est.*

4 *Facta multa tenent quæ fieri prohibentur.*

SINGVLARE CXXXIII.

1 MOnachi † vel clerici in sacris sunt prohibiti exercere officium tabellionis, capit. sicut. ne clerici uel monachi.l.placet.C.de epis.& cleri.& in extrauaga. prima Bonifacij, de offi.ordi.Bart. in l. 1.§.huius studij. num.8.ff.de iusti.& iure.& in l. seruus.ff.de testa.& in l. vniuersos.C.de decurio.lib.10.Dec.in c.2.nu.8.de iud. Couarru.in quæst.pract.c.19.num.8.in fin.Sed in cau-
2 sis fidei monachus† & clericus possunt esse tabelliones. cap.ut officium.§.1.vers.ad conscribendas, in fine.de hęret.lib.6,& in d.extrauag.Bonifacij.Io. de Imol.in cle. 1.de hære.Ioan.Nicola.de hære.not.27.incip.non te lateat: & in Directorio Inquisitorum in 2. parte. prope finem, etiam si sit monachus ordinis fratrum minorū.

Ang.

Ang.in l.si quis decurio.C.de falsis. Franc.Squillacen. de fide catho.c.37.& Septi.in Institu.catho.c.45.num. 5.Ias.in d.§. huius studij.nu.8.vbi regulam & 9.fallent. scripsit.& Ioan.Bernard.in reg.657.incip.sacerdos. Et
3 omittendum hic non est,quòd si clericus † est rogatus, vt instrumentum vel contractum faciat, contractus va lidus est:sed clericus debet puniri.Io.And.in d.c. sicut. sequitur Ang.in l.prætor ait.§.fi.ff. de edendo. & in l.si quis decurio.C.de falsis.Dec.cons.17. viso puncto.nu.
4 2.Ias.in d.§.huius studij.num.9.quia multa † prohiben tur fieri quæ facta tenent.l.relegatorum.§. ad tempus. ff.de inter.& relega.c.biduum.in prin.2.q.6.latè Ias.in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui, vel alie. iur. Hyppoli.in l.si quis ne quæstio,nu.89.ff.de quæst.

SVMMARIVM.

1 *Morte delinquentium extinguitur delictum.*
2 *Mors omnia soluit.*
3 *Mors est ultima passio est omnium terribilium.*
4 *Mors est vltimum extremum omnium pœnarum.*
5 *Mortem ultimum supplitium ius ciuile uocat.*
6 *Sententia lata in mortuum est nulla.*
7 *Non debet suspendi corpus iam mortuum.*
8 *Mortuo non potest legari,neque priuilegium dari.*
9 *Pro crimine hæresis potest quis potest mortem damnari.*
10 *Romanus Pontifex pro hæresi damnatur post mortem.*
11 *Hæredes innocentiam defuncti possunt probare.*
12 *Fautores & receptatores hæreticorum non accusantur post mortem.*

SINGVLARE CXXXIIII.

1 MOrte delinquentiũ delictum † extinguitur: itaq; post mortem nullus accusari, uel puniri potest. l.2.& 3.C.si reus vel accusa.mort.fue.l.fin. C.de bonis

eorũ qui ſibi mor.conſci.l.in ſenatus.§.ſi propter mortem.ff.ad Turpili.c.peruenit.c.cauſam quæ.in 2. qui filij ſunt legi.c.quorundam.23.diſt.l.7.& 23.tit.1.par.7.
2 l.7.tit.8.par.3.l.9.tit.20.lib.4.fori.ll.nam mors † omnia ſoluit.l.defuncto.ff.de publi.iudi.auth.de nuptijs.§.de-
3 inceps. col. 4. & quia mors † eſt vltima paſſio omnium terribilium,ut dicit Philoſophus.4.lib. Ethi. & Cicero lib.6.epiſto.fami.ad Torquatum:refert Bald.in conſil. ſciſmatis poſito in rub.C.ſi quis aliquem teſta.prohib.
4 nu.9.& eſt vltimum extremum † omnium pœnarum.c.
5 quæſitum.13.q.2.Ideò ius ciuile mortem † appellat vltimum ſupplicium.l.vltimũ ſupplicium.l.ſi quis aliquid §.qui abortionis,& l.capitalium,in prin.ff de pœnis.nã pœnæ ſunt corporis animati afflictiuæ.l. ſi quis forte, in fine.l.veluti.ff.de pœnis.ſed mortuus nullum dolorẽ uel pœnam patitur:fruſtra ergò puniendus eſſet.Hanc rationem ſcripſit Bal.in l.j.nu.2.C.ne ex delictis defun
6 cto.Ideò ſententia † lata in mortuum eſt ipſo iure nulla.l.pen.ff.quæ ſent.ſine appella.reſcin.l. in ſumma.§.fi. ff.de re iudi.propterea Bald.infert in d.l.1.nu.2. quòd
7 iudex † propter delictum nõ debet ſuſpendere corpus iam mortuum. Ang.& ibi.Iaſ.in prin. in l.2.qui.teſta.face.poſſ.idem Ang.per tex.ibi.in l.2.C.ſi reus, uel accuſa.mort.fue.Idem &Ioan.de Imo.in l.qui a latronibus. §.ſi quis.ff.de teſta.& in l. defuncto. ff.de publicis iudi. dicens, quòd iudices qui corpora defunctorum ſuſpendunt, ab hæredibus actione iniuriarum conueniri poſſunt. Optimè explicat Io.Igneus in l.j.§.ſi tibi manus. nu.42.cum ſeq.ff.ad ſena.conſul. Silla.Anto. Corſe.in ſing.pone aliqui diuidentes.col.2.Gundiſſ.de Villa.de hære.q.22.num.4.& 5.ſed Bald.in l.2.C.qui teſta.face. poſ.dicit hoc eſſe in arbitrio iudicis:& Rom. in d. §.defuncto.

functo. Idem Roma. in l. si uerò.§.de viro.fallen.46.ff. sol.matrimo.Decius in l.pupillum.§.in hęredis,in prin. ff.de reg.iuris.Hyppol.in l.fi.nu.29. & in l. vnius.§.cognitururm.num.8.ff.de quæstio.sed in grauibus delictis hoc permittitur,ut dicit Gundis. ubi supra, & Francis. Squillacen.de fide catho.c. 54. & non solum mortuus
8 puniendus non est, sed neque mortuo † legari potest. l.unica.§.1.C.de cadu.tollen.l.diuus.§. fi. ff.de iure codi.& mortuus non potest doctorari, neq; priuilegium ei dari.l.Neratius.ff.de reg.iuris.Abb.in cap.à nobis,in 2.de senten. excommuni. Decius in l. eius qui in prouincia.§.quòd si stipulatus,in princ.ff.si cert.peta. Sed
9 ad supradicta speciale est in crimine hæresis † quòd hæreticus mortuus potest accusari,& condemnari de hæresi: neque tale delictum morte extinguitur, propter huius criminis detestationem.c.accusatus.§.fi.de hęre. lib.6.c.filij uel nepotes.eod.tit.& li.text.ubi optima gl. in uerb.post mortē,in c.si quis episcopus.de hæret. vbi docto.c.sanè profertur.24.q.2.l. Manichæos.§.præterea.C.de hære.glos.in summa.24.q.2.gl.magistra. in c. causam quæ.in 2.qui filij sunt legi.gl.in c.fi.de sepul.gl. sing.in uerb.post mortem,in §.interdum.inst.de hære. quæ ab intesta.defe.l.apostatarum.ibi, quorum ēt post mortem C.de aposta.l.7.tit.1.p.7.l.9.tit.20.lib.4.fori. vndè dicunt Hosti.& Io.And.in c.proposuit.de conce. pręb. quos refert & sequitur Paulus à Monte venet. de Concilio generali,in c.de concilii præeminentia. q.
10 8.nu.7.ꝙ etiam Romanus Pontifex † de crimine hæresis post mortem pōt damnari,ēt si defunctus dum viueret esset bonæ famæ & opinionis, de hoc crimine post mortem poterit accusari,uel eius ossa, uel effigies concremari.c.in primis.2.q.1. quod bene declarat Gundi.

de

11 de Villa.de hære.q.22.in prin. dicens:Hæredes † posse purgare innocentiam defuncti,& heredes sunt citandi, & ad id vocandi:nam filiorum interest patris memoriã non condemnari propter eorum infamiam.c.2.§.hære tici.de hæreti.lib.6.& propter bona quæ eis auferũtur. c.vergentis.de hære.& c.cum secundum leges,eod.tit. lib.6.ad quod considero sing.tex. in l. Pantonius.§.rei perduellionis, ibi,velit innocentiam defuncti probare. ff.de acqui.hæred.& l.quæ res,in prin.ff.de iure fis. Ita in specie tenuit Cinus in l.2.C.qui testam.face. poss.& & latè Ioan.Igneus in l. 1.§.si tibi manus.num. 67.ff.ad sena.consul.Silla.& Alphonsus Guerre.in thesauro reli gionis Christianæ,tit.de hære.nu.21.& diffusè Alb.in rub.C.de hæreti.in fine:& quod dictum est,in uerè hæ reticis tantum intelligendum est, & non in fautoribus,
12 uel receptatoribus hæreticorum,qui post mortẽ † non possunt accusari:si personas defenderunt, & non hære ses.c.accusatus.§.porrò.ubi Archi.& Ioan.And.de hæ-re.lib.6.Gundissal.de Villa. de hære. q. 22. num.8.ubi dat rationem huius dicti: & Iacobus Septi. in Institu. catho.c.4.nu.4.& plures alios casus in quibus post mor tem damnatur refert gloss. in lege,ex iudiciorum. ff. de accusa.glos.in l.2.C.si reus accusa. mort.fue.gl. in verb. post mortem in §.interdum,insti.de hæredi.quæ ab in-testa.defe.gl.in uerb.ex maleficijs, in §.nõ autem,Inst. de perpe.& tempo.actio.& in §.j. Insti.de publi.iud.gl. sing.in summa.24.q.2.& gl. sing. in c. causam quæ.in 2. qui filij sint legi.& dicta iura regia.Hyppol. latè in sing. 301.incip.tibi dixi.& latius in l. fi. nu.26.cum plu.seq. ff.de quæstio.& Antonius Gomezius in 3.tho. resolu. c.7.num.79.cum sequentibus:& Ludouicus Carrerius de hære.§.nunc de pœnis.num. 36.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulieres quam hipothecam habeant in bonis mariti.*
2 *Vidua potest alienare, & in dote sibi præiudicare.*
3 *Mulieres hæreticæ nõ habent tacitam hipothecam in bonis suorum maritorum.*

SINGVLARE CXXXV.

1 MVlieres † in bonis suorum maritorum habent tacitam hipothecam, ut alijs prioribus creditoribus habentibus tacitam, uel posterioribus habentibus expressam præferantur. l. assiduis, C. qui potio. in pign. habean. c. ex literis de pigno. & in §. fuerat, ubi latè iuniores. Insti. de actio. Latius Couarru. lib. 1. resolu. c. 7. ubi. 4. conclusiones in hoc scripsit: probat hoc. l. 33. tit. 15. par. 5. l. 17. tit. 11. par. 4. & hoc interest inter mulieres
2 viduas & coniugatas, quòd vidua † absque iuramento potest alienare, & in dote sibi præiudicare. sing. est glo. pen. in l. cum dos. ff. de pactis. sequitur Paul. Cast. in l. 2. §. item si uoluntate, versic. sed opponitur. ff. sol. matrim. Bar. in l. & hæredi. §. filio familias. ff. de pact. Dec. consil. 536. in causa quæ agitur. nume. 3. sed speciale est, quòd
3 mulieres † hæreticæ hanc tacitam hipothecam in bonis suorum maritorum non habent. l. 1. auth. Item priuilegium. C. de hære. auth. de priui. dotis. §. nos autem. colla. 8. gl. in uerbo obligata. in d. c. ex literis. de pigno. Ias. in §. fuerat. nu. 113. insti. de actio. Gundissal. de Villa. de hæreti. q. 20. in fin. Ioan. Nicola. de hære. not. 11. incip. liga digito, in fine. Fran. Balbus de dote. 11. parte. 3. membro, differentia. 21. Ludouicus Carrer. de hære. §. nunc, de pœnis. nu. 9. Pala. Rub. in rub. de dona. inter virum & vxorem. §. 35. nu. 3. ratio poterit esse de. l. Manichæos. C. de hæret. ibi, nihil ex legibus commune sit cum cæteris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro aliquo fideiubens iuuatur Velleiano.*
2 *Mulieri hereticę denegatur beneficium Velleiani.*
3 *Beneficium Velleiani quibus casibus cesset, remissiue.*

SINGVLARE CXXXVI.

1 MVlier † pro aliquo fideiubere prohibentur, & si fideiussit, potest se tueri beneficio Velleia. l. 2. in fine. ad Velleia. & l. 3. tit. 12. par. 5. l. 1. & 2. tit. 11. lib. 5. ordi. l. 61. Tauri. quia sexus mulierum fragilis est, & faciliter fideiubendo mulieres possent decipi, & dotes suas perdere. l. 2. ibi, propter sexus imbecillitatem. ff. ad sena. consul. Velleia. l. cum multæ. C. de dona. inter vir. & vxo. ibi, melius est mulieribus propter fragilitatem
2 sexus subueniri. Sed speciale est, quòd mulieribus † hæreticis denegatur hoc beneficium Velleia. Hoc prius affirmauit Vincentius in c. si aduersus, de hæret. quod dictum sequitur Archi. in summa. 4. q. 1. & in c. vt Inquisitionis. nu. 3. de hære. lib. 6. & Ioan. Nicola. de hæreti. not. 18. incip. aduerte. & Ludo. Carre. de hæret. §. nunc de pœnis. nu. 9. & Pala. Rub. in rep. rub. de dona. inter
3 virum & vxo. §. 35. nu. 5. & casus † in quibus hoc beneficium Velleianum cessat, refert gl. in l. 1. ff. ad Velleia. & l. 3. tit. 12. par. 5.

SVMMARIVM.

1 *Mulier debet suam dotem saluam habere.*
2 *Mulier quæ scienter contraxit matrimonium cum hæretico perdit dotem.*

SINGVLARE CXXXVII.

1 MVlier † debet suam dotem saluam habere. l. 1. & 2. ff. sol. matrimo. l. vnica. C. de rei vxo. actio. ca. fin. de dona. inter virum & vxo. l. 7. & l. 30. & 31. tit. 11. per. 4. l. 17. Tauri. & vltra dotem 30. potest mulier pe-

tere, quæ ipse satis abunde scripsi in mea rep. auth. licet prope finem. C. de natu. lib. sed speciale est quòd mu-
2 lier † quæ scienter contraxit matrimonium cum uiro hæretico, perdit dotem suam, & fisco applicatur. c. decreuit. de hære. lib. 6. quem text. ad hoc dixit esse sing. Alex. in l. si constante, ubi Ias. nu. 187. ff. sol. matri. contra Bar. ibi. idem tenuit cõtra Bar. Gundiss. de Villa. de hære. q. 15. nu. 9. & Guil. Bene. in c. Rainutius, in parte, & vxorem nomine Adelasiam, decisione. 5. nu. 277. de testa. & Iaco. Sept. in Institu. catho. c. 9. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Mulier admittitur ad accusandum in crimine hæresis.*
2 *Mulier an possit esse testis in causa hæresis, remissiue.*

SINGVLARE CXXXVIII.

1 MVlier † admittitur ad accusandum in crimine hæresis. l. Manichæos. C. de hære. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. c. vergentis. de hæret. gl. magna in l. 2. tit. 1. p. 7. secus est in alijs criminibus. l. de crimine. C. qui accus. non poss. l. non est permissum. ff. eo. tit.
2 l. 2. in prin. tit. 1. p. 7. l. 2. tit. 20. lib. 4. fori. ll. & an mulier † in causa hæresis posit esse testis, examinat Pala. Rub. in allega. hæresis. §. 13.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans ad reficiendam, uel conseruandam rem, præfertur prioribus creditoribus in illa re. Fallit si mutuauit hæretico. nu. 2.*
3 *Creditor posterior quando præferatur prioribus. & nu. 4.*

SINGVLARE XXXIX.

1 MVtuans † ad refectionem, uel conseruandam rẽ habet hoc priuilegium prælationis, ut in illa re prioribus creditoribus præferatur. l. interdum. ff. qui potio. in pig. habe. l. creditor. in prima. ff. si cert. peta. &

etiam

etiam tacitam hipothecam in illa re videtur habere.gl. vbi Bald.& Ang. in auth.quo iure.C.qui potio.in pig. habe.& ſunt circa hoc duæ communes opiniones,quas refert Couarru.lib.1.reſolut.c. 7. num.3. ſed ſi aliquis
2 mutuauit † alicui hæretico, ad refectioné alicuius rei, non habet hoc priuilegium prælationis : ita dicit Iaſ.in l.creditor.1.nu.4.ff.ſi cert.peta. allegando auth. idem priuilegium.C.de hære.& Abb.in c. gaudemus. de diuor.Idem tenuit Io.Nicola.de hære.nota.11.incip.liga digito. &c. Præterea in alio caſu locum non habet regula ſuprà poſita : videlicet quando poſterior creditor
3 † capit,uel ſua diligenita capi fecit debitorem communem fugientem cum ſuis bonis:in hoc caſu,alijs prioribus debitoribus præfertur.l.ait prætor.§. ſi debitorem meum.ff.de his qui in frau.cre.& ibi Bart.& alij notãt, expreſſa.l.regia,in l.10.tit.15.par.5.& l.12.tit.20.lib.3. fori.ll.alium caſum in hoc notandum refert Rom.ſing. 569.incip.ſi mercator:& alium Bal.in l. pro debito. C. de boni sautho.iudi.poſſi. in princ. quando ſtant mer-
4 ces vel res venditæ,quòd creditor † qui illas vendidit, etiam ſi ſit poſterior, alijs in illis mercibus præfertur. Contra hoc tenet Bart.in l.ſi cum dotem.§. ſi.ff.ſol.matrimo.& Iaſ.in d.l.creditor.nu.5.dicit communem opinionem eſſe contra Baldum.

SVMMARIVM.

1 *Acta omnia reo accuſato uel inquiſito exhibenda ſunt.*
2 *Inquiſitis de hæreſi non datur integra defenſionis facultas.*

SINGVLARE CXL.

1 NOMINA & dicta teſtium † & accuſatorum, & capitula ſuper quibus accuſatur, reo uel accuſato ſeu inquiſito exhibenda ſunt, cap. qualiter & quando.in 2.§.debet, de accuſa.

Abb.

Abb.in c.olim.nu.8.de accusat.l.11.tit.17. par. 3.l.12. titul.20.lib.4.fori.ll.l.11.tit.1.lib.8.ordi. Sed quando proceditur in crimine hæresis, aliter est.c. fi.cum distinctione ibi posita,de hæret.lib.6.declarat Abb.in c.præterea.in 2.nu.7.de sponsa.Gundis.de Villa.de hæret.q.10.nu.4.Iaco.Septi.in Instit.catho.c.64.nu. 27. & cum
2 non detur inquisitis † integra defensionis facultas, inquisitores inquirant de innocentia reorum,& de falsitate testium:ut eis sint recti iudices, & patres,& patroni:& latius idem in c.62.num.9.ubi allegat ad hoc primam Instructionem Hispalensem. c.14.

SVMMARIVM.

1 *Notarius in sui creatione iurat officium fideliter & legaliter exercere.*
2 *Notarius inquisitionis,licet in sua prima creatione iurauerit,tenetur tamen iterum iurare.*

SINGVLARE CXLII.

1 NOtarius † quando creatur iurat suum officium fideliter exercere,& omnia legaliter agere. ca. ad audientiam.§. nos igitur.de præscrip.c.illud.in fine.de præsumptio.gl.in verb.decurritur. in l. quædã.§.nummularius.ff.de edendo.l.4.tit.19.par.3.ubi ponitur forma huius iuramenti,& l.1.tit.8.lib.1.fori.ll.Sed speciale
2 le est in notarijs † sancti officij, qui tenentur iterum iurare, etiam si quando in notarios fuerunt electi hoc iuramentum fecerint. cle.1.§.porrò.in fine.de hæret.ubi glos.in uerb.iurabunt.dicit esse hoc speciale in notarijs hæreticæ prauitatis.& Ioan.Nicola.de hæret.nota.36. incip.nota quòd.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prælatis etiam criminosis non est deneganda obedientia a subditis, fallit in prælatis hæreticis.*
2 *Obedientia melior est quàm uictima.*
4 *Prælatus propter crimen hæresis ipso facto & iure est a iurisdictione suspensus.*

SINGVLARE CXLII.

1 OBedientia † prælatis à subditis non est deneganda, propter prælatorum crimina & excessus. c. nõne. 8. q. 4. c. omnes. de maio. & obed. c. cum non liceat, de præscrip. c. sciendum. 8. q. 1. & dicit. ca. qui resistit. 11. q. 3. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. vnde Paulus ad Hebræos. c. fi. obedite præpositis vestris & subiacete eis. S. Tho. 2. 2. q. 104. art. 1. & 2. & q. 86. art. vltimo. Floren. in 4. parte
2 suæ summæ. tit. 5. c. 11. & melior est obedientia † quam victima. lib. 1. Regum. c. 15. c. illud. de maio. & obedien. c. propter hoc. §. verum. 32. d. c. si qui sunt. 81. d. Sed si
3 prælatus est hæreticus, licitum est subditis † citra aliquã pœnam ab eius obedientia recedere, etiam ante latam sentẽtiam & institutam accusationem c. sacerdotes. & ibi gl. 2. q. 7. c. sanè. 24. q. 2. c. excommunicatos. 11. q. 3. c. qua diligentia: in fin. de elect. gl. in c. cum non liceat, vbi Abb. nu. 3. de præscrip. Fel. in c. inter quatuor. nu. 3. de maio. & obedien. Gundis. de Villa. de hære. q. 10. nu. 3. rationem reddit Abb. ubi supra: quia ipso facto & iu
4 re prælatus † propter crimen hæresis est à iurisdictione suspensus: & quia melius est obedire deo quàm hominibus, vt habetur, in Act. Apostolorum. c. 5. & in ca. inquisitioni. de senten. excommuni.

SVMMARIVM.

1 *Opinio vltima censetur in dubio approbata.*
2 *Opinio quæ pro religione facit tenenda est.*

SINGVLARE CXLIII.

1 Opinio † vltima censetur in dubio approbata, quã do ab aliqua lege, vel glosa vel statuto plures opiniones referuntur. glo. fi. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebe. gl. magna: ibi altera pars est uera: quia ultima, in l. ea lege. C. de condi. ob causam. Bar. per text. ibi, in l. bona fides. ff. deposi. Bal. in authen. ex testamento, in prin. C. de colla. & in l. si mater tua. nu. 4. C. ne de statu defun. & in l. si ergo. §. partus. ff. de publi. Io. And. in c. 1. de senten. excom lib. 6. & in c. 1. de pœnis, lib. 6. l. 1. §. Neratius. ubi Ioan. de Imo. ff. de acqui. posse. l. Mela. §. 1. in fine. ff. de alimen. & ciba. lega. Alex. cons. 164. viso processu. nu. 2. vol. 2. & consi. 55. incip. prospectis. nu. 43. uol. 4. & consi. 98. viso instrumẽto. nu. 21. uol. 6. Ias. in l. si tibi pecuniam. in fine. ff. si cert. peta. & in l. 1. §. & post operis. num. 12. ff. de noui ope. nuncia. & in l. si idem cum eo. §. fi. nu. 3. ff. de iuris. omn. iudi. ubi hanc regulam & 3. fallen. scripsit, quas transcripsit duas addendo Ioan. Neuiza. in sua silua nuptiali. fol. meo. 116. & Ioan. Bernar. Diaz in regula. 514. incip. opinio ultima: optimè Corse. in sing. incip. quãdo iurisconsultus. Sed speciale est fauore religionis catholicæ, quòd prima opinio, † & non secunda: uel illa quæ pro religione facit ff. de religio. & sumptibus fune. Ias. tenenda est in auth. ingresi. nu. 22. C. de sacrosanct. eccles. Alex. cons. 121. uiso prossu. nu. 17. uol. 2. & cons. 92. super eo. num. 5. vol. 4.

O SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ab Episcopo hæretico recipit charaterem, sed non executionem neque gratiam. & quid de eo agendum sit.*

SINGVLARE CXLIIII.

1 ORdinatus ab Episcopo hæretico, recipit ordinis chararterem, sed non executionem, neq; sacramenti gratiam: & talis non est ordinandus de nouo, sed habita dispensatione potest in ordinibus ministrare, cap. qui professionem. ubi præpositus. 1. q. 1. & cap. ordinationes 9. q. 1. Vide Abbatem in rub. de hære. & Ludouicum Carrerium de hæret. §. nunc. de pœnis. nu. 22. Ioannem Bernardinũ Diez in pract. cano. c. 25.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iudiciarius seruandus est.*
2 *Qua ratione ordo iuris est seruandus.*
3 *In causis fidei non seruatur ordo iuris.*
4 *Qua forma proceditur in crimine hæresis.*
5 *Contra hæreticos contumaces qualiter procedatur.*
6 *In delictis grauibus non seruatur ordo iudiciarius.*
7 *In leuioribus delictis non est seruandus ordo iuris.*
8 *Causæ rusticorum sunt summariæ.*
9 *Causæ fiscales sunt summariæ & causa depositi.*
10 *Causæ illorum qui sunt in carceribus sunt summariæ.*
11 *Causa dotis est summaria.*
12 *Causa executiua est summaria.*

SINGVLARE CXLV.

1 ORdo iudiciarius in omnibus ferè causis seruandus est, aliàs processus † redditur nullus. l. prolatam. C. de sent. & interlocu. omni. iudi. l. vnica. C. de conducto. & procu. lib. 11. c. ad petitionem, de accusa.

cap.causam.c.cum dilecta de rescrip. c. ecclesia sanctæ Mariæ in fine. de consti.ca. cum dilecti.c.veritatis.de dolo & contuma.ca.in causis. de re iudi.c. examiuata. de confir.vti.uel inuti.c.1.& 2.2.q.1.l.1.tit.13.lib.2.fori.ll.l.5.tit.26.p.3.l.1.& fi.tit.4.lib.3.ord. ob id igitur à
2 iure fuit institutus ordo † iudiciarius, vt omnis malicia & machinatio cesset, & veritas potius reueletur. c. quoniam contra.de præba.Abba.in c.dilecti. nu.5.de iudi.& iudex qui non seruat ordinem iuris facit litem suam,& in sindicatu potest puniri.Bart.in l. 1.nu.5.C. quomodo & quando iudex senten.Paris de Puteo latè de sindicatu.ca.sententia. Sed speciale est in causis
3 hæreticæ prauitatis, † vt celeriter delicta puniantur, plenarius ordo iuris non seruatnt,sed in eis proceditur simpliciter, & de plano,sine strepitu & figura iudicij, attestationibus non publicatis.c.fi.de hære.lib.6.extra ua.ad repimẽdum, quomodo in læsæ maiest.crim. procedatur.Gundiss.de Villa.de hære.q.12. in prin.Franc. Squillacen.de fide catho.c.27.nu. 2. Iacob. Sep. in Institu.catho.c.43.nu. 19. & Alphonsus Aluarez Guerrero,in thesauro religionis Christianæ.tit.de hære.nu. 20.Ludo.Carre.de hære.§.uersa autem uice.nu.23. &
4 ordo † quem in cognitione huius criminis seruare solent inquisitores. talis est,quòd in primis quando ad ciuitates accedunt, ostendant episcopo,uel eius uicario, facultatem quam habent ad cognoscendum & inquirendum de hoc crimine,& eius auxilium & fauorẽ petant. Solent similiter nonnulli id etiam facere in consilio ciuitatis,& iubent populum congregari, & habito sermone ad populum,coram clero & populo edicta monitoria quæ hæresim sapiunt publicè legi, ut sub pœna excommunicationis unusquisque hæreticos,uel su-

ſpectos,uel infamatos de hæreſi coram inquiſitoribus declaret,etiam ſi hæreſis ſit occulta,ſciens,tenetur denuntiare.S.Thom.2.2.q.70.& ibi Caie.Alphonſus Caſtren.lib.2.de iuſta hæreticorum punitione.c.25.Sep. in Inſtitu.catho.c.19.in fine.quo facto inquiſitores recipiant iuramentum in vnaquaque parrochia à cura parrochiali,& ab alijs probis & honeſtis viris ſuper prędictis:tunc poterit inquiſitor procedere ad punitionẽ delictorum tribus modis:accuſando,inquirendo,&denuntiando.iuxta tex.in c.ſuper his.& c.qualiter & quãdo,in 2.de accuſa.c.licet Heli.de ſymonia. Hunc procedendi modum in hoc crimine ſcripſit Gundiſſal. de Villa.de hære.q.8.col.1.& 2.& q.10. in prin. & latè Iaco.Sept.in Inſtitu. cath.c.43.per totum. & contra hę-
5 ræticos abſentes †,& contumaces proceditur in hunc modum: ꝙ vocentur, vt intra certum tempus veniant reſponſuri,ſub pœna excommunicationis:lapſo termino,ſi non cõparent,promotor fiſcalis accuſat eius cõtumaciã,& petit literas denuntiatorias.Et ſi poſt annũ in contumacia,& excõicatione permanet,extũc declaratur hæreticus.c.cũ contumacia.de hære.lib.6.l.32. tit.9.p.1.& modum procedẽdi contra hæreticos cõtumaces refert Capella.Tholo.deciſio.365.incip. in hoc anno.& Iaco.Sep.in Inſti,catho.c.2.in prin. & ibidem nu.6.inquit,allegando quoddam decretũ factũ Barchinonæ ab Inquiſitorib. generalibus,anno.1493.ꝙ poſt annũ audiuntur hæretici quoad pœnam corporalẽ, & non quoad bona publicata,iuxta.l.annus.ff.de requir. reis.l.2.C.eod.tit.contra Pau. Grillan. de hæreti..q.8. nu. 3. alij ſimiliter ſunt caſus qui ſummariam cognitionem requirũt,quos refert.cle.diſpendioſam.de iud. glo.magiſtra.in l.3.§.ſciendum , in uerb. ſummatim.

ff. ad

ff.ad exhiben.gl.in l.iudices.C.de iudi.gl.in l.nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offi.procon.& lega.glo.in verb.summatim.in c.quoniam frequenter.§.porrò.& in §.si verò.vt lite non cõtesta.sing.lex regia. 6. tit. 12. p.3.l.7. tit. 2. ubi optima glo.p.3. Præterea in delictis
6 † enormissimis non est seruandus ordo iudiciorum. Hyppo.in practi.crimi,§.diligenter.num.165. allegando Paridem de Puteo,idem tenentem: idem in cons. 127.superioribus annis.num. 16. atque in leuioribus
7 † delictis.Bar.in l.leuia.ff.de accusa. Ang. in tracta. de accusa. in uerb. hæc est quædam inquisitio.col. 7. ubi allegat authen.nisi breuiores.C.de senten. ex breui reci.est.l.5.tit.22.p.3.gl.in c.1.de lib.obla. petitio. 60.de
8 Madrid,anno 1534.Item rusticorum lites † summatim & omni breuitate sunt terminandæ.sing.est tex.in authen.de quæstoribus.§.si uerò sunt aliqui.col. 6. ne laboribus & expensis grauentur, & ne ab operibus rusticis distrahantur.l.2.C.de ferijs.l.4.C.de defenso.ci-
9 uita.Item causæ fiscales † sunt summariæ.l.pe. ubi Bar. C.de conuenien. fis. debito. l. missi opinatores. C. de exacto.tribu.lib.10.Ias.in l.properandum.num.10.C. de iudi.Item causa depositi requirit summariam cognitionem.l.si quis uel pecunias. & authen. ibi posita, & Bart.C.depositi. Petrus de Raue. in alphabeto au-
10 reo,in uerb.depositarius. fol.33.col.2. Item causæ † illorum qui in carceribus sunt,summatim & omni breuitate sunt terminandæ. l.fin.C.de custo.reorum. ibi.ne custodia diutina maceret.Bart.tracta.de carceribus,in fine.Hyppo.in pract.crimi.§.attingam.nu.75.& communiter sunt pauperes: & causa pauperum prius est terminanda quàm diuitum. tex. ubi gl. sing. in cap. in primis.2.q.1.Itẽ in uisitatione ecclesiarum,aliorumve

locorum proceditur summariè.c.fi.ubi Inn. num. 4. de
11 censi. Item cā† dotis est summaria. latè Pala. Rub. in
rep.c.per vestras.par.2.§.1.versi.sed est pulchra,in fine.
Item alia causa summaria habetur in l.5.tit.3.lib.7.ord.
Item alia in l.121.in libro gabellarum.Finaliter,omnis
12 causa † executiua est summaria.Inno.in c. ex tenore,in
prin.de appella.Alex.& Ias.in l..intra.ff. de re iudi.Bar.
in l.à diuo Pio.§.in venditione.ff.eo.tit.Guido.decisio.
329.l.6.tit.22.par.3.l.4.tit.8.lib.3.ordi.l. 64. Tauri. &
in his causis summarijs & notorijs ordo est, non serua-
re ordinem.Bal.per tex.ibi.in c.ad nostram.3.de iureiu
ran.Hyppo.practi.crimi.§.secunda quæstio.nu.43.cir-
ca quod vnum tanquam quotidianum omittendum
nō est:quòd quando aliqua causa est summaria,vt sunt
prædictæ,omnia adminicula,& omnes articuli ab ea de
pendentes sunt summarij.Bart.in extraua. ad reprimē-
dum.in verb.summarie.quomodo in crimi.læsæ maie.
pro.Petrus Gerar.sing.23.incip.notant Bart.& alij.&c.

SVMMARIVM.

1 *Papa de crimine hæresis potest condemnari.*
2 *Nonnulli Pontifices fuerunt hæretici.*
3 *Papa in his quæ sunt fidei,ut priuatus potest errare.*
4 *Papa etiam post mortem potest damnari.*
5 *Concilium generale esset iudex competens contra Papam hæreticum.*
6 *Orbis maior est vrbe*
7 *Concilium generale in tangentibus fidem non potest errare.*
8 *Papa per duos testes potest conuinci.*
9 *Qui testes sunt necessarij ad purgationem faciendam.*
10 *De nullo alio crimine præter hæresim potest Papa iudicari, nec condemnari.*
11 *Imperator hæreticus per summum Pontificem punitur & deponitur.*

SINGVLARE CXLVI.



1 APA † de crimine hære. potest accusari & cõdẽnari. c. si Papa. ubi gl. in verb. à fide deuius. 40. distin. Archi. in c. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. Ant. de Butrio. in cap. fraternitatis. in prin. co. tit. Card. in cle. 2. §. cæterum. in fi. de electio. Abb. in c. significasti. sup. glos. 2. de elect. Fel. in c. 1. nu. 2. de symo. & in c. cum quidam. nu. 5. de iureiuran. Dec. in c. cum teneamur. nu. 7. de præbe. & in l. est receptum. num. 5. in fine. ff. de iuri. omni. iud. Hyppol. c. at si cleri. §. de adulterijs. nu. 74. de iud. & in sing. 683. incip. aliàs in repetitione mea. Gnndis. de Villa. de hære. q. 7. nume. sexto, Alphon. Aluarez Guerrero in thesauro religionis Christianæ. tit. de hære. nu. 21. Ludo. Carre. de hære. §. viso. nu. 4. Alberi. optimè in rub. C. de hære. num. 4. Io. Nicola. de hære. not. 12. dicens, quòd totus mundus sequitur gl. supra allegatam. Latè Iaco. Septi. in Insti. cath. c. 44 nu. 33. ubi optimas rationes & fundamenta scrip. vnde dicit gl. sing. in verb. exceptione, in c. licet de euitanda discordia. de elect. quòd in electione Rom. Ponti. nulla exceptio opponi potest, nisi de hæresi: est gl. simi. in c. 1. de renunti. lib. 6. & glos. in c. si quis
2 pecunia. 79. d. nam nonnulli Rom. † Ponti. fuerunt hæretici: vt Anasta. & alij relati in c. Anasta. 19. d. c. à recta. 24. q. 1. c. nunc autem. 21. d. d. c. maiores. de bapt. Latè Petrus de Monte de concilio generali. q. 8. de concilij
3 præeminentia. nu. 3. quia Papa † in his quæ sunt fidei, vt priuatus potest errare: statim enim desinit esse Papa cum non sit de corpore ecclesiæ. c. Acatius, & ibi gl. 24. q. 1. unde inquit Paul. ad Gala. c. 1. Et habetur in c. cum

ergo. 24. q. 3. si possibile esset quòd Angelus de cœlo aliquid cõtra fidem diceret aut sentiret, anathema sit. Hoc refert Gundissal. de Villa. de hære. q. 7. nu. 5. & etiã
4 post mortem de hoc crimine hæresis potest Papa† con demnari. Hosti. & Ioan. And. in c. proposuit. de conces. præben. quos refert Paul. à monte vbi supra. q. 8. nu. 7.
5 & in hoc casu concilium † generale, uel cetus cardinalium esset iudex competens, ut dicit Archid. & alij in d. c. in fidei fauorem. gl. in c. in sinodo. 63. dist. & habetur
6 in Directorio Inquisitorum. par. 3. q. 25. nam † orbis maior est vrbe. c. legimus. 93. distin. gl. in c. sicut. 15. dist.
7 & concilium † generale in tangentib. fidem errare non potest. c. maiores. de batis. c. à recta. 24. q. 1. id probatur authoritate Matthæi. ca. 28. Ego enim vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: & alibi dicitur. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. Quod dictũ fuit in persona totius vniuersitatis Ecclesiæ: prout declarat Gundissal. de Villa. q. 7. nu. 7. vbi supra, atq; de hoc crimine hæresis per duos tantum testes potest Ro
8 manus Pontifex † conuinci & condemnari, gl. est sing. in c. præsul. 2. q. 5. quam dixit esse sing. Abb. in c. tertio loco. nu. 6. de proba. & in c. quotiens. in prin. & in c. super eo. in 2. nu. 2. de testi. & in c. licet vniuersis, in prin. eod. tit. & in c. perpetuas, in fine: de maio. & obedien. & in rep. c. cum esses. nu. 16. de testa. & in ca. at si clerici, in prin. de iudi. & in c. 1. nu. 5. in fine. de procu. Perus. in c. ut officium, num. 3. de hære. lib. 6. Anto. Corse. sing. incip, Papa. fol. 176. colum. 2. Petrus Rauẽna in alpha. aureo in uerbo testis. fol. 135. Decius consi. 100. incip. in causa Inquisitionis. in prin. Gundissal. de Villa. de hęre. q. 13. num. 9. omnes prædicti dicunt prædictam gl. esse notabilem: sed si Romanus Pontifex de hoc crimine

vult

vult se purgare. 12. testes sunt necessarij. c. omnibus. 2.
9 q. 5. & † testes in purgatione debēt esse catholici & integri, & fidei zelatores. c. filij vel nepotes, de hære. lib. 6. Gundissal. de Villa. de hæreti. q. 13. nu. 14. omnia dicta tantum locum habent in crimine hæresis: de alijs uerò criminibus à nemine potest iudicari vel condemnari
10 Romanus † Pontifex, qui cunctos iudicat. c. nemini. 17. q. 4. c. nemo. 9. q. 3. c. si Papa. 40. dist. etiam si crimen sit notorium, & detur incorrigibilitas. cap. cuncta per mūdum. 9. q. 3. Præpo. expresse in d. c. si Papa. Ioannes Nicola. de hæreticis not. 12. incip. si Papa. in fine. Idem di-
11 cendum est de Imperatore, † qui de crimine hæresis puniri & deponi potest per summum Potificem, ut fuit Imperator Federicus, qui ob crimen hæresis fuit depositus. c. ad apostolicæ, de senten. & re iudi. lib. 6. Bart. & Bal. in l. fi. C. de legi. Ludouicus Carrerius de hæret. §. viso, num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest decidere quæstiones dubias, quæ de fide, aut religione oriuntur.*

SINGVLARE CXLVII.

1 PAPA † solus & non aliquis inferior potest decidere quæstiones dubias, quę de fide aut de religione oriuntur. c. maiores. de baptis. c. frater noster. 6. q. 1. c. quotiens. 24. q. 1. & in Exodo. ca. 18. id clarè colligitur, vbi Ietro Moysi dixit, prouide de omni plebe viros prudentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam: & constitue ex eis tribunos, centuriones, decanos, qui iudicent populum omni tempore: maiora autem referant ad te, idest, legis præcepta & alia huiusmodi: ut optimè declarat Alb. in c. ad abo-

lendam.

lendam.2.col.de hære. & Alphonsus Guerrero in thesauro religionis Christianæ.nu.24.

SVMMARIVM.

1 *Papę quando obediendum non sit.*

SINGVLARE CXLVIII.

1 PApæ † obediendum neutiquam est, si aliquid præcipiat quod hæresim sapiat, uel turbat statum ecclesiæ, uel in detrimentum fidei, aut in fauorem hæreticorum. Hosti.& Ioan.And.in c.pro posuit, de conces.præben. Carrerius.de hæret.nu. 99. Iaco.Septi.in Instit.catho.c.44.nu.31.quod comprobari potest ex c. cum teneamur.de præben.c. si quando.de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Pater non tenetur dotare filiam hæreticam uel iudæam.*

SINGVLARE CXLIX.

1 PAter † non tenetur dotare filiam hæreticam vel Iudæam.l.cognouimus.C.de hære.glos.in l.si uerò.ff. de in rem verso.Bal.in auth.res quæ.in fine.C.communia de lega.Roma.in l.1.ff.sol.matri.Ias.in §. fuerat.nu. 112.Insti.de actio. regulariter paternum officium est filias dotare, & in matrimonium collocare.l.fi.C.de dotis promi.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.l. dotem dedit. ff.de colla.bono.l.8.tit.11.par. 4. de qua re vidẽdum est singulare. 129.supra positum.

SVMMARIVM.

1 *Pater non est idoneus testis in causa filij, nisi in causa fidei. num.2.*
3 *Filio an minoretur pœna patre deferente.*
4 *Lex, milites agrum. §.desertorem.ff.de re milit. quod habeat locum etiam in crimine læsæ maiestatis.*

SIN-

SINLAGVRE CL.

1 PAter † non est idoneus testis in causa sui filij.l.paré-
tes.C.de testi.l.etiam.C.eod.titu.c.si testes.§.item
idonei.7.q.3.l.11.&14.tit.16.par.3.propter nimiam af-
fectionem quam pater erga filium habet.l.isti quidem.
ff.quòd met.cau.l.fi.C.de cura.fur.quæ.l.inquit,quòd
nullus amor est qui vincat amorem paternum.l.huma-
nitatis intuitu.C.de impub.& alijs substi.l.de creationi
bus.C.de episcop.audien.gl.& doct.in c.transmissę,qui
2 filij sunt legi.Sed in causa fidei pater † est idoneus testis
in causa filij:quia agitur de propria salute ipsius filij, &
non de damno uel incommodo alicuius. Ita dicit Ant.
de Butrio.in c.in omni negotio.Vbi Alb.nu.3.de testi.
3 Sed an ob id mitiori pœna filius † sit puniẽdus, videtur
quòd sic:per tex.sing.in l.milites agrum.§.desertorem.
ff.de re mili.vbi cautum est,quòd si filius commisit, de-
lictum morte dignum,& pater eum offerat & exhibeat
iudici,filius non morte, sed alia mitiori pœna, vtputa
exilij,puniendus est:quam.l.dixit esse sing.Paul.Cast.&
Sali.in l.propter insidias. C. de his qui accus. non poss.
Ang.in l.si adulterium cum incestu.§.liberto.ff.de adul
te.Ias.in l.1.nu.4.C.de his quibns ut indig. Feli. in cap.
quærenti.nu.6.de offi.delega. & in c. accusasti.nu.4.de
accusa. Hyppol. in l.1.§. ad quæstionem. nu.16.& in l.
vnius.§.seruus.nu.7.ff.de quæstio.Pala.Rub.in cap.per
uestras.§.17.nu.4.fol.65.col. 1. de dona. inter virum &
vxo.Latè Io.Neuiza.in sua silua nuptia.fol. meo.lib.19.
col.1.& 2.& Cæpolla.in cautela.1.ordine,vbi affirmat.
4 d.§.desertorem † habere locum etiam in crimine læsæ
maiestatis,allegando Paul.de Cast.&Sal.in d.l.propter
insidias.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Parentes an & quando a suis filijs possint exhæredari. & nu. 2.*

SINGVLARE CLI.

1 PArentes † a suis filijs non sunt exhæredãdi: alioqui parentibus contra filiorum testamenta competit quærela. l. nam etsi parentib. l. pater filium. ff. de inoffi. testa. l. cum filium. C. eod. tit. auth. in testamento. C. ad Tertul. & in §. fi. Insti. de exhæreda. libe. l. 1. in fine. titul.
2 8. par. 6. l. 8. tit. 13. par. 6. sed si parentes † sunt hæretici, à filijs suis optimè possunt exhæredari. cap. excommunicamus. 1. §. credentes. de hæret. auth. ut cum de appella. cogno. §. si quis de prædictis liberis. col. 8. l. 11. in fine. tit. 7. par. 6, l. 4. in fine. tit. 26. par. 7.

SVMMARIVM.

1 *Filij propter hæresim patris liberantur a patria potestate, secus pro alijs delictis.*

SINGVLARE CLII.

1 PAtria potestas † tollitur propter crimen paternum hæresis: & statim filij liberantur à patria potestate. c. 2. §. fi. ubi gl. & docentes. de hære. lib. 6. Perus. in c. statutum. nu. 4. eod. tit. & lib. Latè Io. Nicola. de hære. not. 14. incip. hæreticorum. Lud. Carrerius de hære. §. nunc
2 de pœnis. nu. 34. aliter verò est † pro alijs delictis. l. relegatorum. ff. de interdictis, & relega. & in §. relegati. Insti. quibus modis ius patriæ potesta. solui. l. 3. titul. 18. parte. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cogitatio sola, si ultra non progreditur pœnam non meretur, fallit in crimine hæresis. nu. 2.*

SIN-

SINGVLARE CLIII.

1 POenam † non meretur quis propter solam cogitationem, si vltra non progreditur. l. cogitationis. ff. de pœnis. c. cogitationis. de pœni. distin. 1. l. 2. titul. 31. par. 7. quod fallit in crimine hæresis: sola etenim volun
2 tate committitur: ideo meritò sola voluntas † & cogitatio punitur. c. excommunicamus. in 1. §. credentes, de hære. gl. in verb. eo ipso, in cle. 1. de hære. Bal. in l. si quis non dicam rapere. in prin. C. de epis. & cleri. Io. And. in c. 1. nu. 11. de homici. lib. 6. Anania in c. si quis episcopus. de hære. Cardi. in cle. 1. §. sanè. de vsuris. Perus. in c. 1. num. 6. de summa Trini. & fide catho. Io. Nicola. de hære. not. 9. incip. notissima. Hyppo. in l. qui falsam. nu. 13. ff. de falsis. vbi alios casus refert. & Ludo. Carre. de hære. §. versa autem vice. nu. 4. allegan. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cleri.

SVMMARIVM.

1 *Pœna corporalis propter pœnitentiã in delictis consummatis, maximè atrocibus, non tollitur.*
2 *Inquisitus de hæresi per spontaneam confessionem euitat pœnam corporalem.*
3 *Pœnitentium hæreticorum habitus qualis sit.*
4 *Pœnitentes publice sacco & cilicio olim utebantur.*
5 *Iudicium idem est de non entibus, & de non apparentibus.*

SINGVLARE CLIIII.

1 POena † corporalis propter pœnitentiam in delictis consummatis maximè atrocibus, nõ tollitur. l. qui ea mente. vbi Bart. ff. de furtis. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædili. edicto. l. pen. ff. vi bonorum raptorum: quæ iura dicunt,

dicunt, nemo sua pœnitentia delinquens esse desinit, vt pœnam corporalem euitet. Sed in crimine hære-
2 sis aliter est, quòd perpetrans illud, euitat pœnam † corporalem per spontaneam confessionem. l. Manichæos. C. de hære. ibi. delicti veniam petentibus damus. l. fin. in fine. C. de summa Trini. & fide catho. c. ad abolendã. de hære. ibi, nisi continuo post deprehensionem, & ibi, confestim ad fidem confugerit. ubi Abb. num. 6. inquit si hæreticus incontinenti, & spontè redit ad fidem, euadit pœnam mortis: licet aliud sit in alijs delictis. Idem Abb. in cap. excommunicamus. 1. nu. 10. eo. tit. dicens, quòd ad fidem potest redire, ut non patiatur pœnam ignis, etiam post condemnationem & sententiam diffinitiuam, ante realem traditionem iudici sęculari. Hãc opinionem dicit esse communem Boërius decisione. 343. declarat Gundissal. de Villa. de hæret. q. 20. col. 1. quod latissimè examinat Paulus Grillan. de hæret. q. 5. num. 3. cum sequentibus: sed in prima Instructione Hispalensi, cautum est. ca. 12. quòd vsque ad prolationem sententiæ, quam refert Iacob. Septi in Instit. cath. c. 46. num. 9. & in prædicta prima Instructione Hispalensi. c. 8. & 11. cautum est, quòd si spõtè suos errores fatetur, antequam denuntietur vel accusetur, uel post capturã, vel ante publicationem testium, ad perpetuos carceres damnandus non est, sed publicam agat pœnitentiam cum ieiunijs & orationibus, per tempus biennij, ut in Concilio Agathensi. c. 60. & nonnulli, ut quendam habitum duplici Cruce signatum publicè portent, per tẽpus ab Inquisitoribus præfinitum, ut in quarta Instru-
3 ctione Toletana. c. 9. & huiusmodi habitus † datur pœnitentibus, ut sint notiores & humilientur: quod originem habuit à 3. lib. Regum. c. 21. vbi Achab rex impijssimus

pijssimus propter vineam Naboth, eum occidit, & ab Helia fuit correptus, & publicam pœnitentiam fecit, & posuit saccum super carnem suam, & ieiunauit & dormiuit in cilicio. c. Achab. de pœni. dist. 3. atque olim pu-
4 blicè pœnitentes † sacco & cilicio vtebantur. c. pœnitẽs c. in c. 50. d. & Iudæi debent portare habitum distinctũ à christianis, ut ex qualitate habitus discerni valeant. c. in nonnullis. de iudæis. l. 4. & l. 27. & 37. tit. 3. li. 8. ord. & dicit Alb. in d. c. in nonnullis. quòd non debent pœnitentes occultare tale signum, aliàs puniũtur: quia de nõ
5 entibus † & non apparentibus idem est iudicium. l. in lege fundi. ff. de contra. emptione. l. repræhẽdẽda. C. de institu. & substi. sub condi. factis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest minuere uel mutare pœnam in iure statutam, nisi ex urgentissima causa.*

2 *Iudex non debet esse clementior lege.*

3 *Inquisitores possunt pęnas in iure expressas commutare, & minuere.*

4 *Inquisitoribus nulla conceditur dispensatio circa relapsos.*

SINGVLARE CLV.

1 POenam in iure statutam sine vrgentissima causa iudex † non potest minuere uel mutare, aliàs iudex puniendus est eadem pœna, qua reus puniendus erat. l. fin. in fi. C. ne sacrum bap. reite. quam dixit sing. Rom. sing. 77. incip. veni. Fel. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. nu. 44. de accusa. & in c. de causis. in prin. de offi. delega. Petrus de Raueua. in alpha. aureo, in uerbo delicta, fol. 27. col. 3. Couarru. llb. 2. varia. resolu. c. 9. in prin. ne iudex † sit clementior lege. c. iudicet. 2. q. 7. l. 1.
2 C. de legi. sed Inquisitores † hæreticæ prauitatis pœ-

nas expressas possunt commutare vel minuere, cap.ut commissi,de hære.lib. 6. tenuit Gundissal. de Villa. de hære.q.8.nu.7.Francis.Squillacen. de fide catho. c. 22. quod verum est,nisi cum relapsis,cum quibus nulla cō-
4 ceditur inquisitoribus † dispensatio.c.excom. 1.§. illos. de hære.c.accusatus.eo.tit.& lib.Fran.Squil.de fide catho.c.20.in fine. Sed hodie limitatus est tex.in d. ca. vt
5 commissi. quòd solus inquisitor † generalis potest dispensare circa pœnam perpetui carceris, & habitus, & pœnitentiarum: vt in quinta Instructione Hispalensi. c.7.& in quarta Toletana. c. 9.

SVMMARIVM.

1 *Lex & constitutio pœnalis uel exorbitans fauore fidei largo modo est interpretanda & extenditur.*

2 *Constitutio quantumcunque pęnalis, quando agitur de salutē animæ extenditur.*

SINGVLARE CLVI.

1 POenalis vel etiam exorbitans lex † vel constitutio fauore fidei largo modo est interpretanda & extendenda:ita dicit Io.And.in c.pen.qui filij sunt legi.Peru. per tex.ibi.& in c.ne aliqui.nu.2.de hæret. lib. 6.Feli.in c.fin. num. 3. de magistris.Gundis.de Villa.de hære.q. 13.nu.17.accedat.gl.sing.in verbo. alios.in c.sciant cūcti.de electio.lib.6.quam dicunt esse sing. Abb. & Feli. in c.non dubium.de sent.excom. idem Alb.in ca.ex tenore,qui filij sunt legi.& Feli.in d.c.fi.nu.3.quòd quan
2 do agitur de vtilitate & salute animæ,constitutio † quātumcunque pœnalis extenditur: prout est in casu præsenti:& quando agitur de vtilitate publica, ut hic. Bart. in l.2.§.exercitium.ff.de his qui not.infa.Decius consi. 372.nu.8.regulariter contra.l.cum quidam.ff.de lib.&

posthu.

posthu.c.statutum.de sen.excom.lib.6.Bart.in l. præti pimus.§.fin.C.de appella. auth.quas actiones. ubi latè Ias. C. de sacrosan.eccles.& in rub.ff.de re iudi.nu. 11. & 13.& in l.de quibus.nu.21.ff.de legi.

SVMMARIVM.

1 *Grauiori pena corporali viles quàm nobiles puniuntur.*
2 *Sola nobilitas est legitima causa minuendi penam.*
3 *Doctor & miles mitius sunt puniendi.*
4 *Nobiles de consuetudine non suspenduntur.*
5 *Viles malunt habere carnem fractam quàm uestem.*
6 *Pena corporalis minima, maior est quacunque pecuniaria in nobilibus personis.*
7 *Pro crimine heresis æqualiter puniuntur nobiles sicut plebei.*

SINGVLARE CLVII.

1 POena † corporali maiori & grauiori puniũtur personæ viles & ignobiles, quàm uobiles seu diuites, uel in dignitate constituti: licet hi pecuniaria pœna grauius condemnentur. l.autem facta.§.persona. ff.de pœnis.l.Pedius.& l.fin. ff. de incendi.ruina,& naufra.l.fin. C.ad l Flauiam, de plagia.l.j. §.item diuus.ff.de sicarijs. l.fina.C.ut nemo priuatus titul.præ.suis vel alie.impo. ubi ponens titulos vel vexilla regia suis rebus, si est plebeius, pœna mortis punitur: sinautem nobilis fuerit, miles, uel clericus, deportatur. cap. qui contra. 1. ubi gloss.sing.24.quæst.1.gl.ubi plenè docentes, in c. cum quidam.de iureiuran.gl.in c.cum Beatus. 65. distin.gl. in c.non cogantur.11.distin.glos.in verb.verberibus.c. fraternitatis.12.q.2.gl.in c.in iudicijs.de reg. iur.lib.6. glos.in parte inferiores.in clem.multorum. de pœnis. Plenè Tiraq.tract.de nobilitate.c.20.nu.104.Couarru. lib.2.resolu.cap.9.Iacob.Septi. in Institu. catho.cap.8. n.13.l.sing.regia.8.tit.31.p.7. ibi, mayor pena deue de

dar al probre que al rico. Otalora optimè in tracta. de nobilitate. §. parte principali. c. fi. nu. 4. ubi omnia nobilium priuilegia congessit. Vnde dicit Bald. in l. fin. C. de summa Trinita. & fide catho. Bart. in d. l. pedius. §. fin. sequitur Hyppo. in l. si quis viduam. num. 28. ff. de quæstio. & in l. 1. §. item diuus. num. 8. ff. de sicarijs. quòd
2 sola dignitas † uel nobilitas est legitima causa minuendi pœnam. Ideo dicit Roma. sing. 574. incip. scis quòd
3 doctor. quòd si doctor † delinquit, mitius puniendus est quàm alius ciuis uel plebeius. Allegat ipse. l. more. & l. fina. ff. de pœnis: & l. statulibet. ff. de quæstio. vnde sing. inquit Bart. in l. desertorem. §. pœna. ff. de re mili. & in l. moris. §. sed etiam. ff. de pœnis: quòd sicut nobiles
4 † de consuetudine in Italia & Gallia propter delicta furca non suspenduntur. glo. in par. torqueatur. in l. 3. ff. de re mili. & Bald. in ca. 1. §. si quis rusticus. de pace tenenda. Abb. in c. pastoralis. in prin. de offic. delega. l. sing. 24. tit. 21. p. 2. ita neq; plebius diues. ita Bart. clarius per text. ibi. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœnis: quia plebei honesti & diuites, quoad pœnas nobilibus æquiparantur. Sequitur Fel. in c. cum quidam. nu. 5. de iureiur. Petrus de Rauena. in alpha. aureo, in uerbo nobilitas, in fine. Pala. Rub. in rep. rub. de dona. inter virum & vxo. §. 9. num. 19. uiles † enim & plebei magis volunt habere carnem fractam, quàm uestem: ut dicit Salic. in l. & si seuerior. col. 2. C. ex quibus causa. infami. irroga. Hypp. in l. 1. §. item diuus. num. 7. ff. de sicariis. & ita intelligenda est. l. in seruorum, in fine.
6 ff. de pœnis. quæ probat quòd pœna † corporalis minima, maior est quacunq; pecuniaria, in personis nobilibus intelligenda est, & non in vilibus personis, quæ malũt pati in corpore, quàm in bonis. Ita dicit idẽ

Bart.

Bar.in l.1.§.fi.ff.de pœnis.Feli.in c. ad liberandum. nu. 4.de iudæis.Sed fauore fidei,pro crimine hęresis æqua
7 liter puniuntur † nobiles sicut plebei : nullo habito respectu ad gradus & dignitates. Ita dicit Archid. in c. qui contra pacem.24.q.1.facit.l.Arriani.C. de hæreti. tenet expresse Feli.in d.c.cum quidam.nu.5.& in c.pastoralis.col.j.de offi.delega.ubi regulam & 9. fallentias in hoc scripsit:& etiam in hoc crimine grauius nobiles sunt puniendi:quia nobilium hæresis grauior & perniciosior est in republica,quàm plebeiorum. Ita dicit Ia. Septi.in Institu.catho.c.45.nu.23.Ludo. Carre.de hæret.§.viso,per totum.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non minor centenaria currit contra Romanam ecclesiam.*
2 *Filij catholici bona patrum hæreticorum annis 40.possidentes,præscribunt contra ecclesiam Romanam.*

SINGVLARE CLVIII.

1 PRæscriptio † centenaria,& non minor, currit contra Romanam ecclesiam.c.de quarta.c. ad audientiam.c.si diligenti,in fine.de præscrip.auth. quas actiones.C.de sacrosanct.eccles.l.26.tit.29.par.3.l.5.tit.11.
2 lib.2.fori.ll.sed bona hæreticorum † quæ ad ecclesiam Romanam pertinent,si à filijs uel extraneis hæredibus catholicis.40.annorum spatio possidentur, ab eis contra Romanam ecclesiam hoc tempore præscribuntur. c.fi.§.fi.vbi gl.Archi.& alij de præscrip.ubi inquit id esse speciale in hoc crimine:& Gundissal.de Villa. de hæreti.quæst.22.num.3.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio.40.annorum currit contra eccleſiam uel monaſterium. Declara ut nu.5.*

2 *Præſcriptio.40.annorum non currit contra eccleſiam prælato exiſtente hæretico.idem ſi ſit excommunicatus.nu.3.*

4 *Vxor quæ habet uirum inutilem dicitur uidua.*

SINGVLARE CLIX.

1 PRæſcriptio † 40. annorum currit contra eccleſiam vel monaſteriũ.c.placuit.§.poſt.16.q.3.c.de quarta.c.ad aures.c.ueniens,de præſcrip.l.26.tit.29.par.7. quod fallit, quando epiſcopus alicuius eccleſiæ eſt hæreticus:nam aduerſus eius eccleſiam non currit huiuſ-
2 modi præſcriptio † quia interim eccleſiam vacare intelligitur.c.1.ubi gl.& docentes,de præſcrip.c.quia diuerſitatem.de conceſ.præben. gl. ſing. in c.prima actione. 16.q.1.quæ hoc ampliat, etiam ſi præ atus eſſet tãtum excommunicatus,quòd interim contra eccleſiam non
3 currit præſcriptio.Hoſt.in c.cum non liceat. ubi Abb. nu.7.de præſcri.bene Fel.in cap.inter quatuor.nu.3.de maio.& obedien. poterit eſſe ratio: quia interim non poteſt agere:& paria ſunt,nullum habere prælatum eccleſiã,uel habere inutilem.cap.2.§.ſed neque. de tranſla.epiſcop.& dicit gloſſ.ſingul.in uerbo orbitantes, in
4 l.fina.C.ad l.Flauiam,de plagi, quòd vxor † quæ habet virum inutilem,dicitur vidua. Iaſ. in l. quotiens. ff. qui ſatiſd.cogan.latè in l.4.§.condemnatum. ff. de re iudi. & in l.licet.C.de procur.Hyppol. ſing. 431. incip.dixi tibi.& conſil.120.in hac cauſa.colum.1. & id quòd di-
5 ctum eſt, quòd ſola quadragenalis † præſcriptio currit contra eccleſiam,intelligẽdum eſt,in actionib. reali-

bus:in personalibus verò,datur ecclesiæ tempus ordinarium,ut in actione redibitoria,& in alijs. gl.est sing. in parte restituerent.in ca.cum causam. de emptio. & vendi.quam ibi Abb.& alij sequuntur,& Ant.Cors.in sing.incip.præscriptio licet regulariter.fol.176. col.4.

SVMMARIVM.

1 *Delicta tolluntur præscriptione viginti annorum, etiam si sint occulta,& contra iudices ignorantes.nu.2.*

3 *Tempus omne datum a lege regulariter ab initio, in medio, & in suo progressu est continuum,& currit ignoranti,absenti,uel impedito.*

4 *Delinquens in crimine hæresis omni tempore accusari potest,etiam usque ad mille annos.*

5 *Temporis diuturnitas peccatum non minuit,sed potius auget.*

6 *Præscriptio nulla unquam currit in foro conscientiæ.*

7 *Iuri agendi fundato super peccato nunquam præscribitur.*

SINGVLARE CLX.

1 PRæscriptione 20.annorũ delicta † tolluntur. l.quærela. C.de falsis.notatur in l.sed si unus.§. sin aũt ff.de iniurijs.c.cum venerabilis. de exceptio. gl.in par. post sententiam.in c.1.eo. tit. Abb. in c.cum haberet. nu.4.de eo qui duxit in mat.quam pol.per adul.l.5.tit.
2 7.p.7.ẽt si delicta † sint occulta,&contra iudices ignorãtes,ita dixit sing.Bal.per tex.ibi.in l.fi.C. de edendo.& in l.captatorias.in fi.C.de mili. testa.ꝙ optimè facit ad rubrum & nigrum.C.& ff.ne de statu defunctorũ post quinquennium quæra. & ad petitionem. 116.de Madrid.anno.1528. ꝙ illud tempus duorum mensiũ datũ iudicibus ad accusandum, contra ludentes ludo alearum,procedat contra iudices etiam ignorantes,atque etiam si ludus esset occultus.Ideo dicit Bal.in c.fi. uer. pone quòd maleficium. de offi.delega. sequitur Hyp-

po.in l.fi.in prin.ff.de iuris.omni.iudi,ꝗ si statutũ ponit terminũ intraquẽ debet inquiri de aliquo delicto,ét si delictum sit notoriũ, & per confessionem delinquentis constet de delicto, non potest inquiri:præsertim,quòd
3 omne tempus † datum à lege, regulariter ab initio, & medio,& in suo progressu est cõtinuum,& currit ignoranti seu absenti,uel impedito.gl.& ibi Bar.in rub.ff.de diuers.& tempo.præscrip. gl. in verbo non cessantibus, in l.contra maiores.C.de inoffi.testa.glos.in prin.Insti. de vsucapio.gl.in parte annum.in §. rursus.Insti.de act. gl.sing.in l.fi.C.de tempo.in integ.resti.gl.in parte continuum.in cle.vnica.de in integ. resti. Bal.in l.fi.in fine. C.de dilatio.& in l.2.num. 8. C. de ædili. actio.& in l.si quando.num.7.C.de testi.Ias.in l.2.col.1.C.qui admitti:& in d.l.contra maiores.Latè Feli.in c.quærenti.col. 1.de offi.delega.Hyppol.in practi.caus.crimi.§. constãte.nu.87.cum seq.sed in crimine hęresis hoc speciale re
4 peritur, † quòd delinquens omni tempore potest accusari:etiam vsque ad mille annos.l.apostatarum. C.de aposta.quam l.ad hoc allegat.gl.fi.in d.l. quærelam. c.j. de homic.lib.6.Franciscus Balb.de præscrip.quarta parte prin.post principium. Gundissal. de Villa. de hæreticis.q.22.nu.3.Hyppol.in l,qui falsam monetam. §. accusatio.nu,2.ff.de falsis.dicens idem esse in crimine symoniæ, falsæ monetæ, & læsæ maiestatis: diuturnitas
5 † enim temporis peccatum non minuit, sed potius auget.c.cum haberet.in fine.de eo qui duxit in ma.&c.c. fin.de consue.cap.non satis.de symonia,vnde dicit glo. sing.in verbo pœnitentia,in c.admonere.33.q.2.quòd in foro conscientiæ nulla vnquàm currit præscriptio
6 † qnam dicit notab.Abb.in d.c.cum haberet.num.4.& in c.licet causam.nu. 26. de proba. dicens per illam gl.

quòd

quòd quando ius † agendi fundatur super peccato, nũ quàm illud præscribitur. Bal. hoc tenuit in l. j. nu. 38. C. qui accusa. non pos. Fel. in c. fi. nu. 2. de præscrip.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio titulum & bonam fidem requirit.*
2 *Bona fides semper præsumitur in præscribente, nisi contra eum sit ius commune. nu. 3.*
4 *Malafides alicuius probatur per sola indicia.*

SINGVLARE CLXI.

1 PRæscriptio † titulum & bonam fidem requirit. c. vigilanti. c. si diligenti. c. veniens. c. fi. de præscrip. c. licet. 16. quæst. 3. c. possessor malæfidei. de regu. iur. lib. 6. l. si al ena res. ff. de vsucapio. l. nullo iusto. tit. præcedente. C. de rei vendi. & in prin Insti. de vsucap. l. 10. tit. 29.
2 par. 3. & bona † fides semper præsumitur. l. verius. ff. de proba. gl. in c. 3. alia in d. c. si diligenti, de præscrip. & dicta. l. 10. regia. Bart. in l. Celsus. col. penul. ff. de vsucap. Alex. consi. 375. incip. iuridicam esse. nu. 5. & cons. 200. viso in fin. vol. 2. Dec. cons. 375. iuridicam esse. nn. 5. nisi
3 ius † commune sit contra præscribentem. c. 1. de præscrip. lib. 6. Inn. Ioan. And. & alij in c. 2. de in integ. resti. glos. in d. l. 10. quæ refert quinque modos quibus probatur mala fides. Optimè Dinus in d. reg. possessor. &
4 per sola indicia probatur † mala fides alicuius. l. pe. vbi Bal. C. de euictio. Ang. in l. j. C. de vsucap. trasfor. Hyppol. sing. 34. incip. mala fides, id quod supra dictum est fallit fauore fidei, & in odium hæreticorum in casu. c. j. de præscrip. gl. fi. in d. reg. possessor. cap. porrò. c. placuit in 2. 16. q. 3. ubi si aliquis episcopus negligit populum suum reuocare ab hæresibus, & alter episcopus eum reuocat, & fidem catholicam docet, illum populum præscribit per triennium etiam in mala in fide.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio an minor 40.an.currit contra eccleſiam.*

SINGVLARE CLXII.

1 PRæſcriptio † 40.an.&nõ minor,currit ꝯ eccleſiã.c. de quarta.c.ad aures.c.veniẽs, de pſcr. Auth.quas actiones.C.de S.ſanc.eccleſ.l.26.ti.29.p.3.hoc fauore fidei catholicæ, ꝙ ſola triẽnalis pſcriptio currat ꝯ eccleſiã in caſu.c.1.depræſcr. ubi gl.& dd.dicunt illud ſpeciale fauore fidei idem .c.porrò.c.placuit.2.in prin.16.q.3.ſup.ſin.160.

1 *Priuilegium reuocandi forum quibus competat, uel non,remiſſiue.*

2 *Inquiſitores procedere poßunt contra quoſcunque priuilegiatos.*

SINGVLARE CLXIII.

1 PRriuilegiũ † habent nõnulli reuocãdi forũ,ut non cõueniant niſi corã iudicib.in priuilegio cõtẽtis l.ſi qs ex.ff.de iudi. Auth.habita. C. ne filius ꝓ pat.c.cũ ordinẽ.

2 de pſc.ſed Inquiſitores † hæreticæ prauitatis poſſunt procedere contra quoſcunq; priuilegiatos & de hæreſe cõdẽnare nõ obſt.quocunq; priuilegio,ẽt ſi ſint fratres minores, uel pdicatores,uel milites diui Iac.c. excõicamus. 1.§.credẽtes.c.ad abolendã.§.fi.de hære.Anch.in c.vt officiũ.n.4.de hære.li.6.Gund.de Villa.de hære.q.7.nu.14.Iaco.Sep.in Inſti.cath.c.34.nu.16.dicens. ita in pract.fuiſſe iudicatũ: optimè Lud. Carr. de hær. §.verſa aũt uice.n.2.

1 *Probõnes in crĩalib. luce meridiana clariores:an in ciuilib.nu.5.*

3 *Ex præſumptionibus indubitatis non poteſt poni pœna corporalis. ex uiolentis punitur pœna ordinaria delictum.4.*

6 *An præſumptiones ſufficiant in crimine hæreſis ad condemnationẽ.*

7 *Ratione difficilis probationis, imperfecta probatio, ualet. Declaratur Inno. in c. ſicut. de ſymonia.nu.8. In crimine hæreſis duo tantum teſtes ſufficiunt,etiam ad conuincẽdum Ro. Pontif. 9.10.*

11 *Teſtes eſſe oportet omni exceptione maiores contra præſ.iuris.*

SINGVLARE CLXIIII.

1 PRobatiões † in cauſis crĩalib.luce meridiana clariores eẽ dẽnt.l. fi.C.de ꝓb.l.addictos. C.deap.c. ſciãt cũcti.2.q.8.c.Epiphan.5.q.vlt.l. 12.tit.14.p.3.l.ſin. 26.tit.1.p.7.& oportet ꝓbõnes in crĩalib.ita eſſe certas, ꝙ

non

nõ possit ꝓbabiliter aliud dissuaderi. Ita Bal.&Sal.in d.
l.fi.est sin.tex. in l.qui sñiam.C.de pœ.latè Aeg.Bos.in
2 prac.cri.ti.de cõuictis.nu.13.iõ p̃sumptiones† in causis
ciuilib.sufficiunt,non in criminalib.Ant.c.quanto.de p̃
sump.Abb.in c.2.e.tit. Alex.cõs.15.uiso processu.vol.j.
Dec.cõs.175.in cã falsitatis,nu.6.& in cõs. 189.incip.
lætatus sum,n.3.q̃a pœna corporalis minima, maior ẽ
quacunq; pecuniaria.l.in seruorũ,in fi.ff.de pœ.Bar.in
l.1.§.fi. ff. de pœ.Hypp.in l.1.§.itẽ diuus,nu.6.ff.de sic.
3 Hinc est,ꝙ†ex p̃sumptionib.& indubitatis indicijs, nõ
poterit iudex ponere pęnã corporalẽ,sed pœnã pecu-
niariã pro delicto.Expresse Gãdi.in trac. male. rub.de
p̃sumptionib. indubitatis, q.j. in fi. dicens ꝙ Bononiæ
tp̃e suo uidit ꝑ oẽs doc.Bonõ.practicari.Sequit̃ Alex.
cons.115.in cã inquisitionis, in fi.vol.3.Cep.in cõs.cri.
6.veritas 1.dub.nu.10.& cõs.32.Dec.in c.3.loco,n.12.
* de prob.hanc dixit esse cõem opin.Hypp. in certis deli
ctis ibi exceptis in rep.rub.C.de prob.n.237.& rñdet
ad l.si q̃ adulterij.C.de adult.&ad alia iura q̃ vñr oppo-
sitũ probare.Ideo dicit sin.Inno.in c.quia verisimile,in
4 fine,de p̃sumptio.ꝙ † ex præsumptionib.ẽt violentis &
indubitatis nõ est ponẽda pęna ordinaria delicti, sed
alia minor.Allegat Inn.tex. in c.afferte, de p̃sumptio.
vbi Salomon ex p̃sumptione violẽtissima adiudicauit
mulieri filiũ suũ:nõ tñ uoluit aliã ad mortẽ condemna
re,ad quã iustè erat condẽnanda,si legitimè esset ꝓba
tũ contra eam,ꝙ filiũ alterius clam surripuisset.l.fi. C.
ad l.Flaui.de plagi.l.j.&pe.ff.e.tit.Hoc dictũ Inn. sequit̃
Bal.in l.si fugitiui. nu.5.in fi.C.de seruis fugi.& in l.fi.
C.de probõ.& in l.1.C.de his qui latro.occulta. Alex.
cõs.15.viso ꝓcessu.n. 10. vol.1.Abb.in c.auditis,n.32.
de p̃scri.& in d.c.afferte,n.6.& in c.quãto, in prin.de
præsum-

prȩsumptio.Iaſ.in l.ut vim,num.13.ff.de iuſtitia & iure. & in rep.l.admonendi,nu.234.ff. de iureiur. Dec. in c. 3.loco.nu.12.de proba.Idem Dec.in c.cum venerabilis nu.20.de exceptio.& in l. 1. lectura ſecunda, nu.60.ff. ſi cert.peta.& ibi.nu.63. hanc fatetur eſſe communem opinionem,ſequitur Hyppol.in l.1.§.item diuus.nu.37. ff.de ſicarijs.Plenius in rub.C.de proba.num.241. & in l.1.num.57.C. de ſicarijs.ubi aliqua ex prædicto dicto Inno.infert.& Martinus Nauarrus in c.ſacerdos.num. 163.de pȩni.diſtin.6. Boerius deciſione. 164.Lucas de Penna.in l.quicunque.C.de apoch.publi.lib.10.& Frã-ciſcus Brunus de iudicijs,q.4.primæ partis, colum.fi.& Thomas Ferrarius cautè ſupra.nu.5. Thom.Gramma. in uoto.12.incip.in cauſis accuſationis,num.11. ubi id ampliat habere locum in criminibus, quæ ſunt difficilis probationis: quod contrarium tenuit Hyppol. in repe. rubr.C.de probatio.nume.237. & ſi in cauſis ciuilibus
5 † ex aliquibus præſumptionibus & indicijs fiat vna integra & perfecta probatio. gloſ.ſing.in parte legitimis teſtibus,in l.2.ff.de excuſa.tuto.gloſ.in parte numerus, in l.3.ff.dȩ teſti.gloſ.fi.in c.cum cauſam, de proba.gl.in uerbo fama.in c.illud,de præſumptio.gl. in parte dicta, in c.literis,de præſum.gl.in verbo teſtis, in c. cum dilectus.de ſucce.ab inteſta.iuxta illud vulgare,ſingula quȩ non proſunt,multa collecta iuuant. l.rationes.l.inſtrumenta.C.de proba.quod magiſtraliter declarat Bal. in l.qui ſpadonem. §. qui iura multa.ff.de excuſ.tut.Alex. conſi.21.incip.repetitioni in prin. & in conſi.52.circa hanc.num.38.vol.4.latè Hyppol.in rep.rub. C.de proba.nu.309.cum ſeq.In cauſis uerò criminalibus, ex pluribus indicijs & præſumptionibus non fit perfecta probatio.gl.eſt ſing.in verb.illorum.in c. veniens. 1.de teſti. Gandi.

sti.Gandi.tracta.malefi.rub.de præsumptio.& inditijs. Hyppo.in d rub.C.de proba.nu.310. allegando.l.fi.C. eod .titu.& in consi.20.in hac præsenti dubitatione. nu.
6 48.Sed speciale videtur in † crimine hæresis,quòd indi tia & præsumptiones sufficiunt ad condemnationem.l. 2.in fi.C.de hæreti.ibi.qui leui argumento à fide catho lica deuiat,hæreticus est censendus.Ideo dicit sing.Inn. in cap. sicut. de symonia,quòd leuia signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum: sed illa signa opor tet plenè probari:ac ita intelligit Inno.tex. in c. literas. de præsumptio. idem probare videtur c. excommunicamus.1.§.fi.de hæreti.ibi,cum id certis inditijs apparuerit:& ibi glo.inquit:nota,quòd per inditia probatur crimen hæresis.cap.cum contumacia.de hęre.lib.6.ubi propter præsumptionem quæ ex cursu anni causatur, verus hæreticus iudicatur. c. accusatus, eodem titu. & lib. ubi quis verus relapsus dicitur, etiam si tēpore abiurationis delictum non erat plenè probatum. Ita per aliqua ex prædictis iuribus tenuit Paulus Grillanus de hæreticis, quæstione. 8. nu. 2.& quæstione decimatertia in fine: quibus accedat iuris regula, quòd ratione
7 † difficilis probationis, minus legitima probatio habetur pro plena probatione:ut in delictis quæ clàm &occultè solent perpetrari:prout est crimen hæresis.c.maritis.de adulte.l.si vicinus.C.de nuptijs.l.pen.C.de hæret.Hanc regulam tradit Bart. in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.nu.17.ff.de noui.ope.nuntia. Bald.in l.quicunque.nu.24.C. de seruis fugi.& in auth.quas actiones.in fine.C.de sacrosanct.eccles. Ias. in l. si quis ex argentarijs.§.prætor ait.nu.20.ff.de edendo : & in l.cum ea.nn.5.C.de transact.Petrus Gerar.sing.8. incip.nota quòd in casibus.Hyppo.in rub.de proba. C.nu.8.Con

trariam

trariam verò ſententiam, quòd non ſufficiunt ad probandum hoc crimen inditia vel præſumptiones, tenuit Ioan. de Imola. in clem. 1. de hære. Peruſ. in c. accuſatus. nu. 3. eodem titu. lib. 6. Oldra. conſi. 110. incip. pro concordia. in prin. gl. Abb. & Fel. & magis communiter docentes in d. c. literas, per text. ibi. quòd probationes in crimine hæreſis debent eſſe luce clariores. Io. Nicola. de hære. not. 26. incip. & ſi in criminalibus. Fran. Squillacen. de fide catho. c. 26. & melius. c. 31. Pala. Rub. in allega. hæreſis. §. 12. in fine: & Iaco. Septi. in Inſtit. cath. c. 49. nu. 14. & c. 50. nu. 6. qui omnes intelligunt & de-
8 clarant dictum Innoc. quòd ſigna † vel præſumptiones ſufficiunt: videlicet vt procedatur cõtra hæreticum, ad capturam, vel purgationem indicendam. Ita hodie decretum eſt in prima Inſtructione Hiſpalenſi. c. 15. Ideo dicitur in d. c. literas. de præſumptio. ex præſumptione quamuis vehementi, non debet quis de tanto crimine condemnari. & ad probãdum hoc crimen hæreſis, duo
9 tantum teſtes ſufficiunt. † Io. And. & Domi. in c. ut officium. §. verum. vbi Peruſ. nu. 3. de hære. lib. 6. Cardi. in cle. 1. eod. tit. Gundiſſal. de Villa. de hære. q. 13. nu. 9. Sylueſter in ſua ſumma, in verbo hæreſis. 2. quarta. q. Carrerius in practi. nu. 162. & Alphonſus Guerrero in theſauro religionis Chriſtianæ. titu. de hæreticis. num. 20. Hanc dixit communem, Iacobus Septi. in Inſtitu. catho. c. 50. nu. 3. & Nicolaus Boerius deciſione. 342. incip. & videtur, ubi magiſtraliter: & Aegidius Boſſius, in practi. titu. de hære. nu. 4. contra Hoſti. titu. de hære. §. qualiter. verſi. ut autem, dicentem, duos teſtes in hoc crimine non ſufficere: & meretur Hoſt. reprobari, quia caſus iſte non videtur exceptus ab illa regula diuini & humani iuris, In ore duorum uel trium eſt omne verbũ

cap.in omni negotio.c.licet vniuersis.de testi.cap.cum esses.de testa.ad quod facit optima gl. in c.præsul.2.q.
10 5. quòd Romanus † Pontifex potest côuinci per duos testes de crimine hæresis,quam dixit sing.Abb.in cap. tertio loco.nu.6.de proba.& in c.quotiens in princ.& in c.super eo,in 2.nu.2.& in c.licet vniuersis. in prin.de testi.& in c.cum esses.in rep.num.16. de testa.& in c.1. num.5.in fine.de procura.& Ant.Cor.sing.incip.Papa potest.& Dec.cons.100.in causa inquisitionis, in prin. & Aegidius Bossius in practica criminali. titu. de confessis,in prin.& in tit. de hæreticis,nu.5.& Repertoriū Inquisitorum,verb.testes.§.per quos. & Berna.diaz de Luco.in practi.cano. c. 120.in fine: & tales duo testes
10 † esse debent omni exceptione maiores. c.in primis.2. q.1.glos.& doct.in c. atsi clerici. de iudi. nam in hoc crimine de maiori præiuditio agitur, quàm in alijs criminibus,propter grauiores pœnas: & propter propriam & suorum,atque descendentium, & cognatorum infamiam.Ioan.Lupus allega. hæresis. §. 13.& Albertinus in c.1.q.16.nu.25.de hære.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Probatio in contrariū non admittitur contra præsumptionem iuris & de iure.fallit in crimine hæresis. nu. 3.*

2 *Condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure,non potest appellare præsumptionem.*

4 *Testes omni exceptione maiores admittuntur contra iuris & de iure.*

5 *Contumax habitus pro confesso ex forma statuti, potest appellare.*

SINGVLARE CLXV.

1 PRobatio † in contrarium non admittitur contra p̄sumptionē iuris & de iure. l. si qui adulterij.C.de adulte.l.antiquæ.C.ad Velleia.l.fi.C.de arbi. tute.gl.fi.

in l.

in l.siue possidetis.C.de proba.glo.ordinaria in c.is qui fidem.de sponsa. gl.in c.ferrum.50.dist.gl.in c.fraternitatem.54.dist.regulam &9.fallen.scripsit Soc.reg.384. incip.probatio in contrarium. Latè Ias.post antiquos in l.2.num.6.cum seq.C.qui testa.face.pos.Plures effectus huius præsumptionis refert Hyppol. in rub.C.de proba.nu.72. cum seq.& in sing.116.incip.præsumpt. inter quos sing.& maximus effectus est,quòd condem
2 natus † ex præsumptione iuris,& de iure,nō potest appellare. Ita tenuit Bal. expresè in l. si qui adulterij.C. de adulte. & in l. quædam mulier. ff. fami. ercis. Hyppol.in rub.C.de proba.nu.245.quia habetur pro confesso &conuicto,ideo nō auditur appellans.l.2.C.quorum appella. non recipi. & præsumptiones iuris, & de iure sunt liquidissimæ probationes.l.si tutor petitus:& ibi glos. fi.C.de peri.tuto.& cura.l.licet Imperator.ubi
3 latè Ias.ff.de leg. 1. sed in crimine hæresis probatio † in contrarium admittitur contra prædictam pręsumptionem,ut docuit Domi. & Fran.in c. filij vel hæredes, de hęre.lib.6.Iacob.Sept.in Institu.catho.c.50. in fine,ubi
4 exempla huius rei subijcit: & quando testes † sunt legalissimi,omniq; exceptione maiores admittuntur,cōtra præsumptionem iuris,& de iure.Ant.de Butrio in cap. vidua.de regula.Hyppol.in l.1.§.si quis vltro. num.11. ff.de quæstio.& consi.1.nu.77. idemque dicendum arbitror in casu.l.1.tit.3.lib. 3.ordi. quòd qui intra nouē dies litem non contestatur habetur pro confesso: qđ in illo casu admittatur probatio in contrarium: veluti si aliquo iusto impedimento erat impeditus. Ita tenet Bald. tanquàm si dictam legem regiam vidisset, in l.ita demum,in fine.C.de procura. Paul.Ang. & Sali. in l.2. & ibi Ias.nu.6.C.qui testa.face.pos.Dec.in c.2.in princ.

de

de proba.unde dicit Ang.in l.si debitor.ff.de iudi.Bart. in l.fi.§.1.post glo.ibi.ff.de appella.Abb.in c.1.nu.26.vt lite non contesta.quòd si in aliquo statuto cautum est,
5 quòd non comparens habeatur pro confesso, † quòd poterit appellare: quod quippe optimum remedium est ad d.l.1.tit.3.lib.3.ordi.

SVMMARIVM.

1 *Facta domi probantur per domesticos & familiares. & isti præferuntur alijs.nu.2.*
3 *Domestici & familiares quo casu in crimine hæresis non admittantur.*
4 *Mente captus dicitur qui non habet memoriam ordinatam.*
5 *Insani sunt & fatui qui per uias deridenda loquuntur.*
6 *Dementia uel furor septem modis probatur*
7 *Actus factus a furioso habente dilucida interualla, præsumitur factus tempore furoris in dubio.*
8 *Verba testamenti, testatorem esse sanum mente & intellectu, & corpore infirmum, an probent.*

SINGVLARE CLXVI.

PRobantur ea quæ domi fiunt † per illos qui sunt de domo uel de familia.l.consensu.§.super plagis. C. de repu.l.interrogari.C.de quæstio.l.si quis in graui.§. si pupillus.ff.ad Silla.c.veniẽs.in 2.de testi.c.3.loco, vbi in uerbo iurati.& docto.de proba.Bal.in l.parentes.C. de testi.Bar.in l.quotiens, nu. 2.C.de naufra.li.11.Ias.in l.sed & si quis.nu.4.ff.si quis caus.Feli.in c.in literis, nu. 6.de testi.Hæc enim melius sciunt domestici & familiares quàm extranei:ideo dicit Barto.in d.l.quotiens, ꝙ
2 ad probandum ea quæ domi fiunt,domestici † alijs preferuntur.Idem Feli.ubi supra.Hyppol. in l.1.§.ad quæstionem,nu.5.ff.de quæstio.c.super prudentia. 14. q.2. l.8.tit.8.lib.2.fori.ll.Ioannes Berna.diaz reg. 746.testis dome-

domesticus.falle.4. Sed speciale est in odium tanti cri-
3 minis hæresis domesticos † & familiares non admitti ad probandum, quòd pater uel dominus non erat sanę mentis quando in infirmitate ab hæreticis recipiebant illam benedictionem, uel potius maledictionem, cũ manus impositione, casus est & ibi Archi. & Domi. & alij in c.filij, uel nepotes. de hære.lib.6.ex quo tex.ibi
4 Domi.nota. 4. quòd ille dicitur mente captus † qui nõ habet memoriam ordinatam, & ex uerbis inordinatis quis dicitur dęmens.l.apud Iulianum.§.1. ubi Barto.ff. de leg.1.l.is cui.§.fi.ff.de tuto. & cura. datis ab his.glos. fi.in l.nec codicillos.C.de codici.glos.in c.legimus.93. dist.gl.in c.Gundissal, 17.q. 2. quia fatuus est qui fatua loquitur.l.quidam in suo.ff.de condi.institu. his uerbis inquit illa.l. quidam in suo testamẽto hæredem scripsit sub tali conditione, ut reliquias eius in mare abijciat, & dicit d.c.legimus.Legimus in Esaia, ꝙ fatuus est qui fatua loquitur, sing.l.ob quæ uitia, in prin.ff.de ædil.edicto.ꝙ qui per uias more insanorum deridenda loquun
5 tur, insani † sunt & fatui: quem tex. dixit sing. Ang.in l. si cum dotem.§.si maritus.ff.sol.matrim.Idem & Alex. in l.furiosum.C.qui testa.face.pos.& qui proijcit lapides per uias dicitur furiosus.l.2.C.de iudæis. gl.in uerbo ferendus, ubi Bald.& Ang.in d.§. si maritus.septem
6 modis probatur dementia, † uel furor, ut per Ias.in d.l. furiosum, nu.4.Dec.cons.448.vis tota. in prin.& quan
7 do aliquis est furiosus † per dilucida interualla, actus ab eo gestus in dubio præsumitur factus tempore furoris, & non tempore sanæ mentis.glos. est sing. in uerbo compoten.in c.fi.de successio.ab intesta.glos. simi.in c. iudicas per mannum, in uerbo ostenderis. 3. q.9.quas sequitur Ioan.de Imol.in l. qui testamento.§.ne furiosus.

ſus.ff.de teſta.Card.& Anch. in cle. unica, in prin. de
* homici.Alex.in d.l.furioſum,vbi Iaſ.nu.5.Idem Iaſ. ubi
dicit eſſe communem opinionem cum prædictis.gl. in
l.patre furioſo,nu.5. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu.in
quo loco ſcripſit rationes dubitandi, & decidendi ad
dictas gloſſas.l.6.tit.2.p.4.ſed in teſtamento cuiuſdam
nobilis Lupi de Concha, fuit dubitatum: an illa verba
8 † notarij quæ in principio teſtamenti dicũt, teſtatorẽ
eſſe ſanum mente,& intellectu, & corpore infirmum,
probent.Ioan.de Imo.in l.2.ff.de teſta. dicit quòd ſic.
* ſed contrariam partem dicit eſſe communem, Iaſ. per
aliqua fundamenta,contra Ioan.de Imo. in l.ſenium.
nu.3.C.qui teſta.face.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Actoris intentione fundata, reus admittitur ad defenſiones ex exceptiones probandas.*
2 *Probatio non admittitur in contrarium, ſi ſuſpectus in uita de hæreſi in morte benedictionem ab hæreticis accepit.*

SINGVLARE CLXVII.

1 PRobata & fundata intẽtione actoris, † reus admittitur ad defenſiones, & exceptiones probandas. c. finem litibus.de dolo, & contu. c.ſeries.de teſti.

Sed ſi aliquis in vita erat ſuſpectus de hæreſi, & in
morte benedictiones ab hæreticis accepit,non admitti
2 tur probatio † in contrarium. cap. filij uel nepotes,de
hære.lib.6.ubi gl.Ioan.And.& Fran.ibi,dicunt illud eſſe
ſpeciale ibi fauore fidei.

SVMMARIVM.

1 *Principes ſeculares non poſſunt alicui immunitatem concedere,ut a iuriſdictione inquiſitorum ſint exempti.*

SINGVLARE CLXVIII.

1 PRincipes, † seu Reges, vel Imperatores nō possunt alicui immunitatem concedere, ut à iurisdictione inquisitorum sint exempti. c. excommunicamus. 1. §. credentes. in fine, c. sicut. c. ad abolēdam. §. fi. ubi Ioan. de Ana. & alij. de hære. Et habetur in sessione. 19. concilij Constantiensis, Gundissal. de Villa. de hære. q. 7. nu. 14. Iacob. Sep. in Institu. catho. c. 34. nu. 16.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non admittitur in criminalibus, neque ad agendum neque ad defendendum. Fallit in carcerato pro heresi. nu. 2.*

SINGVLARE CLXIX.

1 PRocurator † non interuenit in causis criminalibus, maximè in grauioribus criminibus, neq; ad agendum, neque ad defendendum. l. pe. §. ad crimen. ff. de publi. iudi c. ueniens, de accusa. c. 1. in fine. c. in criminalibus. 5. q. 3. c. si quando. 2. q. 6. ubi glo. magistra. 14. fàllen. refert, gl. fin. in d. c. ueniens. l. 12. tit. 5. q. 3. quia sententia ferenda est in personam procuratoris, aliàs est nulla. l. 1. C. de senten. & interlo. omnium iudi. l. licet. §. pe. ff. de procu. & ne procurator pro alieno delicto iniustè condemnetur: sed pro reo qui pro crimine hære-
2 sis in carceribus inclusus est, procurator † potest intercedere, ut in prima Instructione Hispalensi. c. 16. quā declarat & limitat Iaco. Sep. in Institu. catho. ca. 51. in prin. & etiam sine mandato. l. non tantum. ubi Bart. ff. de appella. Bal. in l. addictos. C. de epis. audien. Gand. in tracta. malefi. rub. utrum procurator in maleficijs interueniat; uersi. item pone.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prodigus, uel is cui bonis interdictum est, contrahendo potest alterum obligare & suam conditionem meliorem facere, sed ipse non obligatur.*
2 *Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.*
3 *Hæreticus contrahendo in sui odium obligatur.*

SINGVLARE CLXX.

1 PRodigus † uel is cui bonis interdictum est, contrahendo alterum potest obligare, & suam conditionem meliorem facere, sed ipse non obligatur. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. l. is qui. ff. de tuto. & cura. datis ab ijs, quia hoc in fauorẽ prodigi inductum fuit, ideo in eius odium non debet retorqueri: quia inducta
2 † ad vnnm effectum non debent operari contrarium. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. quod fauore. C. de legi. etiam si in tali contractu à prodigo facto iuramentum interueniat, non obligatur. Feder. de Senis, consi. 31. incip. minore. Bar. Alex. & alij in d. l. is cui bonis, ubi
* Iaf. nu. 18. hanc fatetur esse communem opinionẽ, quæ omnia supradicta in hæretico locũ non habent, qui ẽt si interdictũ bonis sit, obligaт. l. Manichęos. C. de hęre. c. excommunicamus. 1. §. credentes. de hære. c. cum secundum leges, eo. tit. lib. 6. l. 4. in fine, tit. 26. p. 7. hære-
3 ticus igitur contrahendo † in sui odiũ obligatur. Pau. Castren. in d. l. si is cui bonis. Ioan. Nicola. Arela. de hęre. nota. 43. incip. singulariter.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores eadem pœna puniuntur qua rei principales.*
2 *Affinis uel consanguineus delinquentem scienter receptans mitius puniendus est.*
3 *Mulier scienter receptans virum suum delinquentem, uel econtra, nullam pœnam meretur.*

4 *Consanguinei uel affines hæreticorum receptantes eos puniuntur, nec excusantur ratione sanguinis.*

5 *Occultans hæreticum scienter potest puniri de hæresi tamquam hæreticus. & assignatur ratio.*

6 *Receptator non dicitur per dationem cibi & potus.*

7 *Receptatores uel fauctores hæreticorum non poßunt de hoc crimine post mortem accusari uel damnari.*

SINGVLARE CLXXI.

1 Receptatores † eadem pœna puniuntur, qua rei principales.l. 1. C. de his qui.latro. uel alijs crim.reos occulta.l. 1.C.de fals. mone. l. 1.ff. de recepta.l. 3.§.non tantum. ff.de incen.rui.& naufra.l. 18.tit. 14.q. 7.quę regula nonnullas patitur fallentias, quas scripsit Alber. de Gand. tit. de fur.& latro.versi.restat videre.latissimè Hyppo.in l.diuus Adrianus.nu.7.ff.ad l.Pompe. de parri.latius in l. vnica.nu. 197.cum seq. C. de rap. virg. inter quas una

2 præcipua est, quòd si affinis † uel consanguineus delinquentem scientem receptauerit mitius puniendus est. l.fi.de recepta.l. 1.in fine. ff.ad l. Iulia. repetun. Cynus & Bal.in d.l. 1. C. de his qui latrones: & Hyppo.in locis retro citatis. Vnde dixit Spe. tit. de dona.inter virum & vxo.§.fi.quem sequitur Alexan.in addi.ad Bar. in l.fi.ff.de recepta.allegando.l.si cum dotem.§.sin autē

3 in sæuissimo.ff.sol.matri.quòd mulier † receptans sciēter virum suum delinquentem uel econtra: nullam pœnam meretur. Sed in crimine hæresis aliter est:

4 quòd consanguinei † vel affines receptatores puniuntur, neq; excusantur ratione sanguinis.cap. si quis episcopus.de hære.c.de filia.27.q. 1.glo.in cap.excommunicamus. 1.§.credentes.de hære. gl. 2.in l.fin.tit. 1.li.4. fori.tenuit Pau.Grillan.de hære. quæst.9.nu.2. melius q 16.in fine.Ioan.Nicola.de hære.not.29. incip.si quis

amore:

amore:& not.30.incip. adnotato. ubi allegando Bald. in l.1.C.de his qui latro.occult. inquit, quòd occultans
5 † hæreticum ex certa ſcientia poteſt puniri de hæreſi tanquàm hæreticus:nam per hoc crimen cenſetur ſublata agnatio & cognatio,per text.in d. c. ſi quis epiſcopus.tenuit Ludo.Carre.de hære.§. nunc de receptatoribus.nu.24.quo in loco nu.22.inquit,q̄ per dationem
6 cibi & potus non dicitur receptare, † allegat. l. 1.§.qđ autem.ff.de ſerui.corru.Sed fautores uel receptatores
7 hæreticorum nō poſſunt de hoc crimine poſt mortem accuſari uel damnari.c.accuſatus.§.ſi uero.de hære.lib. 6.& ibi Archid.& Io.And.Gundiſ. de Villa. de hære.q. 22.nu.8.Iaco.Septi.in Inſtit.catho.c.15. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Relapſus dicitur qui iterum labitur in hæreſim.*
2 *Fugiens à carceribus punitur vt relapſus.*
3 *Non adimplens pœnitentiam vt relapſus eſt puniendus.*
4 *Relapſus dicitur etiam ſi in alio articulo deliquit.*
5 *Abiuratio eſt quędam hęreſum deteſtatio.*
6 *Ponitur forma abiurationis.*
7 *Clauſula generalis ad ſpecificata tantum refertur.*

SINGVLARE CLXXII.

1 RElapſus dicitur † qui iterum poſt abiurationem labitur in hæreſim.c.accuſatus.de hęre.lib.6.quē tex.allegat pro ſing.Anto.de Butrio.in cap.ad abolendam.in princip.de hæret.Gundiſſal.de Villa. de hæret. q.20.nu.5.& 6.quod etiā ſi tempore abiurationis delictum non erat plenè probatum, ſi iterum labiturdicitur relapſus:& qui traditus erat perpetuo carceri & fu
2 git à carceribus,† punitur tanquàm verè relapſus. cap. excommunicamus,in 2.de hære.in ſpecie Io.And.in c.

vt commissi.§.pe.de hære.lib.6. Ioan. Nicola. de hære. nota.6.incip.non recedant.Sed Iaco.Sept. nititur contra hoc tueri,aliquibus rationibus & fundamentis motus.in Insti.cath.c.16.nu.13.& c.55.nu.4.ꝙ dicitur re-
3 lapsus & pœna relapsorum puniendus,† qui nõ adimplet pœnitentiam sibi iniunctã per Inquisitores.Cald. in c.literas.de præsumptio.Ioan.Nicola.de hære. nota. 30.incip.inter cætera.Fran.Squilla.de fide cath. c. 19. in prin.Iac.Sep.in Instit.cath.c.46.nu.13.& relapsus dicitur qui postquàm factus fuit culpabilis in vno articulo,vel in vna secta hæresis, crimen hæresis generaliter abiurauerit,si postea committat in alium articulũ
4 † vel sectam separatam à prima.c.accusatus.§.1.de hære.lib.6.bene Gundissal.de Villa.de hære. q. 20. nu. 5. quia omnes hæreses sunt nimis connexæ,& habẽt caudas inuicem colligatas:ut his uerbis inquit.c. excommunicamus,in 1.in fin. de hær.c.sed & illud.26. q.2.&
5 talis abiuratio solemnis, est quædam hæresum † detestatio.c.si quis voluerit. 1.q.7. c. ego Berengarius, de conse. d. 2.& tria debet continere hæc abiuratio, vt optimè declarat Iac.Sep.in Insti.cath.c.1.in prin.

Forma verò & modus huius abiurationis habetur
6 † in d.c.ego Berẽga.& in c.inter solicitudines.de purg. vulga.& eam refert Gundiss.de vil.de hære.q.20.nu.7. & latius Ia.Sep.in Insti.cat.c.1.nu. 27. & in directorio inquisitorum.p.3.& Grad.de Turre.crema. in summa. de eccle.li.2.c.22.& Alphon.Guer.in thesauro religio. Christia.n.39.cum seq.in ti.de hær.& Castro,de iusta. hære.punit.li.1.c.fi.in fine,videlicet quòd hęr.promittat amplius non incidere in hæresim quam commisit, & omnes hære.publicè iureiur. detestetur, & fateatur se credere & tenere quod catho.tenet eccle.& hæc ab-

iuratio

iuratio publicè in eccl. vel in alio loco honesto coram populo fieri debet, ut dicunt iura modo allegata: & qui recusat facere hanc purgationem, habetur pro hær. c. excommunicamus. 1. §. adijcimus, in fine, ubi Fel. nu. 4. de hære. Gundissal. de Villa. de hære. q. 15. num. 11. & Iac. Sep. in Insti. catho. c. 1. nu. 25. si autem error fuerit occultus, occulta fiat abiuratio & pœnitentia. c. si peccauerit. 2. q. 1. Archi. in c. filij uel hæredes. de hęre. lib. 6. Ia. Sep. in Insti. catholica. c. 1. nu. 21. finaliter, ut dictum est, abiuratio non solum ad specificata refertur, sed etiã ad omnem aliam sectam uel speciem hæresis diuersam

7 regulariter: contra, quòd clausula † generalis ad specificata tantum refertur. l. si de certa re. C. de transa. l. iubemus. C. ad velle. l. qui cum tutoribus. ff. de transa.

SVMMARIVM.

1 *Remissioni in criminalibus locus est.*
2 *Vbi quis deliquit ibi puniendus est.*
3 *Qua ratione in criminalibus fit remissio.*
4 *Reprobatur in materia remissionis quædam opinio Bur.*
5 *Iudices priusquam reum remittant. 6. considerare debent.*
6 *Ad iudicem non petentem an sit reus remittendus.*
7 *In crimine hæresis an fiat remissio.*
8 *Quòd in religionem diuinam cõmittitur, in omnium fertur iniuriã.*
9 *Ponitur casus in quo etiam in crimine hæresis fit remissio.*
10 *Remissio non fit in delictis leuibus, etiam si petatur.*

SINGVLARE CLXXIII.

1 REmittendus est reus † in criminalibus ad iudicẽ loci in quo deliquit. Auth. vt nulli iudicum, lice. habe. §. si verò quis comprehensorum. col. 9. ubi text. ponit necessitatem iudici, qui cepit reum, vt eum re-

2 mittat ad iudicem loci delicti: ut ibi puniatur † ubi deli quit. Idem probat, Auté. ut iudices sine quoquo suffra. §. si quis autem. col. 2. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis: dicés famosos latrones in ijs locis ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit. l. si enim crimen. §. item imperator rescripsit seruos ibi puniendos, ubi deliquisse arguãtur. & l. fi. ff. de accus. ubi. l. inquit, apud eos accusatur & condemnatur, apud quos crimen contractum est, l. desertorem. ff. de re mili. l. 1. auth. qua in prouincia, ubi de crimine agi opor. c. 1. de rapto. c. 1. de priui. lib. 6. cap. postulasti. vbi gl. & docentes, & cap. fin. de foro compe. gl. sing. in verbo. de more. in cle. pastoralis. §. verum est. de re indi. l. 32. tit. 2. par. 3. l. 2. titu. 17. lib. 8 ordi. l. 3. in lib. fraternitatis. Bart. in d. auth. qua in prouincia. Abb. in c. fi. num. 23. de foro compe. Gandi. tracta. malefi. rub. ubi punitur delinquens, hanc dixit communem opinionem, Hyppol. præsertim in delictis
3 grauibus in l.. vnica. num. 124. ratio est, † quia quando delinquens in loco delicti punitur, pœna delicti potius alijs transijt in exemplum, quàm si alibi puniatur. l. capitalium. §. famosos. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. l. 1. C. ad l. Iul. repe. c. quapropter. 2. q. 7. c. clericos. de coha. cleri. & mulie. cle. 1. de off. ordinarii. est & alia ratio quòd delinquendo iurisdictionem iudicis offendit. l. licitatio. §. quòd illicitè. ff. de publ. & vecti. l. 3. in fine. & l. congruit. ff. de offic. præsid. & quia facilius probatur delictum in loco in quo fuit commissum, quàm alibi. Auth. ut omnes obediant iudici. §. hoc considerandum, coll. 5. omnia prædicta limitat Bart. in l. furtum. & in l. si dominiũ. ff. de furtis. & in l. si abducta. C. eodem. titu. in fure, qui ad locum delicti non est remittendus: quia fur, ut ipse Bartol. inquit, semper furatur tenendo rem alienam

donec

donec illam restituat. Opinionem Bartol. sequitur Guido Papæ decisio.202.in remissione, & dicit cõmunem, Boerius decisio.13.num.43. sed contra Barto.est text.in cap.1.de rapto.& l.ei qui furti. ibi, non magis furti actio. ff. de furtis. Angel.in d.l.si abducta. dicit q opinio Bartol. non potest sustineri: & Cæpola consil. crimi.591.incip.Paulus,in fine dicit, quòd opinio Bar.
4 † cõmuniter reprobatur, & Hyp.consi.30.incip. licet. num.26.& Couarru.lib. secundo varia resolu. cap. 20. num.quinto,& in quæstio.practi. cap. 11.nume.nono,
5 & aduertant iudices qui reos † remittunt, quòd sex considerare debent:ut magistraliter docet Guido Papæ,in dicta decisio.202. quòd constet iudici remittenti,quòd delictum fuit commissum in territorio iudicis
6 requirentis, & quòd petatur remissio † à iudice requirente: secus est si non fuerit petita. Bald. & alij in d.l. 1.C.ubi de crimine agi oportet. Anan.in cap.1.num.8. de rapto.Hyppo.in practi.crimi. §.oportune.num.33. hanc dixit communem. Couarru. in quæstio.practi.ca. 11.num.5.in fine.poterit tamen iudex si voluerit ex vrbanitate remittere reum ad iudicem loci etiam non petentem.Feli.in c.fi.num.10.Abb.consil.24.lib.1.& Couarru.ubi supra: circa hoc inquit egregiè Bald. l.executionem. nume. 23. C. de executione rei iudi. quòd ad hoc quòd fiat remissio ad locum delicti debet peti, antequam reus sit condemnatus,& non postquàm est cõdemnatus: licet in eum non sit facta executio: allegat Bald.l.relegatorum.§.interdicere,vbi est gloss.ff. de inter.& relega. Sed contra hoc proximis diebus ipse iudicaui in causa Roderi. Perez propter rationes supra positas, quæ contra Bald. vrgent. & l. 2. titul.17.lib.8. ordi.Ibi porq; alli adonde cayo en la culpa,& resciba la

pena:

pena: quæ. l. non solum cognitionem, sed etiam executionem considerat: denique speciale est in crimine hæresis, quòd hæreticus non solũ in loco in quo deliquit, sed etiam vbicunque potest capi, puniendus est: neque
7 de eo fieri debet remissio † ad locum delicti: quia vbiq; est tribunal Domini nostri. Ita Albe. in rub. C. de hære. Io. And. & Fran. in c. vt cõmissi. post gl. ibi, in uerbo procedi. de hære. lib. 6. Cardi. in cle. 2. §. denique. de re iud. Guido Papæ, in d. decisione. 202. Villadiego. de hære. q. 8. in fine. Cassanens in consuetu. Burgundiæ. rub. 12. nu. 17. Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 2. nu. 3. dicens ita fuisse iudicatum Pinciæ: nam qui diuinam lædit maie-
8 statem, † omnem creaturam offendit, cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. l. Manichæos. C. de hære. quæ. l. inquit, quòd in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. l. 2. C. de Aposta. l. 2. in prin. tit. 26. par. 7. prædictam commu. opinionem, ꝙ in crimine hære. non est facienda remissio: intelligit & declarat sing. Couarru. in quæstio. practi. c. 11. nu. 12. quando non fuit petita ab inquisitoribus loci delicti, vel quando hæreticus vtrobique, palàm & publicè, uel vtrobique occultè deliquit. Secus si Granatæ hæreticus per actum exteriorem hæresim commiserit, & Valentiam fugerit: vbi animo tantum prauo absque actu
9 exteriori in eadem hæresi perseuerauerit, remissio † in hoc casu facienda est: quia rationes supra in limine positæ vrgent in hoc casu. & dicit Collectarius in c. postulasti. de foro compe. Calde. in cap. 1. de rapto. Cinus in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oportet. Capella Tholo. 329. ubi eius additionator dicit esse communem opinionem. Abb. in c. fin. nu. 5. de foro compe. Couarru. ubi supra. nu. 9. in fi. ꝙ in delictis leuib. remis-
10 sio † facienda non est, etiam si petatur. SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reos etiam iniuste condemnatos adiuuare licet, ueniam pro eis & misericordiam petendo. Fallit in condemnato pro hæresi, etiam si esset spes de correctione. nu. 2.*

3 *Intercedere & orare licet pro condemnatis de hæresi, ut eorum animæ saluentur.*

SINGVLARE CLXXIIII.

1 REos etiam iuste condemnatos † adiuuare licet, ueniam pro eis & misericordiam petendo. l. in metallum. ff. de pœnis. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs. Bart. in l. furti. §. ope. ff. de furtis. c. hi qui. 14. q. vltima. cap. reos. vbi optima gl. 23. q. 5. sed pro condemnatis pro crimi-
2 ne hæresis, hoc non licet † etiam si esset spes de correctione. Ita affirmat Gundis. de Villa. de hæret. q. 10. nu. 3. allegando. l. quisquis, & alia iura. C. ad l. Iulia. maiest. sed reuera contra eum videtur casus in c. nouimus. de verb. signi. ibi, pro eo debet ecclesia efficaciter intercedere: & ita seruāt Inquisitores, quando reos iudicibus secularibus tradunt, ne Inquisitores effusioni sanguinis videantur consentire: sed fortassis opinio Gundissalui procedit quoad ius fori, & d. tex. quoad ius poli, ut hæ-
3 reticorum animæ saluentur, † quòd liceat pro eis intercedere & orare.

SVMMARIVM.

1 *Vxor restituenda est viro spoliato, etiam excommunicato, secus in hæretico. nu. 2. ratio assignatur. nu. 3.*

4 *Conuersans cum hæreticis redditur suspectus.*

SINGVLARE CLXXV.

1 REstituenda est vxor † viro spoliato. c. ex transmissa. c. literas. de resti. spo. etiam si vir sit excommunicatus potest agere ad restitutionem suæ vxoris. gl. est

sing.

ſing.in uerbo.vxores,in cap. quoniam multos.11.q.3. quam ſequitur Abb.in c.fi.nu. 12. de ordi.cogni.& Io. Nicola.de hære.not.1.nu.4. contra Io. de Anan.in cap. inter alia,de ſent.excommu.ſed ſpeciale eſt quando po
2 nitur exceptio hæreſis,quòd denegatur reſtitutio † viro petenti reſtitutionem ſuæ vxoris. c. quãto.de diuor. c.inter ſolicitudines. de purg. vulga. tenet Gundiſſ. de Villa.de hære.q.15.num.10.& Io. Nicola.ubi ſupra:ne mulier à viro ſeducatur, & eodem errore & morbo inficiaretur:ideo præcepit Dominus in Deuter. c. 7. filiã tuam non dabis filio eius, neque filiam eius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuũ ne ſequatur me:ut ma-
3 gis ſeruiat dijs alienis: hæreticorum † enim nimis periculoſa eſt cohabitatio & conuerſatio.c. accuſatus.§.ille quoque de hære.lib.6.Fran.Squilla.de fide catho. c.13. nu.3.& propter nimiam familiaritatem & communica
4 tionem cum hæreticis oritur ſiniſtra ſuſpitio † contra communicantem,text.eſt ſing. in c. inter ſolicitudines tuas.de purg.cano.ibi,in pœna autem familiaritatis illius qui cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur:notat expreſſe Hoſti.tit.de hære.in ſumma. §.qualiter.nu. 4.& in ſingulari.213.vide latiſſimè de hoc infra.

SVMMARIVM.

1 *Acta iudicis excommunicati ſunt nulla.Fallit nu.3.*

2 *Exceptio publicæ excommunicationis impedit exequutionem ſentẽtiæ,& in quacunque parte litis poteſt opponi.*

SINGVLARE CLXXVI.

1 SEntentiam, omniaque alia in iudicio geſta, † a iudice publicè excommunicato ſunt nulla.c. ad probandum.de ſenten. & re iudi. cap. 1.de ſupple.negli.prælа.lib.6.c. 1. in fine.de exceptio. lib.6.

glos.

glos.in summa.24.q.1.glos.& Bart.in l.Pedius.ff.de recep.arbi.Bene Feli.in c.Rodulphus. nu. 40. de rescrip.
2 quæ exceptio † impedit executionem sententiæ: & in quacunque parte litis potest opponi secundum prædicta iura,& an quando agitur de nullitate sententiæ,annulletur sententia & processus &omnia acta iudiciaria: uel pro parte,uel tãtum gesta post nullitatem, & antea non:videndus est Abb. sing.in d. c. ad probandum. nu. 6.Bar.in l.si expressim.ff.de appel.sed speciale est, quòd quando Inquisitores tradunt hæreticos iudicibus sæcularibus, etiam si iudices sæculares sint excommunicati
4 † maiori excommunicatione,possunt vti sua iurisdictione aduersus hæreticos, & sententias executioni mandare:& omnia in hoc ab eis gesta sunt valida.cap.præsidentes.de hære.lib.6.Gundissal·de Villa.de hæret.q. 19.num.8.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest corrigere uel mutare suam sentẽtiam diffinitiuam. Quid si constet de innocentia rei. num. 2. Fallit in inquisitorib.3.*
4 *Episcopus solus sine inquisitore uel econtra non potest corrigere uel mutare sententiam iam prolatam.*
5 *Sententiæ appellatione ueni t proprie diffinitiua, & non interlocutoria.*
6 *Sententiæ contra hæreticos propriè dicuntur diffinitiuæ.*
7 *Formæ proferendi sententiam in causis hæresis. remissiue.*

SINGVLARE CLXXVII.

1 SEntentiam diffinitiuam à se prolatam, iudex † non potest corrigere,uel mutare.l. iudex posteaquàm. & l.cum quærebatur.ff.de re iudi.l.diui fratres. ff. de pœnis.l.2.§.sed nec.C.de senten.ex breui.recitan.c.in literis. de

ris.de offi.delega.gl.2.in c.qualiter,in 1.de accusa. l.3. tit. 22. par. 3. etiam si post latam sententiam constaret
2 de innocentia rei † non licet iudici sine licentia principis eam mutare. d.l.diui fratres.l.1.§.fin.ff. de quæstio. gl.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui not. infami.quia iam semel officio suo functus est iudex:ut dicit.d.l.posteaquàm.c.in literis.c.venerabilis.de offi.delega. Sed speciale est, quòd sententias suas diffinitiuas
3 Inquisitores † possunt mutare atq; commutationem pœnæ facere.c.ut commissi.§. necnon.ubi glos. in uerbo mutandi.& Perus.nu.4.de hære.lib.6. Feli. in c. excommunicamus in 2.eod.tit.Gundis.de Villa.de hære. q.8.nu.7.& melius.q.17.nu.5.ubi optimè declarat prædictum tex.& Fran.Squilla de fide catho.c.27.nu.3.&
4 c.42.ubi inquit, quòd solus episcopus† sine Inquisitoribus,uel econtra,non potest mutare uel corrigere sententiam iam prolatam. Alios casus in quibus sententia diffinitiua potest mutari,refert gl sing.in l.2.C.de sent. ex breui. recitan.sed Ioan. And. & Archid. intelligunt dictum versic. nec ibi,in sententijs interlocutorijs : sed opinio gl. & sequacium videtur mihi verior : nam cum in d.tex.pluries repetantur sententiæ, & sententiarum
5 appellatione † sententia: propriè venit diffinitiua,& nō interlocutoria:ut declarat Ripa,in rub. ff. de re iudi.& probatur in rub.C.de sent.& interlo.omn. iudi.illa particula,&,ponitur inter diuersa.glos.in rub.ff.de iuris.& facti igno.c.quærelam. de symo.Decius in rub. de exceptio.num.2.& in c.1.in prin. de præben.præsertim ꝙ
6 non est vis in hoc, nam sententię † prolatæ contra hęreticos,potius dicuntur interlocutoriæ quàm diffinitiuę: tantum enim ab Inquisitoribus declarantur, cum à iure sint condemnati:ut optimè declarat Franc. Squilla.

ubi

7 ubi supra. Formas † verò proferendi sententias in causis hæresis, scripsit Archid. in d. c. ut commissi. nu. 2. latius ibi Io. And. num. 4. latissimè Gundissal. de Villa. de hære. q. 20. nu. 9. Francis. Squill. de fide catho. c. 44. Brunus. lib. 4. de hære. c. 10. Iaco. Septi. in Institu. cath. c. 58. per totum: & in Directorio Inquisitorum. par. 4. habētur sententiarum formæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ab eo qui communiter habilis reputabatur ualet, licet esset inhabilis. nu. 2. Fallit in hæretico. nu. 3.*

SINGVLARE CLXXVIII.

1 SEntentia † lata ab eo qui communi opinione habilis putabatur valet, & omnia alia ab eo gesta tenēt. l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. l. 2. C. de senten. & interlo. omni. iudi. l. 1. C. de testa. text. ubi optima gl. & doct. in c. ad probandū. de sent. & re iudi. l. 4. in fi. tit. 4. par. 3. l. 3. tit. 15. lib. 2. ord. vnde dicit Bal. in l. nō mu-
2 tant. in fine. C. de lib. caus. quod si inhabilis † ad Papatū sit electus, omnia ab eo gesta propter cōem errorem & vtilitatem publicam valent & tenent. Idem tenuit Inn. in c. nihil. de electio. Ias. in d. l. Barbarius. num. 64. quod
3 sanè fallit in hæretico: † qui licet communi opinione reputetur fidelis, sententia tamen ab eo lata non ualet. gl. in summa. 24. q. 1. Alberi. in d. l. Barbarius. col. 12. & ibi Ias. num. 62.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in criminali non est exequenda nisi post decem dies. Fallit in hæresi, quia statim. nu. 2. Cautelas ut exequutio differatur uid. num. 3.*

SIN-

SINGVLARE CLXXIX.

1 SEntentia † lata in causa criminali nõ est statim executioni mandanda, nisi post. 10. dies. l. 1. ff. ut appella. pende. nihil inno. gl. & Bart. nu. 5. in l. qui vltimo supplicio. ff. de pœnis, & in l. non tantum. ff. de appella. glo.
2 in l. si debitori. ff. de iudi. sed sententia † lata in causa hæresis, statim ante tempus. 20. dierum est executioni mãdanda. c. ut inquisitionis. vbi glos. in uerbo indilate. & doct. de hære. lib. 6. Gundissal. de Villa. de hæret. q. 19.
3 nu. 4. Sed nonnullas cautelas † doctores solent referre, ut differantur sententiæ capitales: ut testes qui deposuerunt accusentur de falso, uel quòd de nouo accusetur de alio grauiori crimine, uel postuletur ut condemnatus præbeat rationem de negotijs gestis, uel propter alias causas quas congessit. Hyppol. in practi. crimi. §. opportunè. col. 1. & 2.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura ecclesiastica iudæis & infidelibus concedenda non est.*

SINGVLARE CLXXX.

1 SEpultura † ecclesiastica iudæis seu hæreticis uel paganis concedenda non est. c. 2. de hære. li. 6. c. sicut. in primo. de hære. ca. ecclesiam. in primo, de consecra. dist. 1. c. sane profertur. 24. q. 2. l. 8. titul. 13. par. 1. Paul. Grillan. de hære. q. 9. nu. 2. Gundissal. de Villa. de hære. q. 22. nu. 7. & Ludo. Carrerius. de hære. §. nunc depœnis. nu. 6. & in Directorio Inquisitorum. par. 3. c. 118. & Iaco. Septi. in Instit. catho. c. 17. in princ. & habetur in 1. Instructione Hispalensi. c. 20.

SVMMARIVM.

1 *Familiares dominos suos non possunt accusare, nisi ob crimen hæresis & lesæ maiestatis.*

SIN-

SINGVLARE CLXXXI.

1 SErui † & familiares dominos suos non possunt accusare excepto crimine hæresis & læsę maiestatis. l.si quis ex familiaribus.l.iniquum.C.de his qui accusa.non poss.c.fi.§.si quis enim. 3.q.11. Abb.& Ioan.de Imo.in c.nulli.de accusa. ubi Fel.nu. 3. quatuor fallen. addit.Decius in c.dilecti.nu.6.de exceptio.facit.l.consensu.C.de repu.& regula quam tradit Fel. in ca.in literis. falle.3.de testi.

SVMMARIVM.

1 *Seruus non est torquendus contra dominum præsentem uel præteritum. nisi in crimine læsæ.maiestatis diuinæ & humanæ.nu. 2.*

SINGVLARE CLXXXII.

1 SEruus † non est torquendus pro elicienda veritate alicuius criminis contra suum dominum præsentem,vel præteritum.l.1.§.diui fratres.& §.si seruus. 1. & 2.ff.de quæstio.l.vnius.§.si seruus.ff.eo.tit. l.6.ti.30. p.7. Quod fallit in crimine læsæ maiestatis diuinæ &
2 humanæ, cum à pari procedant † ut in singulari.50. dictum est.l.1.C.de quæstio.& d.l.6.tit. 30.p.7. Abb. in c.cum in contemplatione,in fine.de regu. iu. & Iac. Sep.in Institu.catho.c.63.nu.26.ubi plures refert personas quæ regulariter non possunt torqueri,& torquẽtur in criminibus læsæ maiestatis, & in causa hæresis: ex quo plures specialitates in hoc crimine deducere poteram,quas prætermitto,vtpotè omnibus notas.

SVMMARIVM.

1 *Serui non possunt esse testes,nisi in causa hæresis.nu.2.*

SINGVLARE CLXXXIII.

1 SErui † testes esse non possunt.l.serui responsio.ff.de testi.l.cum probatio.ff.de proba.c.nullus.3. q.5. c. si testes.§.serui denique.4.q.3.l.14.ti.16.p.3.præsumi-

tur metu dominantis ueritatē ſupprimere: ſed in cau-
2 ſis hæreticæ prauitatis ſerui † admittuntur. l. fi. C. ad l. Iulia. Maieſt. Villa diego. de hære. q. 13. nu. 11. Iac. Sep. in Inſti. cath. c. 62. nu. 31. & probatur. d. l. 14. per argumentum à maioritate rationis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, licet prædo. etiam ſi opponatur exceptio non canonicæ inſtitutionis. nu. 2. ſecus in hæretico. nu. 3. & quibus caſibus ſpoliato denegetur reſtitutio, remiſſiue. nu. 4.*

SINGVLARE CLXXXIIII.

1 SPoliatus † ante omnia reſtituendus eſt. l. 2. C. unde vi. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iulia. de vi. publi. c. in literis. c. Item cum quis. de reſti. ſpo. c. reintegranda. 3. q. 1. l. fi. tit. 10. p. 7. l. 1. & 2. tit. 14. lib. 3. ord. etiam ſi facta ſit renuntiatio, poſt ſpoliationem reſtituendus eſt: non enim eſt veriſimile quòd ſpontè renuntiauit, qui ſpoliatus renuntiat. c. 2. de reſti. ſpo. etiam ſi opponatur exceptio, † non canonicæ inſtitutionis, vel ꝙ eſt
2 prædo. cap. in literis, de reſti. ſpolia. etiam ſi à iudice ſit ſpoliatus. c. conquærente. eo. tit. etiam cum fructibus perceptis & percipiendis, res ſpoliato reſtituenda eſt. c. grauis, de reſti. ſpolia. l. 10. tit. 11. p. 7. etiam ſi opponatur alicuius criminis obiectio. c. omnibus. 4. q. 6. & in d. c. in literis. l. ſi maritus. C. de dona. inter uirum & vxo. Abb. in c. fi. nu. 13. de ord. cogni. Sed ſpeciale eſt in crimine hæreſis, quòd hæretico petenti reſtitutionem, denegatur reſtitutio † & obſtat crimen hæreſis.
3 gl. eſt ſing. & ibi præpo. in c. quo iure. in uerbo nam iure. 8. diſt. gl. in ſumma. 14. q. 1. Abb. in c. ex parte. num. 19. de reſti. ſpolia. Fran. Ponzimbius de lamijs. num. 77.

Ripa.

Ripa.in l.naturaliter.§. nihil comm.nu.88.ff.de acqui. poss. Brunus lib.5.de hære.c.10.Carrerius. de hære §. 1.nunc autem.nu.13.& Iaco.Sept.in Instit.cath. c.45. nu.13.Ioan.Nicola.de hære.nota.1.nu.2.& 3.ubi tres rationes in hoc refert,quia hæreticus ipso iure est excommunicatus:vel quia hæreticus nihil possidere potest,vsq; adeo hoc verum est,quod etiam si uehemens suspitio tantum de hæresi sit, non est restituendus hæreticus.c.1.num.14.ut lite non contesta. allegat ad hoc tex.in c.inter solicitudines.de purg.cano.alios casus in
4 quibus denegatur spoliatis restitutio, † refert Abb. ubi supra,& Alex.& Ias.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acqui. posse.& Soc. reg. 466. incip. spoliatus ante omnia.

SVMMARIVM.

1 *Testari regulariter quis potest,nisi sit hereticus. nu. 2. etiam si ad fidem conuertatur.nu.3.ratio assignatur.nu.4.& alias personas prohibitas testari,remissiue nu.5.& similes nec codi cillari possunt.nu.6.*

SINGVLARE CLXXXV.

1 TEstamenta † condere omnibus regulariter permissum est,nisi expresse à iure prohibitum sit.l. 1. C.de sacrosanct. eccle. l. ab ea parte. ff. de proba. & in prin. Insti. quibus non est permis. face.test a.gl. & Bar. in l.si quæramus.ff. de testa.gl.in l.2.ff. de leg. 1. l.13. tit. 1.p. 6. sed hæreti-
2 cus † testamentum facere non potest.c.excommunicamus.§.credẽtes.de hære.l.Manichæos,& auth. credentes.C. eod.tit. l.3.& 4. C.de aposta.Archid. in cap. in fidei fauorem.numero 3. de hære.lib.6. Abb. in rub. de testa.numero 7.& in c.ad probandum.numero 10.

de re iudi.Ioan.Nicola.de hære.nota.14. & in directorio inquisitorum.c.113.p.3.l.16.in fine. tit.1.p.6.l.4. tit.26.p.7.Etiã si hereticus ad fidem conuertatur,eius
3 testamentum † non cõualescit: ut concludit Cast. in l. 5.Tauri:in parte & ad legitima.in prin.& probatur per tex.in prin.Insti.quibus non est permi.face.testa.& regula,non firmatur,de reg.iuris. lib. 6.ratio poterit ad
4 supradicta esse, quia hæretico † est interdicta bonorũ alienatio.c.cum secundum leges. de hære.lib. 6. & interdictio bonorum impedit testamenti factionem actiuam.l.is cui bonis.ff.de testa.l.fi.C.ad l.Iulia. maiest.& in §.item prodigus Insti.quibus non est permissum facere testa. l.13.tit.1.p.6. & quia hæreticus bona non censetur habere,& qui non habet bona non:potest testari,neque hæredem facere.l.lex Cornelia.ff.de vulg. & pup.l.si vniuersæ.C.de lega.auten.ingressi. C. de sa-
5 crosanct.eccles.omnes personas prohibitas testari † refert.gl.sing.in d.l.si quæramus.gl.in l.2.ff.de leg.1. glo. in §.fi.Insti.quibus non est permis.face.testa.& 18.personas testari à iure prohibitas refert Abb. in rub. de testa.nu.3.& l.13. cum ll.sequentibus.tit.1.p.6. & qui
6 non potest testari,† nõ potest similiter codicillari: prout est minor.14.annorum.gl.est sing.in l.2.ff.de leg.3. gl.in c.Ioannes,de testa.Ioan.Faber in prin.Insti.quib. non est permi.face.testa.Pala.rub.in l.5.Tauri.in fine. contrarium tenuit Bal.in l.fi.uer.quòd si statutum. C. de testa.nititur concordare Alex.in d.l.2.ff.de leg.1.& Casti.in l.4.in uerbo codicillos:in ll.Tauri.

SVMMARIVM.

1 *Testis potest ex interuallo dictum suum corrigere in causa hæresis.in alijs delictis non,sed statim nu.2.& hoc fallit ut nu.3.*

SIN-

SINGVLARE CLXXXVI.

1 TEſtis † in cauſa hær. poteſt ex interuallo dictum ſuum corrigere: taliter quòd ſi aliquis coram Inqniſitoribus iurans dicere veritatem, falſum contra ſe uel alios dixerit, ſi poſtea ex interuallo vult dictũ ſuũ corrigere, & contrarium teſtificari, valet tal e dictum: dummodo ex manifeſtis indicijs conſtet, dictum non corruptionem, ſed veritatem continere c. accuſatus. §. licet: vbi. gl. in uerbo poſtmodũ, & Io. And. & Arch. & alij de hære. lib. 6. Ioan. Nicola. de hære, nota. 13. incip. uolo. Fran. Squill. de fide cath. c. 36. & Alphon. Guerrero in theſauro religionis chriſtianæ. nu. 21. tit. de hære. quod quippe in fauorum fidei ſtatutum fuit: in aliis
2 verò delictis, teſtis † ſtatim & incontinenti, & non ex interuallo poteſt ſeipſum corrigere: uel antequàm loquatur partibus, uel ſe ſubſcripſerit, uel antequam recedat à præſentia iudicis, in his enim caſibus non præſumitur ſubornatio. c. præterea, de teſti. cogen. glo. in uerbo, iuſta cauſa. in c. fi. de iureiuran. lib. 6. gl. in uerbo non habebit. in Auth. de teſti. §. qui vero. coll. 7. lib. 26. & l. 30. tit. 16. p. 3 Inno. in c. cum dilecti, in fine. de accuſa. Bal. in l. præsbyteri. num. 4. C. de Epiſco. & clericis. Barto. in l. eos. C. de falſ. & in l. repeti. in princip. ff. de quæſtio. Iaſ. in d. l. quidquid aſtringendæ. numero 10. ff. de uerb. oblig. Ioan. Crotus. de teſti. numero 340. Couarru. lib. 2. reſolu. cap. 13. nu. 8. Latè Hyppo. in d. l. eos qui. col. 1. & 2. circa quod notandum eſt, ꝙ quando pars aduerſa incontinenti acceptat cõfeſſionem uel dictum alicuius, non poterit etiam ſtatim
3 teſtis † dictum ſuum corrigere uel mutare. Bald. ſing.

in l.Gallus.§.1.ff.de lib.& posthu.Alex.in d.l.quidquid. ubi Iaſ.num.10.Roma.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff. de verb.oblig.Hyppol.qui alios refert, ſing.315.incip.acceptatio.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes examinandi ſunt in ſecreto, & ſigillatim. aliàs eorum dicta non valent.nu.2.Secus in crimine hæreſis.nu.3. & in alijs cauſis arduis.nu.4.*

SINGVLARE CLXXXII.

1 TEſtes † examinandi ſunt in ſecreto, & ſigillatim. c. venerabili, de teſti.c.inquiſitionis.§.1. de accuſa. l.nullum. C. de teſti. ut facilius falſitas teſtium depræhendatur: nam ſi publicè uel coram aliquibus examinarentur, dictum vnius ad notitiam alterius poterit venire: & ita teſtes poterãt tegere uel celare falſitatẽ: vnde dicit gl.2.in c.cum cauſam, in primo, de teſti.allegan do.d.c.inquiſitionis.§.1.& c. quapropter. de elect. qđ
2 ſi ſimul & non ſigillatim teſtes † examinantur, non valet examinatio.ſequitur Lanfran. de teſti. nu. 2.dicens hoc procedere præſertim ſi fiat in præſentia partiũ, & dicit gl.1.in l.curent.ff.de teſti. gl.in l.ſolam. C. eod.tit. quas refert Fel.in d.c.venerabili, in fi. ꝙ ſolus iudex cũ notario debet teſtes examinare: quod reuera non pro-
3 cedit in crimine hæreſis, in quo inquiſitor † hæreticæ prauitatis non poterit ſolus teſtes examinare, ſed in præſentia ad minus duorum religioſorum, uel coram duobus literatis & diſcretis perſonis, & tabellione.cap. ut officium.§.1.de hære.lib.6.Feli.in d.c.venerabili.nu. 3.Gund.de Villa.de hęre.q.13.nu.18.Alphõſus Guer-

rero

rero in thesauro religionis Christianæ.tit.de hære.nu. 20.poterit esse ratio,ne dubitari possit, an notarius dicta testium verè vel falsè scripsit:ita Ant.in c.cum causam.1.de testi.Abb.in c.quia propter. de electio. Bald.
4 sing.in l.nullum.num.5.C.de testi.ubi hoc præbet†consilium,quòd in causis arduis & ponderosis, examinentur testes coram aliquib. fide dignis personis: & Alex. in addi.ad Bart.in l.1.§.si quis neget.ff. quemadmodũ test.aperi.& Nicola. Boerius decisione. 1.nu.51. ait ꝙ tales personæ præsentes iurare debent, nemini reuelare:aliàs sunt puniendi.allegat Bald. l. si quis aliquid.§. instrumenta.ff. de pœnis: & in propria nostra materia est.c.si.vers.ut eorum.de hære.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Septem notandi intellectus ad c.in fidei fauorem. de hæret.*
2 *Duo testes excommunicati,uel periuri, uel socij criminis etiam in crimine hæresis non plenè probant.*
3 *Numerus testium in criminalibus,eorum defectus non supplet.*
4 *Integra fides vnius testis,supplet defectum alterius.*
5 *Socius criminis aliàs de alijs delictis infamatus, in crimine etiam hæresis repellendus est.*
6 *Quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito.*
7 *Causa expreßa in lege est causa finalis & non impulsiua, illius legis.*
8 *Si lex uel constitutio aliqua,ex una parte continet odium,& ex altera fauorem,attenditur id propter quod principaliter facta fuit.*
9 *Testes minus idonei ad defensionem alicuius admittuntur.*
10 *Ad defensionem hæreticorum, testes minus idonei non admittuntur.*
11 *Testes de quibus in c.in fidei fauorem, non ad plenam probationem admittuntur.*
12 *Coniecturæ sæpe sunt fallaces.*

13 *Coniectura est quædam præsumptio, ex probabilibus & non necessarijs adminiculis orta.*
14 *Probationis materia in arbitrio iudicis principaliter consistit.*
12 *Secundum diuersas negotiorum qualitates, diuersas formas ac uarios probandi modos iura statuerunt.*
16 *Duę semiplenę probationes diuersi generis, ad eundem finem tendẽtes, in criminalibus non plenè probant.*

SINGVLARE CLXXXVIII.

TEstis criminosus, uel ille qui de aliquo crimine accusatus est, ad testimonium admittitur cõtra hęret.c.fin.ubi Abb.nu.4.de testi.c.in fidei fauorem.eod. tit.lib.6.c.per tuas.de symo.Fran.Squilla. de fide cath. c.34.in prin.Iaco.Septi.in Insti.cath.c.34.num.17. Alphonsus Guerrero in thesauro religionis christianæ.ti. de hæret.nu.21. regulariter contrarium est in alijs criminibus, ut in d.c.fi.de testi.c.testimonium. eod. tit.c.j. de exceptio.c.testes.2.q.7.l.8.& 10.tit.16.par. 3. Sed non absolutè & generaliter tex.in d.c.accusatus.§.licet & c.in fidei fauorem.de hæret. lib. 6.est intelligendus: sed cum limitationibus & declarationibus inferius dicendis.

1 Ideo ad prædicta iura† septem notandos intellectus in hoc loco à doctoribus nullibi relatos, referam: quorum primus est, quòd licet regulariter duo testes integri & omni exceptione maiores, ad probandum crimẽ hæresis, uel aliquod aliud crimen sufficiant. c. in omni negotio.c.licet vniuersis.de testibus.c.cum esses.de testam.in specie notant Ioan.And.Peruf.& alij in c.ut officium.§.verum.nu.3.de hæret.li.6.Gundissal.de Villa. de hæreti.q.13.nu.9. & hanc fatetur esse communem opinionem Iacob.Septiman.in Institu.cath.c.50.nu.3.

duo

2 duo tamẽ testes, ex his testibus † excommunicatis, uel periuris, uel socijs criminis, non sufficiunt ad probandũ hoc crimen hæresis. Ita Aretinus in cap. fin. de testi. & Aegidius Bossius in practi. crimi. titul. de hære. num. 4.

Secundus intellectus, quòd licet verum sit, quòd in aliis causis criminalibus, citra hoc crimen hæresis, nu-
3 merus † testium eorum defectus non suppleat, etiam si sint quatuor uel quinque, uel plures: ut singulariter affirmat Bal. in c. licet causam. §. quidam verò. de prob. quem sequitur Fel. in c. testimonium. nu. 5. de testibus. Dec. in d. c. licet causam. nu. 8. & in cons. 133. incip. viso processu. nu. 3. Hyppol. in repe. Rub. C. de proba. num. 312. & in cons. 109. incip. audito & intellecto. nu. 5. & in practica crimi. §. expedita. nu. 82. & in sing. 437. incipien. in causis: & in sing. 477, incipien. in testib. Quod aliter est in crimine hæresis, in quo in fidei fauorem hoc est speciale, ut numerus testium suppleat eorum defectus: qui sanè intellectus, rectè ex tenore literæ in d. c. in fidei fauorem. colligitur: ibi, ex numero testium & personarum qualitate. &c. Et tenuit optimè Aegidius Bossius in practica criminali. tit. de hæreti. num. 4. Idem etiam est in causis ciuilibus, in quibus numerus testium supplet eorum defectus. gl. est singularis communiter recepta in l. 3. in uerbo numerus. ff. de testib. quam affirmat esse notabilem Bart. in l. excusantur. nu. 7. ff. de excusa. tuto. Io. de Imola in l. qui testamento in principio. ff. de testa. Alex. de Imol. in cons. 149. incip. vi sn processu. nu. 5. volum. 5. & in cõs. 5. incip. in causa Inquisitionis. num. 9. volum. 1. & Thomas Gramma. cons. 26. incip. in causa matrimonij. nu. 5. & Dec. & Hyppol. in locis superius citatis: sicut vnus testis valde idoneus, & alius testis infamis uel minus idoneus in causis ciui-

libus

4 libus plenè probant: quia integra fides † vnius, supplet defectum alterius: & ratione adiuncti purgatur suspitio: hoc est dictum sing. Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. in principio. ff. de edendo: quod sequitur Ias. in l. cunctos populos. in 2. lectura. num. 53. C. de sum. Trin. & fide catho. Idem Ias. in auth. si uerò contigerit. nu. 3. C. de iudi. Feli. in c. 3. loco. nu. 3. de proba. Dec. in cons. 133. incip. viso processu. nu. 4. Hyppol. in l. de minore. §. tormenta. num. 9. cum seq. ff. de quæst. & in cons. 84. incip. vias tuas Domine. nu. 28. vol. 2. & in sing. 554. incip. memini aliàs plura dixisse.

Tertius erit intellectus ad d. c. in fidei fauorẽ. quòd licet in crimine hæresis, & in alijs criminibus & delictis exceptis, socius † criminis in testem admittatur: quòd
5 id locum habeat in socio criminis aliàs non infamato ex alijs delictis: ita affirmat Ang. in l. iu iudicio. ff. de accus. dicens in facti contingentia pluries consuluisse. sequitur Soc. in cons. 118. incip. visa narratione, in fi. vol. 1. & Barba. cons. 65. incip. sapienter, uol. 4. Ant. Corsetus in singulari incip. integer testis. Hyppol. cons. 102. nu. 12. vol. 2. & cons. 74. primo vol. concludens, quod licet aliàs in aliquibus casibus standum sit dicto socij criminis, intelligendum est de socio criminis aliàs non infami ex alio delicto: de qua conclusione optimè Thomas Gramma: in cons. 1. nu. 61. cum seq. Huius conclusionis ratio est, nam quemadmodum plura adminicula ampliant & adiuuant probationem. l. admonendi. ff. de iureiur. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. l. instrumenta, & l. rationes. C. de testibus: ita plures defectus annihilant & destruũt probationem: quod operatur propositum
6 in proposito, † idem operatur oppositum in opposito. l. fin. ff. de lega. 3. l. si ut proponis. C. de nuptijs.

Quartus

Quartus intellectus sit, quòd tex. in d.c. in fidei fauorem. procedat & intelligatur, quando in cri. hære. per viam Inquisitionis proceditur: quo casu socij & participes criminis, & aliæ personę inhabiles in testes admittantur: & quòd aliter sit, quando per viam & modum accusationis: qui sanè intellectus ex tenore dicti. cap. in fidei fauorem, satis colligitur: ibi, in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis, hunc intellectum ad dictũ tex. tenuit glos. ibi. & Io. And. Domi. & Phil. Fran. nam ille tex. est exorbitans, & ius cõmune corrigens: & in exorbitantibus & correctorijs non permittitur de iure extensio. l. cum quidam. ff. de lib. & posthu. c. tua. §. fin. de decimis. Contrariam tamen sententiam tenuit ibi Archi. & Gundissal. de Villa. de hæret. q. 13. & Lud. Carre. de hære. §. circa igitur, num. 50. & Iaco. Septi. in Institu. catho. c. 62. nu. 3. quòd vtroque casu, siue per viam accusationis, siue denuntiationis, seu inquisitionis procedatur, tales personæ aliàs inhabiles in testes admittantur, quia est ratio expressa in textu, videlicet in fidei fauorem: & causa & ratio in canone, uel lege expressa: il-
7 la est causa finalis, & non impulsiua illius canonis & legis: gl. est sing. in parte non cohæret, in l. cum tale. §. falsam. ff. de condi. & demonstra. quam ibi notabilem esse affirmat Bald. & Ang. in l. sciendum, in 2. ff. de ædil. edicto. Ias. in l. si pecuniam, nu. 18. ff. de condi. cau. data cau. non secu. Card. & Io. de Imola in c. ex parte, colum. fi. de cleri. coniugatis: & Præpo. in c. verum, nu. 3. de condi. appo. Optimè Andre. Tiraquel. in tracta. de cessante causa, fallentia prima, nu. 21. neque prædictis obstat ꝙ decisio illius tex. est exorbitans & iuris communis cor-
8 rectoria: nam quotiens lex uel constitutio † aliqua ex una parte continet fauorem, ac respectu alterius odiũ,

atten-

attenditur id propter quod principaliter facta fuit, videlicet in fidei fauorem, & in odium hæresis, & ita meritò potius cõsideratur fauor, quàm odium. gl. est sing. in parte liberis, in l. 2. C. de in ius vocã. ubi optimè Bal. & Ias. nu. 3. & 4. idem Bal. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. col. 2. & Bar. & Paul. Castr. in l. bona fides, in principio. ff. depositi. & in l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. Abb. in c. non dubium. num. 3. de senten. excommu. glos. est similis in parte, ius vocasse, in §. penales. Insti. de act. gl. fi. in l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de doli excep. glos. in uerbo interueniat, in l. sed si hac lege. §. fin. ff. de in ius vocan. gl. in uerbo iurare, in l. qui bona fide. §. qui alieno nomine. ff. de damno infecto, ideo opinio Archid. & sequacium est tenenda.

Quintus est intellectus, quòd dato, quòd ad proban-
9 dam defensionem alicuius admittantur † testes inhabiles, domestici & familiares, & consanguinei, & alij minus idonei, ut optimè scripsit Ias. in l. ut vim. col. 2. nu. 5. ff. de iusti. & iure. idem tenuit ipsemet Ias. in l. non hoc nu. 5. in fine. C. unde legi. & in l. non solum. §. sciendum. ff. de noui operis nuntiatio. Hyppol. in l. 1. §. ad quæstionem, nu. 12. ff. de quæst. & in sing. 59. Thom. Gram. decis. 56. incip. Andreas, num. 16. & in cons. 69. incip. in causa Benedicti. nu. 11. Ludo. Carre. in practi. crimi. §. circa sextum, fol. 183. num. 3. & in §. & nota doctores, fol. 237. nu. 5. & fol. 74. nu. 50. ubi hãc regulam limitat. Idem affirmat Aegidius Bossius in practi. crimi. titu. de fauoribus defensionis. nu. 3. in quo loco, nu. 5. affirmat, quòd etiam post publicationem testium & conclusionem in causa, vsque ad sententiam, testes ad defensionem recipi possunt: & iudex non recipiens, tenetur in syndicatu. Bar. in l. diui fratres. ff. de pœnis. Feli. in cap.

cum clamor, de testibus: & Hyppol. in practi. crimi. §. sequens, nu. 12. & in sing. 90. incip. fauorabiles. & Ludouicus Carre. in dicta practica, fol. 183. nu. 5. Ad defen-
10 sionem tamen hæreticorum, tales testes † inhabiles, & minus idonei non admittuntur: & id annuere videtur tex. in d. c. in fidei fauorem : ibi, contra hæreticos credentes: & d. §. licet verò, ibi, reuelare in fauorem fidei. De qua conclusione est casus expressus in c. filij uel hæredes, in fine, de hære. lib. 6. ibi, non tamen per vxores, filios, familiares, uel de suis aliquos, sed per testes alios fide dignos: & expresè habetur in Directorio Inquisitorum 3. parte, c. 70. & hunc intellectum ad prædicta iura tenuit Aegidius Bossius in practica crimiuali, tit. de hęret. num. 3. & in tit. de defensionibus reorum, nu. 46. ita hic alius datur casus specialis in hoc crimine hęresis.

Sextus intellectus, à iuris professoribus ad prædicta iura communiter receptus est, ꝙ prædicti testes periuri, uel excommunicati, vel socij criminis, vel aliàs minus idonei, in crimine hęresis admittantur, non ad plenam probationem faciendam, uel pœnam delicti ordinariã
11 ponendam, † sed ad præsumptionem, uel aliquam probationem faciendam, uel ad torturam, vel pœnam extraordinariam imponendam : quod satis colligitur ex tenore tex. in d. c. in fidei fauorem, ibi, ex numero testiũ, & personarũ qualitate, & alijs circunstantijs: & ex verbis tex. in d. §. licet verò, ibi. si ex manifestis inditijs apparuerit tales. & vltra iuris interpretes in prædictis iuribus: ita prędicta iura interpretatur Abb. in cap. per tuas, nu. 4 de symonia: & idem Abb. c. 1. nu. 7. de confessis. Feli. in c. testimonium, nu. 22. de testibus. Ias. in l. 4. §. si tibi ob indicium. nu. 4. ff. de cond. ob turpem cau

sam.

ſam.Alex.conſ.313.viſo themate,vol.7.Hyppol.in l.1. §.diuus Antoninus,nu.3.ff.de quæſt. & in pract.crimi. §.diligenter,nu.59. & in conſ.109.incip.audito & intel lecto caſu.num.11.Gundiſſal. de Villa.de hæreti.q.13. nu.12.Ludo.Carre.de hæreti.§.circa igitur. nu.52.Pa la.Rub.in allegatio.hæreſis. §. fin. Aegidius Boſſius in pract.crimina.tit.de hære.nu.3.Iacob.Septim.in Inſtit. catho.c.62.nu.5.& habetur in Directorio Inquiſitorũ. 3.parte.c.66..& c.68.niſi ſimul cum prædictis teſtibus aliàs minus idoneis ſint aliquæ veriſimiles coniecturę, & aliæ circunſtantiæ vel adminicula: quo caſu pœna ordinaria delicti hęretico iniungenda eſt:| quod aliter eſt in alijs criminibus, iuxta gloſſ. ſing.in l.ſi filium.C. de libe.cauſ.& Iaſon in d.§.ſi tibi ob indicium, numero 4. & Hyppol. in locis modo citatis: & ſit cautus iudex circa præſumptiones & coniecturas, nam ſæpe conie-
12 cturæ † ſunt fallaces, ut dicit Bald. in l. precibus, col.7. C.de impu.& alijs ſubſti.Iaſ.in l.licet imperator, col.3. ff.de lega.1.nã præſumptio eſt alicuius facti dubia probatio:ut declarant Abb.& doct.in rub. de præſump.&
13 indicium eſt coniectura † quædam ex probabilibus,& non neceſſarijs adminiculis orta. Ita inquit Bal. in l.ea quidem,col.2.C.de accuſa.& in l.non hoc.C.unde leg. Dec.in c.3 lcco,nu.14. de probatio. Optimè Marcus Blancus in rep.l.fin.nu.34.ff.de quæſt.meritò igitur decidit in d.c.in fidei fauorem,ibi,ex veriſimilibus coniecturis,& ex numero teſtium,aut perſonarum qualitate,& alijs circũſtantijs delictum hæreſis probatur.Ideo
14 † probationis materia in arbitrio iudicis principaliter conſiſtit:& eius iudicio relinquitur.l.3.ibi, tu magis ſcire potes,&c.ff.de teſtibus.Paul.Caſtr.in l. admonendii, prope finem:vbi latiſſimè iuniores.ff.de iureiur.Franc.
de

de Curte iunior, conſ. 52. nu. 8. Nicola. Boërius deciſ. 101. incip. & dic, difficile eſſe, nu. 8. & difficillimum eſſe arbitror in materia probationis certam conſtituere regulam: quia iura ſecundum diuerſas negotiorum qua-
15 litates, † diuerſas formas, ac varios probandi modos ſtatuerunt & induxerunt: ut inquit Feder. de Senis in conſ. 119. incip. nulli dubium eſt: quem refert Fel. in c. veniens, in 2. nu. 21. de teſti.

16 Septimus intellectus, & nõ reijciendus eſt, ꝙ in alijs delictis & criminibus duæ ſemiplenæ probationes diuerſi generis, & ad eundem finem tendentes, non coniunguntur ad plenam probationem. Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Bar. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio. Iaſ. in rep. l. admonendi, nu. 253. ff. de iureiur. Hyppol. in d. §. idem Cornelio, nu. 4. & in l. de minore. §. plurium, circa finem: & in l. vnius facinoris. §. teſtes. ff. eod. tit. de quæſtio. Optimè Aegidius Boſſius in practi. crimi. tit. de conuictis, nu. 22. cum ſequentib. quod eſt aliter in crimine hæreſis: vt apparet ex tenore tex. in d. c. in fidei fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus ſeu infidelis ad teſtimonium non admittitur. Secus contra hæreticum. nu. 2.*

SINGVLARE CLXXXIX.

1 TEſtis † hæreticus ſeu infidelis ad teſtimonium nõ admittitur, auth. credentes. C. de hęre. c. j. de teſt. c. ſi hæreticus. c non poteſt. 2. q. 7. c. ipſa pietas. 23. q. 4. nam ut inquit, d. c. nõ põt. nõ põt erga hoĩes eſſe fidelis qui Deo extitit infidelis. l. 8. tit. 16. par. 3. ſed in crimine
2 hæreſis infideles, † ſeu iudæi, ad teſtimonium contra hæreticos admittuntur. cap. contra Chriſtianos. ubi gl. & doct.

& docto.de hære.lib.6.gl.in uerbo infidelis, ubi docentes, in c.1.de testi.Pala.Rub.in allega.hæresis,§.fi.Gundissal.de Villa.de hære.q.13.nu.10.ne pro defectu probationis tam graue crimē impunitum remaneat.l.quia in fi.C.de hære.c.dilecto. c. significauit.de testi.

SVMMARIVM.

1 Infames in nulla causa admittuntur in testes. ratio aßignatur.n.2. Fallit in crimine hæresis.nu.3.

SINGVLARE CXC.

1 Testes † infames tam in causa ciuili quàm criminali, non admittuntur.c.1.de excep.c. licet uerò.de proba.c.testimonium. de testi. c. testes. 2.q.7.l.3.§.de lege Iulia.ff.de testi.l.8.& 10.in fine.titu.16.par.3.quia
2 testimonium † ferre est dignitas.l.Cassius. de senato.c. præceptum.32.q.5.glos.in verb.emendatus, in fine, in c.testimoniū.de testi. & infames repelluntur à dignitatibus.l.vnica.C.de infamibus,lib.10.l. nec infames.C.
3 de decurio.lib.10.sed in crimine hæresis,infames † siue sint iuris,siue facti,testimonium ferre nō prohibentur. cap.accusatus.§.licet.de hæret.lib.6. Ioan. Andre.in c. fin.de testi. Francis. Squillacen. de fide catho. cap. 34. incip.insuper.Iacob.Septi.in Institu.catho. capitul.62. num.31.facit.l.3.& l.Iulianus.& ibi glos.ff.ad l.Iulia.maiesta.bene Ias.in l.cunctos populos, lectura prima, nu. 65.C.de summa Trini.& fide catho.ubi hanc, & 4.fallen.ad dictam regulam scripsit,& Bart. Soc. regu. 504. incip.testes infames:& ad probandam innocentiam alicuius similiter testes infames admittuntur. Spec.tit.de inquisitione.§.1.versic. sed nunc quid. Alex. consil.24. animaduersis,in fin.vol.2.Dec.in l. & si nihil,num.3.ff. de regul.iuris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Socij & participes criminis regulariter ad testimonium non admittuntur. Fallit in crimine hæresis. nu. 2. etiam si in hoc per uiam accusationis procedatur. nu. 3. examinati quam probationem faciant. num. 4.*

5 *Inquisitores quomodo debeant testes examinare.*

SINGVLARE CXCI.

1 TEstes socij † & participes criminis, regulariter ad testimonium non admittuntur. ca. veniens. 1. de testi. c. 1. de confessis. c. si testes §. item liberi. 4. q. 3. cap. neganda. 3. q. 11. c. fi. 15. q. 3. l. quia liberi. C. de testi. l. fi. C. de accusa. l. 8. §. diuus Antoninus. ff. de quæstio. l. 21. tit. 10. par. 3. l. fin. tit. 7. lib. 2. fori. ll. Alex. consi. 120. viso processu. in prin. volum. 7. Corneus cons. 58. volum. 1. Boerius, decis. 319. Hyppol. consil. 2. oportuna. nu. 38. sed speciale est in crimine hæresis, in quo testes socij
2 † & participes criminis contra hæreticos admittuntur. c. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. c. 1. de confessis. gl. fi. in c. 1. de testi. lib. 6. Abb. in c. quoniam. de testi. Gundi. de Villa. de hære. q. 13. nu. 10. Franc. Squillacen. de fide cath. c. 34. Alphonsus Guerrero in thesauro religionis Christianæ, titu. de hæret. num. 21. Sali. in d. l. quia liberi. ubi alios casus refert: & in l. si magnum. C. qui accus. non poss. Soc. reg. 517. incip. testis socius criminis, ubi regulam, & 4. fallen. scripsit. latè Hyppol. in l. 1. §. diuus Antoninus, nume. 2. cum sequen. ff. de quæstio. & in l. de minore. §. tormenta, num. 20. ff. eod. tit. & in l. si quis cum telo, num. 74. C. de sica. & in practi. crimi. §. diligẽter. num. 59. & 68. & in cons. 109. incip. audito. numero 11. ubi allegando d. cap. in fidei fauorem: præbet rationem huius specialitatis: quod adeo verum est, ꝙ etiam

si per uiam accusationis procedatur in causa hæresis, à
3 testimonio particeps † criminis non repellitur. Arch. in d.c.in fidei fauorem. Gundissal. de Villa, de hære. q. 13. Iacob. Sept. in Institu. catho. c. 62. nu. 3. quia in utroque casu est eadem ratio fauoris fidei: & hæc est ratio finalis d. ca. in fidei fauorem: quæ opinio mihi uidetur verior contra glo. Ioan. And. Domi. & Francum in d. c. in fidei fauorem. dicentes, quòd si uia accusationis in hoc crimine hæresis procedatur, socij & participes criminis non admittuntur: quia accusans debet habere idoneos testes.: neque est necesse, ut fidem faciant participes criminis in hoc crimine, vt torqueantur, ut concludit Iaco. Sep. in Institu. catho. c. 62. nu. 6.

Hoc sanè notatu dignum omittendum non est, ꝙ uiusmodi testes participes, & socij criminis plenã probationem non faciunt sine alijs adminiculis, etiam in hoc crimine: sed ad pœnam extraordinariam, uel ad torturam: ita dicit Abb. in c. 1. nu. 7. de confessis, & in c. per tuas. nu. 4. de symo. est gl. magna. in fine l. si filiũ. C. de lib. causa. Expresè Fel. in c. testimonium. nu. 22. de testi. Ias. in l. 4. §. si tibi iudicium, nu. 4. ff. de condi. ob turp. caus. Alex. consi. 313. viso themate, circa finem, vol. 7. Hyppo. in d. §. diuus Antoninus, nu. 3. & in pract. crimi. §. diligenter. nu. 59. bene Gundissal. de Villa. de hære. q. 13. num. 12. & Iaco. Sept. in Institu. catho. c. 62. num. 5. & Pala. Rub. in allega. hæresis. §. fin. & optimè Hyppo. sing. 209. & in d. consi. 109. audito, nu. 11. qui omnes ita intelligunt d. c. in fidei fauorem. & ex tenore illius colligitur, ibi, ex numero testium aut personarum qualitate, & alijs circunstantijs: ideo inquisitores in examinandis testib. sint nimis cauti & circunspecti.

5 Primò enim testis est interrogandus † an cognoscit

talem:

talem: item quo tempore, & quo loco, item de causa cognitionis: item si est fama in illo loco de illa re: item vnde fuit orta fama: itẽ quid scit de illo crimine, item de causa credulitatis: item quo tempore & quo loco illud vidit, item quæ personæ erant præsentes: item cum quibus uersatur ille committit: & de aliis testis interrogandus est, iuxta materiam subiectam: & in tam graui crimine cũ magna cautela procedere, ut inquit tex. in c. de aliqui. §. uerum. de hære. lib. 6. ut notãt Bal. & Sali. in l. solam. C. de testibus. Bart. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæstio.

SVMMARIVM.

1 *Offerens se sponte ad testificandum, repellendus est ut suspectus. & si testificetur, non probat nu. 3.*

2 *Testis qui uoluntarie se obtulit in una causa criminali ad testimonium, potest in alia ut inimicus recusari.*

4 *Testi se uoluntarie offerenti in cã hæresis integra fides adhibetur.*

5 *Testis inhabilis si ab utraque parte rogetur ut deponat, facit fidem. intellige ut nu. 6.*

SINGVLARE CXCII.

1 Testis † reputatur suspectus & est repellendus, quã do spontè se offert, & ad testificandum se ingerit. l. quæ omnia. & ibi Bart. ff. de procu. l. post legatum. §. hic verò. ff. de his quibus ut indig. auth. de testi. §. si uerò ignoti, ibi festinantes, col. 7. Bald. in authen. sed nouo iure, col. 1. C. si cert. peta. & in l. quoniam liberi, in prin. C. de testi. Lanfra. in c. quoniam contra, in uerb. testium depositiones, nu. 11. de proba. Fel. in cap. 2. nu. 13. de testibus. Hyppo. in l. unius. §. seruo. num. 6. ff. de quæstio. & in sing. 140. incip. testis qui offert se ad testi
2 ficandum, quod adeo uerũ est, ꝙ testis † qui in una cau sa criminali se offert, propter hoc potest repelli in alia causa à testimonio tanquam inimicus: ita dixit singu.

Abb.per tex.ibi post Innoc.in ca.cum P. manconella. in fine,de accusatio.sequitur Feli. in cap. 3.num.23.de testi.Ideo dixit Bart.in l.libertorum.C. de testi.Bald.in l.3.ff.eod.tit.sequitur Hyppol.qui alios allegat,in l.1.§. si quis vltro,num.12.ff.de quæst. quòd qui non citatus
3 † spontè venit ad deponendum, non probat, neque dictum eius valet: sed speciale in causis fidei reperitur, quòd
4 † se offerenti integra fides adhibetur.cap.accusatus.§.licet.de hære.lib.9.Ioan.de Imol.in cap. iurauit, in prin. de proba.Feli.in ca.2.num. 23. de testi. vbi regulam & fallen.scripsit.Iacob.Septiman.in Instit. catho. cap. 62. num.36.est in argumentum,text. in cap. cum in tua.&
5 cap.præterea,in 2.de spon. & quando testis † ab vtraq; parte est rogatus vt deponat,licet sit inhabilis,fidem facit,gl.in auth.de testi.§.si quis supplitijs,colum.7.Bald. in l.parentes.C.de testi.& in c.in nomine domini. eod.
6 tit. idque intelligendum est † quādo inhabilitas est per partes remissibilis,aliàs secus:vtputa excommunicationis exceptio,quæ non est remissibilis.Bal.in l.si quis testibus.nume.7.C.de testi. Hyppol. sing.92. incip.licet testis.

SVMMARIVM.

1 *Testis si in inditio dixit unomodo,& in alio uel eodem postea contrarium,cui dicto standum sit.& nu.3.*
2 *Testimonium proprium non ualet quis infirmare.*
4 *Depositioni ultimæ standum est in crimine hæresis.*
5 *Testis quando ad concordiam in suo dicto non reducatur.*

SINGVLARE CXCIII.

1 TEstis † si in iudicio dixit vnum, & in alio uel eodem iudicio postea dixit contrarium,dicens quòd prece uel prætio corruptus primo deposuit, primum dictum est validum, & non secundum.Innocen. in cap.

Innoc.in c.præterea.de testi.cogen.Cardi.& Abb.in c. veniens,in 2.de testi.idem Abb.& Io.de Imol.in c.cum in tua.vbi Fel.nu.4.de testi.Aret.in c.sicut nobis.col.2.
* de testi.l.30.titu.16.par.3.hanc dixit communem Corneus,conf.27.colum.penul.volum.3. Dec.conf.175.in causa falsitatis, num. 7.& conf.189.in casu proposito, num.10.Alcia.tracta.de præsum.reg.2.præsumptione.
2 Couarru.lib.2.resolu.cap.13.num.8.quia † quisquis sua voce dilucidè protestatus est, eundem casum non valet proprio testimonio infirmare. l. generaliter. C.de non numera.pecuni.c.per tuas.de proba.& supradicta intelligit Bar.in l.eos,nu.4.ff.de falsis:& in l. fi.C.de re
3 iudi. nisi secundo deponat illud in tormentis † quo casu,secundo, & non primo dicto stãdum est:in quo Bar. magis communiter reprehenditur: ut patet ex traditis per Fel.in d.cum in tua.num.4. & Couarru. in loco retro citatio:in quo laborat sustinere opinionem Bartol. & optimè scripsit Boërius, decisione. 108. incip. & videtur.

Sed speciale est in crimine hæresis,quòd posteriori
4 & non priori dicto † fides adhibetur. cap. accusatus. §.licet.de hæret. libro sexto. Repertorium Inquisitorum in verbo testes, & Directorium. par. 3. quæst.65. Ioan.Nicola.de hæret.nota.13.incip. volo. Alberti. in
* cap.1.q.16.nu.79.de hæret.lib.6. quam conclusionem dicit esse communem Couarru.ubi supra, numero nono,declarando d.§. licet:quando ex manifestis inditijs apparet tales testes qui de se uel de alijs ita testificantur, non animi leuitate aut odij fomite, sed zelo fidei catholicæ dictum suum corrigunt, & contraria depo-
5 nunt: & quando aliquis † testis dicto suo est varius, taliter, quòd sibiipsi manifestè contradicit, nullo mo-

do fit reductio ad concordiam: ſinautem non manifeſtè ſibi ipſi contradicit, ad euitandam falſitatem & periurium reducitur ad concordiam: ſed quoad hoc, ut eius dictum probet, nihil pœnitus operatur. de qua re eſt gl notab. & ibi Anto. in c. in noſtra, de teſti. Bart. in l. adeo, in fine per illum tex. ff. de falſis. Hanc theoricam tradit Ioan. de Imo. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de uerb. obliga. Alex. conſi. 20. in cauſa appellationis, nu. 4. uol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis periurus admittitur in crimine hęreſis.*
2 *Papa teſtem non idoneum poteſt facere idoneum.*
3 *Periurur in cauſis ſiue ciuilibus ſeu criminalibus, repellitur à teſtimonio.*
4 *Semel periurus, præſumitur falſum iurare.*
5 *Solitus furari, præſumitur fur.*
6 *Solitus fœnerari, præſumitur fœnerator.*
7 *Peiurus in vno articulo, non probat in alijs.*
8 *Periurus perdit beneficium aliquid probandi per iuramentum.*
9 *Semel malus, ſemper preſumitur malus, in eodem genere mali.*
10 *Niſi per triennium emendetur.*
11 *Vna preſumptio aliam tollit.*

SINGVLARE CXCIIII.

1 TEſtis † periurus, in cauſa hæreſis admittitur ad teſtimonium. c. accuſatus. §. licet. de hęre. lib. 6. gl. & docto. in d. c. in fidei fauorem, de hære. lib. 6. Fran. Squillacen. de fide catholica. c. 34. Fel. in c. teſtimoniũ, nu. 22. de teſti. dummodo ex inditijs & alijs adminiculis conſtet, quòd tale dictum non corruptionem, ſed veritatem continet: ita colligitur ex d. §. licet. & ex d. c. in fidei fauorẽ, tenet Feli. ubi ſupra. Abb. in c. per tuas,

num.4.de ſymo.Gundiſ.de Villa.de hære. q.13.nu.12.
Pala.Rub.in allega.hæreſis. §. fi. ex quib. iuribus clarè
2 deducitur, quòd Romanus Pontifex † poteſt facere ut
periurius uel inhabilis à teſtimonio nō repellatur.Spe.
tit.de teſte.§.1.verſ.ſed quæritur vtrum Papa. Io. And.
& Ant.in d.c.teſtimonium,vbi Feli.num.22.hanc dicit
eſſe communem:& Anto.Corſe.ſing. ſuis in uerbo te-
ſtis,in 5.dummodo non ſit defectus naturæ, ut mente
captus,& furioſus.Archi.Peruſ.in d.c.in fidei fauorem.
Ad rem igitur,regulariter,neque in cauſa ciuili, neque
3 in criminali,periurus † etiam emendatus.non admitti-
tur in teſtem.c.cum oporteat.de accuſa. c. ſicut nobis.
c.teſtimonium.de teſti.c.quicunque.6.q.1.c.ſi quis cō-
uictus.c.paruuli.22.q.5.l.8.& melius.l.fi.tit. 16. par.3.
l.9.& l.13.titu.8.lib.2.fori.ll.etiam ſi de facto periurus
ſit examinatus,nullum facit inditium, text. eſt ſingula-
ris in d.c.ſicut nobis,in fine:quem ibi Feli. notat,nu.3.
quæ eſt optima declaratio ad theoricam Bart. in l.ma-
ritus.ff.de quæſtio.& Bal.in l.ſeruos,in prin.C. de teſti.
quando teſtis repellitur ratione infamiæ, examinatus
facit inditium:ob id igitur periurus à teſtimonio repel
4 litur: ſemel enim † periurus, præſumitur in futurum.
l.ſi cui crimen.§.ijſdem : ibi,qui ſemel calumniatus eſt.
ff.de accuſa.gl. quæ dat hanc rationem in l.qui cū vno.
§.ignominia.ff.de re mili. gloſ.in l.Lutius. ff. de his qui
nota.infami.& in l.3.§.lege.ff. de teſti.& in l.Caſſius.ff.
de ſena.glo.in d.c.paruuli.gloſ.in verbo adulterij,in ca.
per tuas,de ſymo.& dicit gl.in l.lege Cornelia. ff.ad ſe-
na.conſul.Sillania.quòd ſi ſemel delinquit,præſumitur
6 in futurum delinquere,& ſolitus † furari,in dubio præ-
ſumitur fur.gl.& doct.in l.inciuilem. C. de furtis:& ſo-
litus fœnerari,præſumitur fœnerator.gl.in l.cum.alle-

7 gas. C. de vſuris. & teſtis † periurus in vno articulo ſui dicti, non probat in alijs articulis. Inno. in c. fraternita-
* tis. de hære. & dicit cõmunem opinionem Alex. conſ. 133. viſo proceſſu. nu. 5. vol. 1. & Bernar. Diaz in regu. 348. in cip. inſtrumenti falſitas: & Hyppo. dicit communem, ſing. 76. incip. communis conclu. ubi hoc limitat, & dicit ſing. Bal. in auth. & qui iurat. nu. 4. in fine. C. de bonis autori. iudi. poſſiden. & in l. 2. nota. 2. C. de bonis autho. iudi. poſſi. Roma. in l. admonendi. ubi latius Iaſ. in rep. nu. 60. ff. de iureiur. Abb. & Dec. in c. quæſtioni. in fine, de appella. Fel. in c. ex parte. de teſtj. Hyppo. in l. maritus. nu. 36. cum ſequenti. ff. de quę-
8 ſtio. quòd periurus † perdit beneficium aliquid probã di per ſuum iuramentum, quòd ad hoc videtur tex. expreſſus in c. paruuli. 22. q. 5. ibi, neq; ad ſacramentum accedat. & ibi, neq; in ſua cauſa nec alterius iurator exiſtat. allegat ad id Bal. in auth. & qui. in prin. C. de bonis autori. iudi. poſſi. & Roma. in rep. l. admonendi, in prin. ff. de iureiuran. & Fel. in c. ex parte. nu. 4. de teſti. quod optimè exemplificari poteſt in caſu. l. ſi quando. C. vnde vi. & in c. fi. quod met. cauſ. & in l. 9. tit. 10. p. 7. & in caſu. l. 11. tit. 5. lib. 4. fori. ll. & in caſu. l. ſancimus. C. de iudi. & in l. vnica. tit. 18. lib. 3. fori. & datur declaratio ad tex. & gl. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. & ad c. fi. §. fi. eo. tit. & ad c. vltra tertiam, de teſti. & ad cap. quia propter. de electio. & ad plures alios caſus relatos per Hyppo. in rub. C. de proba. nu. 119. cum ſequenti. & in pract. crimi. §. diligenter. nu. 103. & ratio eſt, quòd pe-
9 riurus non eſt idoneus teſtis, quia ſemel † malus ſemper præſumitur malus. l. non omnes §. à barbaris. ff. de re mili. l. 4. ff. de accuſ. l. eos. ff. de decurio. regul. ſemel malus. de reg. iu. lib. 6. quæ regula intelligi ſolet in eo-

dem

dem genere delicti tãtum: ut puta qui est homicida, & accusatur de furto vel de vsura, non propter id præsumitur fur uel vsurarius. Bar. in l. 2. ff. de sena. Bal. & Io. de Imo. in l. fi. ff. de hære. Insti. gl. & ibi Anch. in d. regula, semel malus. Fel. in c. cũ in iure. nu. 2. de offi. de leg. Alcia. tracta. de præsumptio. regul. 2. præsumptione. 7. Hyppo. cons. 77. in causa. nu. 11. & latius in sing. 74. incip. tu habes. Solet etiam limitari & intelligi dicta re-
10 gula, † nisi per triennium continuum malus emendetur, bene faciendo. auth. de monachis. §. si verò intra triennium: ibi, sufficit ad meliorem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis testi monium col. 1. quem tex. ad hoc dixit esse solemnem. Ang. ibi. & Sali. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satis. cogan. & in l. si minorem. C. de in integrum. resti. mino. Ias. in l. si prius. nu. 42. ff. de noui operi. nuncia. Alcia. de præsumptio. reg. 2. præsumptione, 7. num. 3. quia una
11 † præsumptio tollitur per aliam. l. eum qui. C. de epis. & cleri. l. diuus. ff. de integ. resti. c. absit. 11. q. 3. ca. cum in iuuentute: de præsumptio. vbi latissimè Feli. scripsit. 5. fallen. ad d. regulam. semel malus.

SVMMARIVM.

1 *Testis ad testimonium recipiendus non est, altera parte absente.*
2 *Omnia quæ aduersus absentes non contumaces fiunt, ualida non sunt.*
3 *Papa non potest in causa procedere, parte non citata.*
4 *In præsentatione instrumenti, pars aduersa debet citari.*
5 *Qua cautela periti aduocati uti debent, circa productionem instrumentorum.*
6 *In crimine hæresis parte absente, & non citata, testes recipiuntur.*
7 *In alijs delictis, maximè grauibus, non citatur pars in receptione testium.*

Casus

8 *Casus in quibus proceditur parte non citata.*
9 *Ponitur casus notandus in quo proceditur parte non citata.*
10 *Quando agitur de nullitate, sententia potest reuocari, parte non citata.*
11 *Quando sententia prolata fuit parte non citata, potest reuocari, ea non citata.*

SINGVLARE CXCVI.

1 TEstes † ad testimonium non sunt recipiendi, altera parte absente, & non citata. ca. 2. c. significauit, de testi. l. si quando, in fine. C. de testi. l. iudices. C. de fide instrum. auth. de testibus. §. hic uerò. col. 7. c. in primis. 2. q. 1. c. 1. 3. q. 9. l. 23. ti. 16. par. 3. generaliter enim omnia quæ aduersus absentes & non contumaces sta-
2 tuuntur, † non sunt valida. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. ubi plenissimè Hyppol. 12. ampliationes, & 60. fallē. scripsit. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. Hæc citatio ob id fit, ut pars contra quam testis producitur, videat an aliqua legitima exceptione talis testis à testimonio possit repelli. c. præsentium. de testi. etiam Papa non potest
3 in causa procedere † parte non citata. Hosti. & Io. And. in c. vestra. de procu. Hyppo. sing. 77. incip. citatio. cum de iure naturali sit citatio. cle. pastoralis. de re iud. & in
4 productione † cuiuslibet instrumēti debet pars aduersa citari: aliàs tale instrumentum non probat. c. chartæ. 3. q. 9. Bald. expresse in l. si quando. nu. 14. C. de testi. & in l. iudices. nu. 4. C. de fide. instru. & in l. 1. in fi. C. quando. lib. prin. dat. faciat lit. contesta. & ibi Ias. num. 11. & in l. fi. ff. de ferijs. Bar. in l. item illa. ff. de consti. pecu. Fel. in c. 2. num. 31. de testi. pro qua communi senten. est. l. properandum. §. sinautem reus. C. de iudi. & iuris regu

la, de

5 la, de qua in l. in exercendis. C. de fide instru. ideo † periti aduocati & procuratores in productione instrumẽtorum in actis, faciunt scribi ꝙ erat pars præsens, uel legitimè citata. His addendnm est vnum satis stupẽdum, quod affirmat Bar. in extra. ad reprimendum, in verbo. de plano. quomodo in crimine læsæ maie. proce. quòd ad hoc quòd instrumentum productum probet, necesse est quòd detur copia parti aduersæ, ad opponẽdum contra illud. Quod sequitur Rom. in l. qui ante calẽdas. ff. de verb. oblig. Ang. in §. appellantur, in fine, Insti. de excep. & plures alijs relati per Hyppo. in sing. 81. incip. aduertas ad vnum, vsqueadeo testis productus parte non citata, non probat, quòd eius dictum aliquod non facit inditium, probatur in d. c. 2. de testi. ibi, nullius momenti: quem tex. Abb. nu. 14. & Feli. num. 3. notant: & Dec. ibi. num. 27. dicit esse communem opinionem: tenuit Bar. in l. maritus. nu. 3. in fi. ff. de quæst. Hyppol. in l. 1. nu. 4. ff. de quæst. & melius cons. 59. in causa inquisitionis, in fine.

Sed speciale est in causis hæreticæ prauitatis, ꝙ parte
6 † absente & non citata, testes admittuntur. c. fi. de hęre. lib. 6 quem ibi ad hoc Domi. & Perus. notant in princ. & dixit esse ad hoc notabile Abb. in d. c. 2. num. 8. & ibi Feli. nu. 17. Rom. sing. 364. incip. fuit vnus: & Soc. reg. 523. incip. testium depositiones. falle. 4. Hyppol. in d. l. de unoquoque. num. 61. ff. de re iudi. Ludo. Carre. de hære. §. uersa autem vice. num. 10. Iaco. Sept. in Institu. catho. c. 62. num. 17. ut absque aliquo timore liberè & spontè testes aduersus hæreticos inquisitos deponãt: sæpe enim ille, aduersus quem testificantur, si esset persona potens seu terribilis, & testium personas cognouisset, testibus mortem, uel minas, uel timorem inferret:

ret:vt dicitur in d.cap.fi.de hære.lib. 6. vnde dicit sing. Hosti.& Ioan.And.in c.quoniam frequenter, in princ. vt lite non contesta.quos ibi Abb.nu. 14.sequitur:& in d.c.2.nu.9.& Feli.nu.13.& Rom. vbi supra. ꝙ quando propter nimiam potẽtiam aduersarij est timor de morte, vel de oppressione testium, omittenda est citatio
7 † partis aduersæ in examinatione testium: & in delictis enormibus potest iudex procedere lite non contestata,& parte non citata, in receptione testium. Archi.in c.1.de homi.lib.6.quem refert Hyppol.in pract. crimi. §.diligenter.num. 158. quod sanæ æquitati consonum non mihi videtur, cum de maiori præiudicio & pœna
8 agatur. Sex casus † in quibus testes non citata parte examinantur refert Rom.singu.364.incip.fuit vnus,& 14.casus scripsit Felin.in cap.2.nu.7. de testibus:& 60. casus per Hyppol. in d. l.de vnoquoque.

Vltrà quos addam vnum notatu dignum: videlicet;
9 †quòd si aliquis equum cõduxit ad partes longinquas, & in illis partibus aliquo casu fortuito mortuus fuit equus,conductor faciat testes coram iudice competẽti examinari: neq; ad validitatem & fidem testium necesse est citatio domini equi. Ita dixit sing. Bar.in l.2. nu.4.C.de naufra.lib.11.quem sequitur Ant. Cors.in sing.incip.testis in loco:& Rauen.in alphab. aureo.fol. 143. colum.4.Hyppol.singu.24.incip.clarum est.Dec. in cap.2.num.26.de testi.quod intelligendum est,dum modo dicta testium de necessitate concludant ad eorũ validitatem:nam si in genere probant, quòd equus cũ quo itinerabat,qui erat talis coloris, fuit mortuus,non videtur sufficiens probatio : sed probetur ꝙ ille equus qui fuit locatus fuit mortuus, qui erat Titij locatoris: nam poterat esse alius equus eiusdem coloris:cum omnes

nes equi sint ferè eiusdem coloris, ut dicit Ioan. Andre. in cap. auditis. fin. colum. de præscrip. quem ibi Ant. & Abb. sequuntur: & Ias. in l. fin. num. 20. C. de bono. posses. secundum tab. & Alexan. consil. 119. viso processu, hanc dixit esse communem opinionem. Dec. consi. 91. incip. & diligenter, in fine. Dicta enim testium & probationes, debent de necessitate concludere. l. neque natales. C. de proba. l. nam hoc. C. vnde legi. cap. in præsentia, de proba. Sed reuera mihi videtur, quòd si ita esset, difficilis daretur probatio: maximè propter locorum distantiam. Deponant igitur testes de alijs signis equi, & admiuiculis, vt eorum dicta magis concludant: quæ est optima & notanda declaratio, ad sing. theoricam Barto. in l. 1. C. de cursu publico. lib. 12. id vnum circa prædicta silentio omittendum non est: quòd quando agitur de nullitate alicuius sententiæ, quæ coram eodé iudice, qui eam protulit, debet agi, ut dicit glos. fin. in l. iudex posteaquam. ff. de re iudi. Bart. in l. si expressim. ff. de appella. Card. in clem. 2. num. 8. de rescrip. Decius in cap. in literis, de offic. delega. parte non citata potest
10 sententia † pronuntiari nulla à iudice. Abb. anti. in cap. causam, quæ. de rescript. quod ibi Abb. & Decius optimè declarant: & quando sententia † vel possessio data
11 fuit de facto, parte non citata, potest reuocari parte etiam non citata. Bar. & Alex. in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis. Decius in l. nihil tam naturale. num. 4. ff. de reg. iuris.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati non compelluntur testificari in criminalibus. Fallit in crimine hæresis. nu. 2.*

SIN-

SINGVLARE CXCVI.

1 TEstificari in criminalibus nemo priuilegiatus† cõpellitur: vtputa milites & senes, seu valetudinarij. l.inuiti.ff.de testi.cap.dilectorum. vbi gloss. magna, & dd. de testi.cogen.Innoc.in cap.1.& in cap.super eo.eo.
2 titul. Sed in crimine hæresis, † omnes etiam à iure priuilegiati testificari compelluntur.Innoc.in d.cap.1.nu. 5.& Ioan. Andre.& Hosti.in d.cap. dilectorum. cap.literas.ubi Abb.num.2. & 8. de præsumptio.Socin.reg. 509.incip.testificari in criminalibus: ubi regulam & 5. fallen.scripsit.

SVMMARIVM.

1 *Domesticus regulariter a testimonio repellitur. Fallit in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ.nu.2. Ratio assignatur num.3.*

SINGVLARE CXCVII.

1 TEstis domesticus† regulariter à testimonio repellitur.l.etiam.C.de test.l.idonei.& l.testes quos. ff.eod.titul.l.1.§.ad quæstionem.ff.de quæstio.c.in literis, de testi.l.18.titul.16.par.3.& dicuntur domestici quasi domi stantes.l.pronuntiatio.ff.de verb.signi.declarat Bald.in d.l.etiam. Sed in crimine læsæ maiesta-
2 tis, diuinæ & humanæ, testis domesticus † ad testimonium admittitur.l.fi.C.ad l.Iuliam.maiesta.Gundiss.de Villa. de hæret.q.13.num 11.Bertachi.par.4.nu.91.vbi regulam in hoc, & plures fallen.scripsit.Feli.in d.cap.in literis.Hyppol.in l.1.§.ad quæstionem, per 4.colum.ff. de quæstio.& in sing.5.incip.regula est: & 32.fallen.ad

dictam

dictam regulam refert Berna. Diaz de Luco, in reg. 746. incip. testis domesticus. Ratio specialitatis est,
3 quia hoc crimen † hæresis solet clàm & secretò fieri: & ideo melius per familiares quàm per alios probari potest. l. consensu. C. de rep u. c. tertio loco, de proba.

SVMMARIVM.

1 *Testes quos quis pro se produxit non potest in eadem uel alia causa exceptione repellere. Fallit ut nu. 2.*

SINGVLARE CXCVIII.

1 TEstes † quos quis pro se produxit, si contra se in eadem vel alia causa producantur, non potest aliqua exceptione repellere. l. si quis testibus. C. de testi. cap. si quis testibus. 4. q. 3. l. 31. titu. 16. par. 3. nam quos semel quis approbauit, non poterit potest reprobare. l. si vxor. §. fi. in fine. ff. de adulte. c. publicato, de electio. c. dilectissimi. 8. q. 2. Sed in odium hæreticorum, si ortho-
2 doxus † contra hæreticum litiget, pro se hæretici testimonio potest vti: si autem contra se hæreticus producatur, orthodoxus hæreticum potest a testimonio repellere. c. si hæreticus. in prin. 2. q. 7. gl. fi. in c. possessor. de reg. iur. lib. 6. dicit hoc esse speciale fauore fidei.

SVMMARIVM.

1 *Testis inimicus an à testimonio repellatur in crimine hæresis.*
2 *Inimicus non est idoneus testis.*
3 *Amicus mei inimici, à testimonio repellitur.*
4 *Testis de proximo reconciliatus. à testimonio repellitur.*
5 *Qui solitus est salutare, si non salutat, presumitur inimicus.*

6 Inimicus

6 *Inimicus dicitur qui minatur.*
7 *Detentus in vinculis, etiam iustè præsumitur inimicus & odiosus.*
8 *Omnes qui sunt de aliqua familia alteri contraria, dicuntur inimici.*
9 *Qui sponte vult testificari, inimicus præsumitur.*
10 *Fides adhibetur testi asserenti se esse inimicum.*
11 *Arbitrio iudicis relinquitur quæ inimicitia sit sufficiens, ut quis à testimonio repellatur.*

SINGVLARE CXCIX.

1 TEstis inimicus † in crimine hæresis, à testimonio non repellitur, secundum Archi. in ca. accusatus. num. 4. de hære. lib. 6. allegando. c. licet Heli. & in c. per tuas, de symo. idem tenuit Ioan. Nicola. de hære. nu. 10. incip. non ignoras. Sed contra prædictos tenuit expressè Gundissal. de Villa. q. 13. nume. 13. sui tracta. de hæret. & latè Iaco. Septi. in Institu. catho. cap. 25. num. 18. & cap. 62. nume. 31. quæ opinio magis mihi placet: nam iura quæ Archid. allegat, id non probant: & est cō
2 tra eos reg. iuris, quòd inimicus † nō est idoneus testis. ca. repellantur. c. me minimus. cap. cum oporteat, de accus. c. si testes. 4. q. 3. l. 3. in prin. ff. de testi. l. 1. §. quæstionum. ff. de quæst. l. si quis testibus. C. de testi. l. liberi. C. de inoffi. testa. l. 22. titul. 16. par. 3. quæ lex regia refert omnes iustas causas inimicitiæ, & d. l. 3. ff. de testi. & ēt
3 † amicus mei inimici, contra me à testimonio repellitur c. repellantur. c. cum. p. manconella, de accusa. Bart. in l. sciendum. ff. de leg. 1. Bald. in d. l. si quis testibus. Alex. cons. 99. in causa inquisitionis. nume. 6. volum. 1. quod bene declarat Feli. in c. 1. in fine. de testi. etiam si testis
4 de proximo sit reconciliatus † & olim erat inimicus, à testimonio repellitur: quia semper remanent vestigia

inimi-

inimicitiæ.cap.accusatores.1.& ibi, gl.3.q.5.glo.in uerbo inimicitias.in cap.per tuas. vbi Feli. & Anan.de symo.Innoc.Abb.Anan.& Feli.in cap.cum oporteat, de accusat.Ias.in l.apertissimi. C. de iudi.Roma.sing.315. Hyppol.in l.1.§.præterea.nume.4.ff. de quæstio. Latè Tiraquel.de cessante causa, parte. 2.limita.16.num.7.
* Hanc fatetur esse communem opinionem Couarru.in quæstio.practi.cap.16. numero 3.aduersus quam est.l. Athletæ.§. dat remissionem. ff. de excusa. tuto. ubi nuper reconciliatus inimicus non excusatur à tutela. Et dicit gloss.sing. in cap. cum Adrianus. 93. distin. quòd
5 præsumitur † inimicus ille, qui non salutat, si solitus est salutare: quam dixit sing. Abb.in cap.ad hæc. 1.num. 3. de appella.& in cap.cum cessante,num.8.eod.titu.& in d.cap.repellantur.num.2.& in cap. olim. nu.6.de iniurijs.Stepha.Aufre.in Capel.Tholo.decisione. 222.incip.item fuit.& Feli.in cap. cum super. num. 1. de offic. delega.& in rub. prohemij decreta.num.19.Mar.Blan. in repe.l.fin. num. 109. ff. de quæst.gl.est simi.in parte, non loquitur,in c.si inimicus.93.distin.& qui minatur,
6 † dicitur inimicus. Bal.in l.vnica.nu. 8. C. si quacunque prædi.potesta.qui allegat glos.in d.§.dat remissionem. Idem tenuit Feli.in d.cap.cum super.nu.4. & minæ sufficiunt,ut qui minatur,ponatur ad torturam. Spec.tit. de præsum.§.species.vers ponè petens: quam doctrinā aliquibus rationibus nititur reprehendere Hypp. cōsi. 82.incip.tria,in prin. & qui aliquē facit detineri in vin-
7 culis,† etiam iustè,iudicis authoritate, talis præsumitur odiosus & inimicus.tex.est sing.in l. in ipsius mariti. C. fami.hercis. quem ad hoc dicit esse notabilem Abb.in cap.cum dilectus,in fin.de accusat.& Mar. Blan.in rep. l.fin.num.99.ff. de quæstio. Idem tenuit Bald.in l.non

ignorat,in fine.ff.ad exhiben.Felin.in d.capit.repellantur.num.3.& eſt tex.ſimilis,in cap.2.de procur.lib.6.& omnes qui ſunt de aliqua familia,uel ſeditione alteri fa
8 miliæ contraria,dicuntur inimici, † & à teſtimonio repelluntur.Bald.in l.vnica.C.de rap. virg. & in c.ſi vaſſallus. in princ. Si de feudo fuerit contro. Abb. in d. cap. cum.p.manconelia.num.2.Felin.in d. cap.repellantur. num.4.ut in Italia ſunt Guelphi,& Gybellini:& in ciuitate Ianuenſi Aurij, & Fregoſſi:& in Napolitana ciuitate Gaſconi,& Vaſcolleti:& Florentiæ Altouitæ,& Alamani:& in Nauarra Viamonteſi, & Agramonteſi:& in Turre Iulia, & Caſtro Cæſaris:in Hiſpania inter familiam Chauenſem,& Vargenſem:& in Vbeta & Baētia, inter Carauaialenſes, & Couenſes : & qui ſpontè abſq; iudicis mandato vult teſtificari in cauſa criminali con-
9 tra aliquem illius præſumitur inimicus.† cap. meminimus:& ibi gloſ.fin.& Abb.notat,num.8.de accuſa.& in d.cap.cum.P.manconella:& in cap.1. nota. 2.ubi latè Decius.de iudi. Et generaliter in qualibet cauſa,teſtis qui ſpontè ſe ingerit,& ſpontè vult teſtificari,eſt ſuſpectus : authen.rogati.C.de teſti.Bartol.in l. quæ omnia. §.1.num.2.ff.de procura.& in l. poſt legatum. §.his verò.ff.de his quibus ut indign.Felin.in cap. ſecundo.nu.
10 23.de teſti.& creditur teſti † aſſerenti ſe eſſe inimicum alicuius, vt à teſtimonio contra illum repellatur. cap. inquiſitionis.§.tertiæ.ubi Abb.notat,num. 7. de accuſ. & ſufficit ut à teſtimonio repellatur, vt ſubſit aliqua legitima cauſa inimicitiæ : etiam ſi teſtis iuramento examinatus dicat nullum habere odium uel inimicitiam cum illo contra quem teſtificatur.Salic.in l. 1. in princ. ff.de teſtibus. & in authen. ſi teſtis productus dicatur. C.eodem titul.Alexan.conſi.99. in cauſa inquiſitionis, num. 3.

nu. 3.volum. 1.Hyppol.ſing. 178.incip. inimicus:quod certè eſt ſingulare,& quotidianum. Finaliter arbitrio
11 iudicis relinquitur, † quæ inimicitia ſit ſufficiens, propter quam teſtis à teſtimonio repellatur.gloſ.in verbo. inimicos,in cap.cum oporteat:ubi Abb. num.4.de accuſa.gloſ.in uerbo,inimicum,in cap.2. de procura. lib. 6.gl.magna in fine,in cap.accuſatores.3.q.5. pro quib. eſt.l.3.§.1.ff.de teſti. & authen. de teſti. §. ſi uerò dicatur.colla.7.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium defectus ſupplentur ex numero. Fallit in cauſa criminali uel ciuili ardua.nu.2.ceſſat fallentia in crimine hæreſis. nu.3.*

SINGVLARE CC.

TEſtes ſi ſunt plures & minus idonei, ut fidem fa-
1 ciant,eorum defectus ſupplet nnmerus.† glo.eſt ſing.in uerbo numerus,in l.3.§.1.ff.de teſti.quam dixit ſing.& non eſſe alibi Barto.in l.excuſantur.num.7.ff.de excuſa.tuto.Io.de Imo.in l.qui teſtamento,in prin.ff.de teſta. Alex.conſ.149.viſo proceſſu.nu. 5.uol.5. & conſ. 21.incip.repetitio in cauſa,in princ. vol. 4.& conſ.5.in cauſa inquiſitionis.num.6.uol.1.Dec.in c.licet cauſam. nu.8.de proba.Hyppo.in rub.C.de proba.nu.312.&in conſ,109.audito,& intellecto.nu.5. & in practi. crimi. §.expedita.nu.82.quæ communis opinio, & gl. intelligenda eſt in cauſa ciuili: ſecus tamen in cauſa criminali uel ciuili ardua, in quib. illud quod in fide teſtium de-
2 ficit, eorum numerus † non ſupplet: ita notanter dixit Bal.in c.ad noſtram,de proba.allegando. c.licet.§.quidam uerò de proba.quod ſequitur Feli.in cap.teſtimo-

nium.num.5.de testi. Dec. in d. cap. licet causam.num. 8.& in consi. 133. viso processu.num.3.& Hyppol. in locis retro citatis:& in sing. 437. in causis: & singu. 477. incip. in testibus. Sed in crimine hæresis, quanquàm
3 causa sit criminalis & ardua, numerus testium † defectũ eorum & qualitatem supplet.cap.in fidei fauorem: ibi, ex numero testium. de hæret. libro 6. ita dicit Francis. Squilla. de fide catho.cap.34.& Pala. Rub. in sua alleg. hæresis.§.fin.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui non sunt idonei, in subsidium an reputentur idonei.*
2 *In causa adulterij domestici admittuntur.*
3 *Ratione difficilis probationis, minus idonea probatio habetur pro plena.*
4 *Qualiter probetur contractus esse vsurarius.*
5 *Qualiter crimen repetundarum aduersus iudicem probetur.*
6 *An l.8.tit.15.lib.2.ordi. intelligenda sit secundum dictum Angel. ibi relatum.*

SINGVLARE CCI.

1 TEstes † qui aliàs non sunt idonei, in subsidium reputantur idonei:sed non semper, neq; omni tp̃e, neq; in qualibet causa, sed tantum quando ex natura illius actus qui uenit probandus, alij testes neq; actu neque habitu possunt haberi, prout est in crimine hæresis seu coniurationis, aliorumve delictorum, quorum mos est, quòd semper solent clàm & occultè perpetrari, & non in alijs delictis, vtputa in homicidio, uel iniuria, uel violentia, in quibus delictis habitu multi testes poterant interuenire, sed actu non interuenerũt, nisi testes

infames,uel mulieres,uel alij minus idonei : tunc tales testes in subsidium non reputãtur idonei.Ita dixit sing. Ant. de Butrio in cap.tertio loco.de proba. quem ibi Feli.nota. 4. sequitur : & in cap. de cætero. numero 5. de testi. Abb.in c.fi.num. 2.de testi.cogen. Ias.in l.cunctos populos.lectu.prima, in fine.& in 2.lect.num.50. C.de summa Trini. & fide catho. Alex. consi. 64.uiso themate.uol. 1.Decius consi.310.visis diligenter atte stationibus.nu.3.& consi.342.in casu partus suppositi, nu.3.Hyppo.sing.73.incip. plures sunt, & in l. infans, nu.47.ff.de sicarijs.Io.Berna. Diaz reg. 759. incip. testes qui aliàs.pro qua conclusione est.c.in literis.de testi.& capit.fi.de testi.cogen.& l. consensu. C. de repu-
2 dijs : ubi in causa adulterij domestici † admittuntur, quia clàm & occultè fieri solet : & l. ob carmen. §. si ea rei conditio.ff.de testi. ubi arenarium testem uel similem personam admittere cogimur : & ita intelligenda est iuris regula,quòd testes qui non sunt idonei, in subsidium,quando alij testes non possunt haberi,reputantur idonei:de qua.c.ueniens,in 2. de testi.c.fi.de testi. cogen.c.tertio loco,de proba.c.cum dilecti.de electio. l.pe.C.de hære.l.non omnes.§.à barbaris. ff.de re mili.Bal.in l.quia liberi.C de testi.Ias.in l.4.§. si tibi ob indicium,nu.4.ff.de cond.ob turp. cau. Hyppo. in l. 1.§. diuus Antonius,in fine.ff.de quæstio.& in cons.61.post reditum,in fine.& consi.102.incip.pauci sunt dies.Fel. in c.insuper.nu.7.de testi.optimè Ioan.Igneus in rep.l. 1.§.serui appellatione.ff.ad Sillani.

Huic conclusioni proxima est alia iuris regula,
3 quòd ratione difficilis probationis probatio † minus idonea habetur pro legitima probatione.l.si vicinis.C. de nuptijs.l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui

uel alie.iu.c.maritus,de adulte.c.Michael,de filijs præsbyterorum.Bar.in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu.17.ff.de noui ope.nuncia.Bal.in l.quicũque.nu.24. C,de seruis fugi.& in auth.quas actiones,in fine.C. de sacrosan. ecclesijs. Ias.in l.si quis ex argentarijs.§.prætor ait,nu.20.ff.de edendo.& in l.cum ea.num.5.C. de transa.Petrus Gerar.sing.8.incip.nota quòd in casibus clandestinus.Hyppo.sing.primo,& in rub.& de proba. nu.8.ex quo deducitur decidendi ratio, ad ca. cum in
4 tua diœcesi, de vsuris: ubi probatur contractus † esse vsurarios,ex præsumptionibus & argumentis,propter occultas fraudes quibus quotidie vtuntur vsurarij,ad exigẽdas vsuras,sing.l.regia prima.tit.2.lib.8.ord.quæ probat,illos à quibus vsurarius habuit vsuras, ad probandum contractum vsurarium idoneos esse testes, dummodo ad eos nullum cõmodum pertineat: quod optimè declarat Fel.in c.per tuas,in fine. de testi. post Bal.in l.dictantibus.C.de testa.Roma.sing.355. Didacus à Couarru.lib.3.resolu.cap.3.num.4.& 5.

Hinc est quòd dicit gl. sing. & expressius Ange. ibi, in auth.vt iudices sine quoquo suffra.§.oportet.coll.& quam allegat Hyppo.in l.lex Cornelia,nu.3.ff. de sicarijs.& in consi.61.post redditum. nu.33.quod adhibe
5 tur fides aliquibus, dicẽtibus † pecuniam vel rem quãpiam iudicibus dedisse,vt venalem sententiam proferant:quia iniqui iudices,non coram testibus uel tabellione,sed clam & occultè solent accipere: quam conclusionem ueram esse opinatur Ang. ibi, quando sunt
6 aliæ præsumptiones contra iudicem: † sed. l. 8.tit.15. lib.2.ord.statuit,quòd si sunt tres uel plures affirmantes aliquid iudici dedisse, vt iniquam sententiam proferat,huiusmodi aduersus iudicem est legitima proba-

tio,

tio,vt iudex pœna ordinaria puniatur: de qua conclusione uide supra sing. 102. in fine, vbi optimè.

SVMMARIVM.

1 *Attestationibus publicatis super ijsdem articulis vel directo contrarijs, ijdem, vel alij testes non recipiuntur, ut euitetur subornatio. Fallit in hæresi. nu. 2. & in alijs casibus remissiue. nu. 3. in criminalibus. nu. 4.*
5 *Defensionibus suis quis non potest renuntiare in criminalibus.*
6 *Sententia condemnatoria non transit in rem iudicatam, in criminalibus.*
7 *Suspitio subornationis cessat in testibus legalissimis.*
8 *Attestationibus perditis testes iterum post publicationem sunt examinandi.*
9 *Iudex ex officio suo pōt testes in causa producere post publicationē.*
10 *Cautela pro uolente producere testes post publicationem.*

SINGVLARE CCII.

1 TEstibus seu attestationibus † publicatis super eisdem articulis uel directo contrarijs, idem, uel alij testes non recipiuntur, ut euitetur subornatio. cap. fraternitatis. c. cum uenisset. cap. causam. in 2. de testi. Cle. fi. de testi. l. 37. & 39. tit. 16. par. 3. l. 4. tit. 11. lib. 3. ordi.
2 quod fallit in crimine hæresis, in quo testes † semper admittuntur, non obstante publicatione. Archi. in c. per hoc, in fine. de hære. lib. 6. Domini. in cap. vt officium. §. uerum. eod. tit. & lib. Albert. in c. 1. q. 16. nu. 19. eod. tit. & lib. Ludo. Carrerius, de hære. num. 124. Villa Diego. de hære. q. 14. Feli. in d. cap. fraternitatis, nu. 10. Ponzimbius de lamijs. nu. 73. Soc. in reg. 498. incip. testibus publicatis. Falle. 11. tum propter fauorem fidei, tum quia publicatio in crimine hæresis secretè

fieri ſolet:ideoque ſubornationis ſuſpitio ceſſat. Non-
3 nullas † fallen.ad regulam poſitam refert Feli. in c.per
tuas,de teſti.& in d.ca.fraternitatis & Soc. in reg.503.
incip.teſtes poſt publicationem , & d.l.39.adde aliam
in cap.cum clamor.de teſti. quando teſtis primo obſcu
rè depoſuit.alium ſing.caſum,in cap. ex tenore.eodem
titu.quando incontinenti teſtes producuntur,uel quã-
do de ſua defenſione ante publicationem inſtrui non
potuit.alium in cap.cum in tua diœceſi. eodem.tit.quã
do prius teſtes fuerunt recepti in iudicio ſummario,vel
in cauſa criminali,vel extra iudicium alium caſum.in c.
per tuas.eod.titu.quando non fuit rectè facta publica-
tio,quem text.bene declarat Hyppol. in l.1.num.19.ff.
de ſicarijs.alium in cap.cauſam quæ.in 2.de teſti.quan-
do publicatio in certis capitulis tãtum fuit facta : alium
caſum in l. vnius. §. reus. ſecundum vnam lecturam.ff.
de quæſtio.caſum in cauſis criminalibus alium, quibus
4 teſtes † poſſunt recipi poſt concluſionem & publicatio-
nem teſtium,expreſſe Bart.in l.diui.ff.de pœnis , & in l.
vnius.§.cogniturum.ff.de quæſtio.Hyppol. in l. 1. §. ſi
quis vltro.num.4.ff. eod. titul. eſt text.in d. cap. cum in
tua.vbi gloſ. & Docto. nam in cauſis criminalibus ſuis
5 defenſionibus † quis non poteſt renuntiare,neque da-
6 tur deſertio appellationis,neq; vnquàm ſententia†con
demnatoria tranſit in rem iudicatam. Anan. in cap.de
his,in fine.de accuſa.text. in d.§.cogniturum. gloſ.in l.
pactum inter hæredem.ff.de pactis.Hyppol. in l.vnica.
num.144.C.de rap.virg. præterea alium caſum ad ſu-
pra dictos ſcripſit Spec.titu. de Inſtru. editio.§.fin.ver-
ſic.ſed pone, quem refert Alexan. in authen.iubemus.
colum.3.C.de iudi.Hyppol.in d.§.ſi quis vltro. nume.
vndecimo,& in conſil.primo nume.75 .videlicet quan-
do

do testes sunt legalissimi, omniq; exceptione maiores,
7 quia in eis cessat omnis suspitio † subornationis, adde alium, quando post publicationem testium, per facti euidentiam possit contrarium probari. Bald. in l. si quis testibus, in fine. C. de proba. nu. 161. cum sequentibus. Hyppol. in rub. C. de proba. alium, quando atte-
8 stationes † sunt perditæ, quòd iterum post publicationem testes sunt examinandi. cap. fin. de proba. Spec. ti, de probatio. §. satis vtiliter. Hyppol. in d. rub. de proba.
9 nume. 339. addendus est alius casus, quòd iudex † ex offic. suo potest testes in causa producere post publicationem. Bal. in l. ampliorem. C. de appel. sequitur Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. colum. 3. ff. de damno. infecto. Barba. in cap. ad petitionem, nota. fi. de accusa. Hyppol. plurima referendo in l. 1. §. si quis vltro. num. 8. ff. de quæstio. & in consil. 60. incip. sermonem rectum. nu. 19. ac ita ex prædictis iuris professores modo relati col-
10 ligunt cautelam, † quòd pars quæ vult testes producere post publicationem det nomina testium iudici, & se absentet, & iudex ex suo officio illos producat, cum iudici nunquam sit conclusum in causa. l. ubicunque. ff. de interroga. actio. cap. iudicantem. 30. quæst. 5. gl. 1. in c. fi. de confessis. gl. in c. 1. ubi Francus. nu. 4. eod. tit. lib. 6. c. per tuas. ubi gl. de testi.

SVMMARIVM.

1 *Testes singulares in crimine hæresis an probent.*
2 *Testes singulares regulariter non probant.*
3 *Quando sunt testes singulares, dictũ unius debilitat dictum alterius*
4 *Tantum probant mille testes singulares quàm vnus.*
5 *Non defertur iuramentum habenti plures testes singulares.*
6 *Quando dicantur testes singulares.*
7 *Quando testis plus dicit in dicto suo quàm alius, non dicitur singularis.*

8 Quando

8 *Quando testes in modico sunt contrarij, non dicuntur singulares.*
9 *Quando testes concordant in substantia rei, & non in uerbis, non dicuntur singulares.*
10 *Singularia dicta Archi. circa singularitatem testium.*

SINGVLARE CCIII.

1 TEstes singulares † in crimine hæresis plene probare affirmat Iaco. Butri. in l. Arriani, post glos. ibi. C. de hære. Sal. in l. quicunque. C. eod. tit. de hære. Bald. in cap. cum omnes, de consti. Alex. cons. 72. incip. inspecto diligenter. num. 4. volum. 1. & Corneus consi. 28. vol. 3. sequitur Ias. in rep. l. admonendi. num. 256. ff. de iureiuran. dicentes, quòd ad probandum aliquem esse hæreticum in genere, sufficit per testes singulares diuersas illius hæreses probare: veluti si aliquis testis dicat ꝙ Lutherus asseruit vota castitatis neminẽ obligare: & al ter testis dicat, ꝙ audiuit eundem dicentem non esse obediendum Papæ, & ita testes de diuersis hæresibus testificantur, tales testes probant in genere illum esse hæreticum: ita tenuit Ioan. de Imol. in cap. cum oporteat. de accusa. Decanus Segouiensis de hæresib. c. 12. Hyppol. consil. 1. num. 28. & num. 41. Albertinus in c. 1. q. 16. num. 51. de hæret lib. 6. Iacob. Septi. in Institu. catho. cap. 62. num. 24. vbi rationem huius rei assignat, quòd omnes hæreses sunt connexæ & inuicem colligatæ, vt his verbis inquit cap. excommunicamus. 1. de hæret. & quòd hæc opinio seruatur in practica. licet esset tutius secundum eum quòd super hoc fieret constitutio: sed Anto. de Butrio. in d. cap. cum oporteat, de accusa. affirmat, quòd si vnus testis deponat quòd Titius dixit Christum non esse natum de virgine: & alter testis

ſtis dicat,quòd idem Titius dixit in Trinitate non eſſe æqualem potentiam,quòd tales teſtes non probant illum eſſe hæreticum, quia ſunt teſtes ſingulares.Id etiã tenuit idem Ant.in cap.veniens.1.in fine. de teſti.Alex. conſil. 19.in his quæ in themate.nume.22. volum.4.& conſi. 100.ſuper primo.num.6.volum.1.& Hyppol.ſibi contrarius conſi.109.audito. num.7.& hanc dixit eſſe
* communem opinionem Pala.Rub.in allega.hæreſis.§. 12.& Iaco.Septi. ſibi etiam contrarius in Inſtit. catho. cap.50.in princ.Nicola.Boërius ſing.in deciſione.342. incip.& videtur per totam illam deciſionem:quas opiniones diuerſas nititur conciliare Feli.in c.licet ex quadam.col.pen.de teſti.& Fran.Squillac. de fide catho.c. 34.& cap.45.

Vltima verò opinio mihi ſemper placuit,quia teſtes
2 † ſingulares regulariter non probant.cap.licet cauſam. §.quanquam.de proba.cap.cum dilecti, de accuſa.cap. bonæ in primo.§.contra vero.de electio. cap. cum eccleſia ſutrina.§.nos igitur. de cauſa poſſe. & proprie. l. ob carmen.§.fin.ff.de teſti.ratio eſt, quia non eſt numerus teſtium, ſed ſinguli ſingula dicunt. Immo dictum
3 † vnius debilitat dictum alterius, ideo tantum vel mi-
4 nus probant mille teſtes † ſingulares quàm vnus teſtis: vt dicit Bald.in l.iuriſiurandi.num.4. C. de teſti.& in c. tam literis.eodem tit.ꝙ in l. de quibus:verſic. ſed nunquid teſtis.ff.de legi.Anto.in d.cap.veniens, in 1.in fin. de teſti.Alex.conſ.19.in his quæ in themate. num. 22. volum.4.Iaſ.in repe.l.admonendi.num.256.ff.de iureiuran.Decius conſil. 189. in caſu propoſito. num. 8.& conſi.310.viſis diligenter.num.7.& latè conſi. 534.procedendo breuiter. num.12.Hyppol.conſil.109.audito & intellecto.num.4.& ſing.114.incip. vulgatum, ideo

in ſupplementum probationis habenti plures etiam
5 teſtes ſingulares non defertur iuramentum. † Vt concludit Iaſ.in d.rep.l. admonendi. nu. 256. & dicuntur
6 teſtes † ſingulares quando ſuas atteſtationes in vnum rei finem non conferunt. Et ſingularitas in teſtib.alia eſt obſtatiua,& iſta omnino infringit teſtimonium:alia eſt adminiculatiua, & iſta teſtimonium coadiuuat, ut dicit Bal.in c.licet cauſam.nu.11.de proba. & in d. l.de quibus.col.pe.& clarius eius uerba exponendo dicendum eſt,quòd ſingularitas teſtium quandoque eſt cũ contrarietate:interdum cum diuerſitate: ſæpe etiam cum connexitate. Quando cum contrarietate,quia inuicem ſibi contrariantur,vtputa ſi vnus ait & alter negat,neuter aliquid probat, & in hoc caſu vere dici poteſt quòd dictum vnius eneruat fidem alterius: exemplum eſt in illis falſis teſtibus, qui Suſannam adulterij ream facere voluerunt, ut in cap.13.Danielis. Interdũ verò cum diuerſitate,vtputa, quia ſingularitas teſtium eſt circa diuerſa & pœnitus ſeparata, tunc ſibiinuicem non abrogant fidem;& in hoc caſu uerè dicitur, quòd tantum probant mille teſtes quantum vnus, cum quilibet teſtis ſit ſingularis & non habeat conteſtem,& ita procedit dictum Bald.& ſequatium: in d.l. iuriſiurandi,nu.4. Sed ſi ſingularitas inuenitur in rebus connexis,uel in eis quæ ad eundem finem tendunt, dictum vnius coadiuuat dictum alterius, ueluti ſi unus teſtis dicat ſe uidiſſe Petrum numerantem Titio centum aureos: & alter dicat ſe audiuiſſe Titium confitentem dictos centum aureos:ita Bald.ubi ſup.& Fel. in d.cap. licet ex quadam. & bene Decius conſi. 650. & ad probandum actum indiuiduum,ſufficit partes eius probare per teſtes ſingulares: ideo ad probandum celebra-

tionem missæ, sat est quòd singuli testes de singulis partibus missæ testimonium perhibeant. glo. communiter recepta, in cap. nihilominus. 3. q. 9. de qua per Feli. vbi
7 suprà: & quando vnus testis † plus dicit in dicto suo quàm alter testis, non tamen ob id sunt contrarij uel singulares. Ita Anto. in cap. 1. de offi. lega. Dec. consil. 100. in causa inquisitionis, nume. 4. & 6. & quando te-
8 stes † in modico sunt contrarij bene probant. Hyppol. latè in l. furem, num. 20. ff. de sicarijs. allegando Ant. in cap. 2. de regula. & quando testes non concordant in causis scientiæ, non ob id sunt singulares, si in dictis cõcordant. Sing. est dictum Inno. in cap. qualiter & quando, in 2. de accusa. de quo latè Lanfran. in tracta. de te-
9 sti. num. 25. & quando testes † sunt discordes & varij in verbis, sed in effectu & substantia rei probandæ sunt cõcordes, non dicuntur singulares: nam narrandi diuersitas nihil penitus nocet, quando idem in effectu profertur. Hoc probat. l. qui sententiam. C. de pœnis. l. quicunque. §. idcirco. ubi Sali. C. de hære. cap. nihil obstat narrandi diuersitas, de verb. sign. glos. sing. in verb. substantia ueritatis, in cap. dudum. de conuers. cõiuga. gl. in d. c. cum ecclesia Sutrina. Bal. in l. testium, n. 13. C. de testi. Ias. in l. quæ extrinsecus, nu. 5. ff. de verb. obli. & in l. fi. nu. 18. C. de bono. posse. secundum tab. Feli. in c. cum tu, nu. 14. de testi. Dec. consi. 100. in causa inquisitionis, nu. 6. latissimè Hyp. in rub. C. de prob. nu. 356.

Et licet ex probationibus minus perfectis fiat integra probatio, quia singula quę non prosunt, multa collecta iuuant. l. sancimus. C. de testa. cap. cum causam. de proba. plenè Hyppol. in d. rub. C. de proba. num. 309. tamen quando testes sunt singulares, probatio imperfecta facta per vnũ testem, nõ cõiungitur alteri proba-

tioni

tioni imperfectæ, ut fiat plena probatio. Abb. in d. cap. cum causam, dicit communem opinionem Alex. consil.
10 94. repetitis, num. 3. volum. 7. & dicit sing. Archi.† in c. nihilominus. 3. q. 9. quòd si quis vult probare se possedisse per decem annos, & vnus testis deponit de decem annis: alter verò de viginti, & alius de triginta: quòd tales testes non probant, tanquam singulares: & ibidem addit Archid. quòd si aliquis petit decem ex causa mutui, & vnus testis deponit de decem, & alter testis de quinque, quòd sunt testes singulares: & non probant de quinque, quia diuersitas summarum præsupponit diuersitatem actus. l. cum centum. ubi Bart. ff. de adimen. lega. l. 1. ff. de proba. & illud optimè intelligit & declarat Feli. in c. licet ex quadam. nu. 2. de testi. ubi inquit, ꝙ si vnus testis deponit de auditu, & alter testis de visu, non probant, quia sunt singulares, & differunt in sensu: ubi latissimè Feli. de singularitate testium, & 10. modis testes dicuntur singulares, vt optimè explicat Lanfran. Oria. in tracta. de testi. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *Testium examinationem in criminalibus, alicui, non debet iudex committere.*
2 *Nullus magis scire potest quàm iudex, quanta fides testibus sit adhibenda.*
3 *Quæ in teste consideranda sunt.*
4 *Testis qui citò respondit, præsumitur mendax.*
5 *Testis qui morose loquitur, præsumitur dubius.*
6 *In crimine hæresis testium examinatio committi potest.*
7 *Ea quæ iudicantem oportet rimari.*

SIN-

SINGVLARE CCIIII.

TEstium examinationem in cauſa criminali, alteri
1 iudex† non poteſt committere:ſed ipſe teſtes examinare tenetur.l.3.§.diuus:ibi, nā ipſe interrogare ſoleo.ff.de teſti.l.iudices.& auth.apud eloquentiſſimum: ubi Bald.& Sal.& alij.C.de fide inſtrum.glo.fin. in cap. 1.de teſti.cogen.gloſ.3. in cap. atſi clerici. de iudi.gloſſ. pen.in cap.conſtitutus, de fideiuſſo. cap. 1.ubi gloſſ.in verbo prohibente,de iudi.lib.6.cle.1. ubi glo.in uerbo ciuili,de offic.delega.l.27.in fine,tit.16.par.3. Bald.in l. ſi qui teſtium,in princ.C.de teſti.Iaſ.in rep. l.admonendi,num.212.cum ſequentibus.ff.de iureiuran.Hyppol. in l.1.num. 10.ff.de quæſtio. vſqueadeo id verum eſt, ꝙ conſuetudo in coutrarium non valet, ut iudex examinationem teſtium in cauſis criminalibus tabellioni, uel alteri committat:ſentit gloſ.in cap. teſtes. 3. q.9.quam ſequitur Feli.in cap.cum cauſam, in primo, num. 21.de teſti.ubi ad hoc allegat Innoc. & alios : & ob id iura dicunt quòd probationes fiunt iudici.l. quingenta. ff. de probat.l.ſi quando.C.de teſti.l.1. C. de rebus alie.non alie.l.doce ancillam.C.de rei vendi.l.2.C. ex quib. cau-
2 ſis maio. nullus† magis ſcire poteſt quàm iudex, quāta fides teſtibus ſit adhibenda,ut inquit l. 3. §.1.ff.de teſti.
3 ut iudex ipſemet conſideret† an teſtes ad interrogata reſpondent,uel ex tempore,uel pręmeditato ſermone, uel qui veriſimiliora deponunt,uel qua fronte,vel quo vultu,quove rubore,qua trepidatione:cautus enim iudex omnia debet inſpicere,& alia ſigna vultus teſtium. An teſtes ſint triſtes uel ridentes,uel lachrimantes,uel pallentes, nam difficile eſt crimen non prodere vultu: &inquit Iuuenalis Satyra. 13. quos diri conſcia facti

mens

mens habet attonitos,& surdo verbere cędit:& legitur in ecclesiastico. c. 13. cor hominis immutat faciem illius & Prouerbiorum.cap. 10. pauor his qui operātur malum,& ibidem.c.28.fugit impius nemine persequẽte:iustus quasi leo fortis absque terrore erit: quod refert Bald.in l.executionem.num. 34. C. de execut.rei iudi.& in Sapientia.cap.17.cum sit timida nequitia testimonium dat condemnationis. & ibidem cap.4.venerunt in cogitationem suorum peccatorum timidi.quæ oīa cautus iudex in scriptis iubeat reddi,ut dicit Innoc. in cap.quoniam contra.num.5.de proba.Bald. in l.presbyteri,in prima.in prin.C.de sacrosanct. eccle.idem & Barto.in l.3.in princ.ff.de testi. Felin.in cap.sicut.num. 16. de re iudi. Hyppol. sing. 103. incip.varietas:& in l. eos qui diuersa.nu.3.ff. de falsis. est l. regia sing. in hoc 26.tit.16.par. 3. aliàs iudex in sindicatu tenetur. Bald. in l.Lutius.ff. de his qui nota.infam. & in l. nullum.post principium.C.de testi.Felin.in d.cap.quoniam contra. num.49.vbi latè Decius in eodem, num. 49.& propter supradicta inquit glos.sing.& est finalis in cap. fi.5.q.5.
4 quòd testis † qui cito respondit præsumitur mendax: quam sequitur Abb.in rub.proe.decreta. in prin.idem & Ant.in cap.cum causam,in primo.de test.Rom.sing.
5 445.incip.an ille: & testis qui morose loquitur † præsumitur dubius.cap.ponderet.50. distin. Abb.ubi supra. nume. 2. ideo merito ut omnia hæc iudex non ignoret, ut rectè iudicet,ipsemet per se debet testes recipere, & non alteri committere: quod quidem fallit & speciale
6 est in crimine hæresis, in quo testium † examinatio alicui committi potest per iudices vel inquisirores fidei. cap.ut officium.§.uerum.de hære.lib.6.Ioan.Nicola.de hære.not.35.incip.receptissima.in fine.Feli.in cap.cum

causam,

causam, in primo.num.21. de testi. & vices suas inquisitores alijs possunt committere.glo. est sing.in uerbo. ipsorum.in cle.nolentes,de hæret. sequuntur Domi. & Perus.in cap.præsidentes. num.2.de hæret. in 6. Fran.
* Squilla. de fide catho. cap. 39. hanc dixit communem opinionem Iacob.Septi.in Institu.catho cap.34.nu.15. rectius tamen arbitror quòd iudices hæreticę prauitatis regulã supra in limine positam seruent,potius quàm fallentiam & casum specialem: nam in tam graui crimine cum multa oportet cautela procedere, ut dicit.c.vt
7 officium.§.1.de hære.in 6.& iudicantem † oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, ut inquit cap.iudicantem.30.quæst.vltima.c.cum Ioannes,de fide instru.cap.cum clamor. vbi gl. de testi. l.vbicunque. ff. de interroga. actio. ideo periti iudices debent testes interrogare,de loco,& de tempore,& de hora delicti,& de ætate,& colore,& vestibus, & statura delinquentium, & de alijs personis, si illic erant, & de alijs circunstantijs suprà positis, ut delinquentes detegantur, & ꝓp hæc hodie cautum fuit in prima Instructione Hispalensi.cap.17. quam refert Iacob. Septi.in Institu. catho. cap. 62. num.8.quòd testium examinationem alteri inquisitores non committant,nisi in duobus casibus: videlicet, quando testes legitimè sunt impediti, & quando non decet ut inquisitor ad eos accedat.

SVMMARIVM.

1 *Testi in morte reuocanti suum primum testimonium non creditur.*
2 *Testimonium proprium non ualet quis in eodem casu infirmare.*
3 *Testimonio posteriori statur in causa hæresis.*

4 *Testis in articulo mortis magis timet offendere Deum quàm homines.*

SINGVLARE CCV.

1 TEstis † qui contra aliquem testimonium protulit, si postea in articulo mortis illud reuocat, dicēs falsum dixisse, priori testimonio standum est. l. si quis in graui. §. si quis moriens. vbi Bartol. ff. ad Sillania. Bald. in authen. si dicatur. colum. 2. C. de test. Abb. & Decius in cap. per tuas. de proba. Felin. in cap. literas. num. 20. de pręsumptio. & in cap. exhibita. de homi. latè Hyppo. in practi. crimi. §. restat. num. 3. quod probare videtur. l. 1. §. si quis non ab aliquo. ff. de Carbo. edicto. & cap. sicut. de testi. & l. 26. & l. 30. tit. 16. par. 3. quia qđ quisq; sua uoce dilucidè protestatus est, in eundē casum pro-
2 prio testimonio † non valet infirmare. l. generaliter. C. de non nume. pecunia. cap. per tuas, de proba. Hyppol. sing. 257. incip. nemo audiendus est: non omnis moriens est sanctus Ioannes Euangelista, etiam si corpus Christi accipiat, vt dicit Bartol. in d. §. si quis moriens, & Ias. in l. 1. nu. 16. ff. de eo per quem factum fue. Hyppo. in practi. crimi. §. restat. nu. 11. & non semper præsumitur quòd quis dicat verum in articulo mortis. l. qui testamentum. ff. de proba. l. rationes. C. eo. tit. gl. in ver. tam graue. in c. literas, de præsumptio. & quia primum iuramentum fuit solemne: & testimonium dictum fuit cum iuramento & coram iudice: & posterius minus solemne & sine iuramento. cap. tuis. de testi.

Sed in causis hæreticæ prauitatis posteriori testimo
3 nio † statur: ita tenuit Hypp. cons. 109. audito & intellecto. nu. 31. ubi tua consuluit: & Cur. senior cons. 69. & Iac. Septi. in Instit. catho. c. 62. nu. 30. quod intelligit &

declarat quando ſecundum dictum iuuatur aliquibus cõiecturis & inditijs veriſimilibus: & exprimit cauſam probabilem ſuæ reuocationis: quæ omnia bene probã
4 tur in cap.accuſatus.§.licet.de hæret. lib.6.teſtis † enim magis timet offendere in articulo mortis, maieſtatem diuinam, quàm humanam, præſertim quòd nullus præſumitur, maximè tempore mortis, immemor ſuæ ſalutis.l.fin.C.ad l.Iulia.repe.cap.ſancimus. 1.q.7.& in cap. in noſtra.de procur.ibi, non eſt veriſimile quòd ſuæ ſalutis obliti.notatur in gloſ.in cap.mulieri, de iureiuran. & gloſſ.in cap.ſicut nobis, de ſenten.excommu. aliàs in d. cap. literas.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis repetitus in eadem cauſa ſuper eiſdem, poteſt ſe ad ſuum dictum referre primum, uel petere ut illud ſibi legatur. Fallit in crimine hæreſis.num.2.contra fallentiam vi.cum ratione num.3.*

SINGVLARE CCVI.

1 TEſtis † qui iam ſuper aliqua cauſa fuit examinatus, & ſuper eadem cauſa uel capitulo ex illa pendente iterum examinatur, ne in dicto ſuo variet, uel uacillet, poteſt ſe ad primum dictum referre, uel à iudice petat primam teſtificationem ſibi exhiberi. Ita Bart. in l.eos qui diuerſa, num.6.ff.de falſis: allegando. l.ſi exhibuiſſent.§.2.ff. de publi. dicens hoc eſſe optimum conſilium iudici; & in l. legata inutiliter. ff.de lega. 1.Bald. in l.ſolam, num.5.C.de teſti.allegando. l. fundi Trebatiani.ff. de vſu. lega. ubi iuriſconſultus Scæuola inquit, reſpondeo ut iam reſponſum eſt. Idem Bald. in l. iu-

 riſiurandi,

risiurandi,in princ.& in l. fin.nu.7.C.de testi.Ancha.in cle.fi.in fine,de testi.Alex.cons.56.viso processu. col.2. vol.2.latè Hyppol.in l.ex libero homine, num.13.cum sequen.ff.de quæst.& in d.l.eos qui,num.4. Sed in cri-
2 mine hæresis testes † debent iterũ suum dicere testimonium, non ostenso vel exhibito priori dicto. Ita Iaco. Sept.in Institu.catho.cap.62.in fine,allegando Boeriũ, decisio. 108. quod satis inhumanum meo iudicio esse arbitror:nam si longum tempus esset elapsum, iam primæ attestationis testis esset penitus oblitus: cum labi-
3 lis sit † hominum memoria. l. 2. §. si quid autem. C.de vete.iure enuclean.;c.porrecta.de confir.vti. uel inuti. cap.præterea.23.distin.ideo cautus testis sequatur cõsilium Barto.in d.l.eos qui. quòd ille dicat, quòd si apparuerit aliter dixisse in alia examinatione quàm hic: quòd ex tunc corrigit dictum suum, & illud reducit ad primum dictum: cum illo tempore melius huius rei erat memor,ne reatu periurij testis inuoluatur.

SVMMARIVM.

1 Testium publicatio in crimine hæresis publice facienda non est. Quid in hoc seruetur per Instructionem Hispalensem. num. 2.

SINGVLARE CCVII.

1 TEstium publicatio † in crimine hæresis publicè facienda non est.cap.fin.§.pen.de hæret.lib. sexto, propter rationem ibi positam: quem textum in hoc bene declarant Ant.& Abb.in cap.præterea, in 2.de sponsa.& Gundissaluus de Villa.de hæret.q. 14. Alphonsus Guerrero in thesauro religionis christianæ.ti.de hære.

nu.20.

num.20.Ludoui. Carre. de hæret. §. verſa autem vice.
2 num.10.hodie † in prima Inſtructione Hiſpalenſi cautum eſt, quòd depoſitiones teſtium publicentur, & earum copia detur reis, ſuppreſſis quibuſdam circunſtantijs, ne eorum uel accuſatorum defenſio pereat: & Inquiſitores hæreticæ prauitatis diligenter inquirant de vita & moribus teſtium, & eorum legalitate.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ in dignitate conſtitutæ torqueri non poſſunt propter delictum. nec conſuetudo contraria ualet. nu. 2. etiam depoſita dignitate. nu. 3. & ſi de facto tortæ confiteantur, non ualet confeſſio licet ratificetur. num. 4. Fallit in crimine hæreſis. nu. 5. in quo pronior eſſe debet iudex ad torturam, & aſsignatur ratio. nu. 6.*

SINGVLARE CCVIII.

1 TORQVERI non poſſunt propter delictum milites, † ſeu decuriones, doctores, nobiles, ſeu patricij, qui vulgari nomine filij dalgo nuncupantur. l. milites. l. diuo Marco. lege, decuriones. C. de decurio. l. tertia. §. pœna militum. ff. de re mili. l. 24. titul. vigeſimoprimo parte ſecunda l. 2. titul. trigeſimo, parte ſeptima. l. quarta, & quinta. titul. ſecundo, libro quarto ordi. neq; aduocati torquentur. Bartol. per text. ibi, in l. prima. C. de aduoca. diuerſ. iudi. bene Iaſon in l. miles, numero nono. ff. de re iudi. vſqueadeo id verum eſt quòd con-
2 ſuetudo † in contrarium, quòd nobiles torqueantur, eſt nullius momenti: textus eſt ſingul. quem ibi notat Bartol. in l. omnes iudices. C. de decurio. libro decimo, quem dixit eſſe ſingul. Roma. ſingul. 488. incipien. mili-

tes:& Hyppol.in l. edictum, nu.3.ff.de quæst. & etiam
3 finita illa dignitate † propter memoriã & vestigia prę-
stitæ dignitatis prædictæ personæ non torquentur.l.ni
hil.C.de quæstio.& d.l.diuo Marco.Bartol.in l.1.C.de
aduoca.diuers.iudi.Hyppol.sing.107.incip. priuilegiũ
dignitatis:& sing.179.incip. viget communiter:& si de
facto tales personæ prohibitæ torqueri,torquentur,
4 eorum confessiones † in nihilum eis periudicant:etiam
si superueniat ratihabitio.glos.est singul. in l. pen.ff.de
quæstio.quam sequitur Bald.in l. Imperator, in 2.ff.de
sta.homi.Hyppo.in l.edictum,num.17.ff. de quæst.ubi
alios allegat.

5 Sed omnes prædictæ personæ † prohibitæ torqueri,
& aliæ ab Abb.relatæ, in cap. cum in contemplatione,
de reg.iuris,& in l.2.titul.30.par. 7. possunt in crimine
læsæ maiestatis,& in crimine hęresis torqueri.l.4.C.ad
l.Iulia.maiesta.l.& si excepta.C.de male.& mathe.l.24.
tit.22.par.2.Ang.in tracta.malefi.in verbo,fama publi-
ca.versic.6.quæro.Otalora de nobilitate.5. parte prin-
cip.cap.fin.nume. 4. Carrerius de hære. §.circa igitur,
num.4.Iacob.Septi.in Institu. catho. cap.63.num.26.
in quo loco inquit, quòd in hoc crimine pronior esse
6 debet iudex † ad tormentum, quia occultum: & tunc
tortura fieri debet,provt in alijs delictis: & dari debet
defensionis copia reo, antequam subijciatur torturæ:
dato termino intra quem inquisitus inditia purget.
Bart. in l. fin. num. 8.ff.de quæstio.Hyppol.in l.1.nu.5.
ff.eod.titul.Gundissal.de hæret.q.13.in princip.vbi de
materia torturæ in hoc crimine:& latissimè Iac. Septi.
in Institu.catho.cap.63.per totum.

SVMMARIVM.

1 *Præsens & tacens in re magni præiudicij non dicitur consentire, sed potius dissentire. ratio assignatur. num. 2. Fallit in hæretico. num. 3. cum ratione. num. 4.*

SINGVLARE CCIX.

1 TAcens † etiam si sit præseus, in re graui, vel in his quæ sunt magni præiudicij, non videtur consentire. l. qui vas. §. vetare. l. si quis cùm sciret. ff. de furtis. gl. in verbo electo, in cap. postulasti. de iure patro. Inno. in cap. in Genesi, de electio. glos. & latè Felin. in cap. nonne. de præsumptio. Bart. Imola, Rom. Alexan. & Ias. in l.
2 quæ dotis. ff. solu. matri. quia iuri † suo in dubio non præsumitur quis præiudicare. l. cum de indebito. ff. de proba. l. fin. C. de arbi. tute. cap. super hoc. de renuntia. Sed in odium hæreticorum videtur esse speciale, ꝙ ta-
3 cens † videatur consentire. cap. 2. de hæret. ubi Abb. & Felin. & alij dicunt nota. casum in quo fauore fidei taciturnitas nocet: vnde dicit Ioan. de Imol. in cle. 1. de vsuris: & Francis. Squillacen. de fide catho. cap. 25. in
4 prin. quòd qui interrogatus † de fide tacet, neque affirmat neque negat, dicitur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Transactio licita est super crimine capitali pęnam sanguinis irrogante. Ratio num. 2. Fallit nu. 6.*
3 *Iudex non obstante pace uel transactione potest delinquenti imponere pęnam ordinariam delicti.*
4 *Confessio delicti non arguitur ex transactione.*
5 *Consuetudo in pœnis imponendis seruanda est.*
7 *Cautela ad transigendum ubi non est licita transactio.*

SINGVLARE CCX.

1 TRansactio † licita est super crimine capitali, pœnam sanguinis irrogante.l.transigere.C.de transa.c.si quem penituerit.§.in omnibus.2.q.3.c.fi.5. q.2. l.22.tit.1.p.7.natura quippè dictat,ut liceat vnicuique
2 sanguinem † suum redimere.l.2.ff. de bonis eorũ qui sibi mort.consci.quæ.l.22. in omnibus cum iure communi concordat,quòd non obstante pace seu transactione facta cum ipso vulnerato, vel cum hæredibus
3 occisi,iudex † potest ponere pœnam ordinariam delicti.Bar.in d.l.trãsigere.nu.7.Bal.in l.1.§. & post operis
* col.1. ff. de noui ope. nuntia. quam dixit communem opinionem Gandinus,in tracta.male.rub.de transa.& alijs pactis in male.col.4.neq; his obstant uerba dictę. l.22.ibi(no pueda recebit pena enel cuerpo)quæ intelligi debent,ideſt,propter illam trãsactionem, ne videa
4 tur reus † transigendo delictum confiteri : iuxta. l. in omnibus criminibus.ff.de præuarica.gl.& docto.in d.l. transigere: non tamen negatur in d. l.22. quin reus possit pro delicto pœna ordinaria puniri: & iste est bonus sensus ad dictam legem regiã: quam legem latius ibi Villarpando in sua repe.explicat. Sed iam in regno Castellæ vsus obtinuit,quòd iudices solẽt.d.l.22. interpretari,quòd non ponatnr pœna ordinaria delicti,facta concordia vel transactione cum parte,& ita est con
5 suetudo † quæ in pœnis ponendis seruanda est.gl.in l. hodie.ff.de pœnis.gl.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff. de his qui nota.infamia.Abb.in c. inquisitionis. nu. 9. de accus.

Finaliter speciale est in crimine hęreseos,ꝙ quàmuis sit crimen capitale,& pęnam sanguinis irroget, neutiquam

6 quam transigere † vel pacisci licet. Bald. in l. accusationem. C. qui accusa. non poss. sequitur Purpura. in d. l. transigere: & Iac. Sept. in Insti. cath. c. 30. nu. 7. & Ioan. Nicol. de hære. nota. 8. incip. opinor. dicens, ꝙ talem offensam nemo nisi solus Deus remittere potest: ad alia verò delicta in quibus non est licita transactio refert
7 tres cautelas † Ias. quarum una est, quòd fiat authoritate & licentia iudicis, vt accusans vt calumniosus non puniatur: & accusatus pro confesso nō habeatur: & ita quotidie in practica seruatur. l. fi. C. de abolitio. c. fin. 5. q. 2. gl. sing. in d. §. aliàs. l. in omnibus, Gandinus, ubi supra in rub. de transf. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli propter manifestam hæresim domini ab eius obsequio liberantur. neque id recuperat, quamuis ecclesię reconcilietur, nu. 2.*

SINGVLARE CCXI..

1 VAssalli † liberantur ab omni fidelitate & obsequio suorum dominorum, si ipsi domini in hæresim manifestam sint lapsi. c. excōmu. in 1. § moneatur, & c. fi. de hęre. ubi Io. And. idem asseruit esse in seruis & libertis: ueque id
2 recuperant † quamuis ecclesiæ recōcilientur, prout ibi Card. Host. & Abb. tenent, & Corrad. Brun. de hære. lib. 4. c. 14. Iaco. Sept. in Institu. catho. c. 22. in fine, & Alphō. Aluarez Guerre. in thesau. religionis christianæ, tit. de hære. num. 23. & Ludo. Carre. de hære. §. nunc de pœnis. num. 30. ubi debitor etiam cum iuramento liberatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis prohibita est suarum rerum venditio. Secus in alijs delinquentibus.nu.2.Ratio.nu.3.*
4 *Purgatio indicitur conuersanti familiariter cum hæretico.*
5 *Conuersans cum aliquo præsumitur eius vitam & mores agnoscere.*
6 *Saul Rex cum prophetis prophetabat, & cum iniquis insaniebat.*
7 *Carnes putridæ sunt resecandæ.*

SINGVLARE CCXII.

1 VENDERE † res suas hæreticis prohibitum est.l. Manichæos.C.de hæret.cap.excom.1.§.credentes:de hæret.cap. cum secundum leges. eod. titul. lib. 6.l.4.in fine.titu.26.par.7.Ioan.Nicol.de hære.not.48. incip.nouit,ubi aliud speciale ex hoc deducit: pro alijs
2 uerò delictis alter † est.l.post contractum. ff.de dona.l. reo criminis.ff.de solu.neque contrahere neque negotiationem aliquam cum hæretico exercere licet.c.sicut 1.de hæret. quia periculosa est hæreticorum conuer-
3 satio, † vt dicit diuus Paulus Epistola. 1. c.5.ad Corint. neque cibum cum eis esse sumendum: latè Corradus Brun.de hæret.lib.6.cap.1. Iacob. Septi. in Institu. catho. cap. 11. de communicatione impiorum vitanda: & est text.sing. in cap. inter solicitudines, de purg. cano. ibi, in pœna autem familiaritatis illius quam cum hæret.scienter habuisse dignoscitur, quòd qui conuersatur cum hæret. & est eis nimis familiaris,oritur sinistra suspitio contra eum,taliter quòd sit necessaria pur-
4 gatio. † ita per d. text. tenuit Hosti. in summa. titul.de hæret.§.qualiter deprehendatur.nume. quarto, & Alphonsus Aluarez Guerrero,in thesauro religionis christianæ.titul.de hæreti.num.9. in fine. & Alphonsus de

Castro.

Caſtro.de iuſta hæret.puni.lib.2.cap. 17. optimè facit text.in cap.nulli.& in cap.repellantur. de accuſa. & ca. cum in iuuentute.de purga.cano.ibi, ab illius familiaritate ceſſando,&tex.in cap.quorundam relatione.32. diſt.ibi:Immoderatum teneat familiaritatem,& ob id mala fama ei orta ſit, quia præſumitur quòd conuer-
5 ſans † cum aliquo eius vitam &conuerſationem agnoſcat.cap.poſtquàm.de electio.cap. quoſdam.& c.quanto.de præſumpt. & talis præſumitur propter mutuam, & aſſiduam inter eos comuerſationem,prout ſacra ſcriptura teſtatur.Prouerb.13.qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, & amicus ſtultorum ſimilis efficitur: & cap.22.Prouerb. noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo,ne fortè diſcas ſemitas eius:& cum ſancto ſanctus eris, cum peruerſo peruerteris:& Eccleſiaſticus cap. 13. dicens per ſimilitudinem, qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo induet ſuperbiam. & opti-
6 mum exemplum Saulis †|Regis,qui cum prophetis prophetabat,& cum iniquis inſaniebat, prout eius narrat hyſtoria. 1.lib.Reg.capitu. 10. & ideo talis præſumitur quiſque,quales ſunt hi cum quibus conuerſari ſolet: ac iuxta vulgatum prouerbium, ſimiles cum ſimilibus facillimè congregantur: ſimilitudo eſt mater amoris,beneuolentiæ & familiaritatis, & æqualis æqualem delectat,ut in veteri prouer.cícada cicadæ chara,&formica formicæ. Ideo à ſocietate & familiaritate eorum tanquàm à peſte fugiendum eſt, ut inquit tex. ſing.in cap. & ſi iudæos,de iudæis. ibi, in noſtrã familiaritatem admiſſi,nobis illam retributionem impẽdunt, quam mus in pera,ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere,& cap.corripientur, in fin. 24.q.3.

24.q.3. ibi, boni pastoris est separare ab ouibus sanis morbidam, & est tex. egregius literis aureis inscribendus in cap.resecandæ.24.q.3.uerba sunt diui Hierony-
7 mi: resecandæ sunt putridæ carnes, † & scabiosa ouis à caulis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora, ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam statim non fuit oppressus, per totum orbem eius fama populata est.

SVMMARIVM.

1 *Vxor uel maritus ex nulla causa sine iudicio ecclesiæ possunt se dimittere. Secus si quis eorum incidat in hæresim. num. 2. ratio. num. 3.*

4 *Purgatio est necessaria conuersanti familiariter cum hæretico.*

5 *Maritus cogitur ad vxorem redire, hæresi per ipsam abiurata & facta pænitentia.*

6 *Vxor potest dotem repetere & separari à uiro tenente concubinã.*

SINGVLARE CCXIII.

1 VXor † maritum suum, nec econtrà, propria authoritate sine iudicio ecclesię propter crimen uel aliam causam dimittere nequit. cap. multorum. 35.q.6. cap. sæculares. 33. quæst. 2. cap. porro. de diuortijs. nullus enim in propria cau sa ius dicere potest, ut in rub. & nigro, in l. unica. C. ne quis in sua causa iudicet, uel ius sibi dicat. l. Iulia. ff. de iud. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omni. iud. l. 9. tit. 4. par. 3. Sed fauore fidei statutum est, quòd si vxor lap sa sit in hæresim, uel econtrà, & mari-
2 tus † remanet fidelis, potest propria authoritate ab illa recedere. cap. de illa, de diuortijs. Gundiss. de Villa

de hæret. quæst. 15. num. decimo, quia talis mutua cohabitatio est in contumeliam creatoris. Hæreticorum
3 conuersatio † & habitatio nimis periculosa est. cap. accusatus. §. ille quoque. de hæret. libro 6. tradit Francis. Squilacen. de fide catho. cap. 13. nume. 3. ideo propter familiaritatem cum hæreticis oritur sinistra suspitio,
4 † & est necessaria purgatio. cap. inter solicitudines. de purga. cano. quia cum malo malus eris, & cum peruerso peruerteris. cap. diffinimus. 17. q. 2. cap. repellatur de accusa. & supra latissimè dictum. Sed abiurata hæresi
5 & facta pœnitentia, cogitur ad eam maritus † redire, per pœnitentiam macu la iam sublata est. cap. ferrum. 50. distin. cap. quòd autem. 32. q. 1. omittendum nõ est quod sing. dixit Rapha. Cuma. consil. 175. incip. Domina Andriola. in fin. quem sequitur Decius consil. 530.
6 incip. viso puncto. num. 4. quòd si maritus † tenet concubinam, potest vxor vel eius consanguinei petere separationem thori, & dotem repetere: & lucratur donationem propter nuptias, quod est satis notandum, ad quod est textus ubi docentes, in capitulo fin. de adulterijs.

SVMMARIVM.

1 *Vxor hæretica non gaudet priuilegijs concessis mulieribus dotatis.*

SINGVLARE CCXIIII.

1 VXor † hæretica non gaudet priuilegijs concessis mulieribus dotatis, de quibus in lege prima, & l. assiduis. C. qui potio. in pign. habe. ut habetur in l. j.

& in

& in authen. item priuilegium. C. de hæreti. Archid. in cap. 1. 4. quæst. 1. Bald. in rub. de priuile. doti. & Balbus, de dote. 11. parte. 3. membro. differentia. 21. Carrerius, de hæreti. §. nunc de pœnis. numero nono, ubi affirmat idem esse de beneficio Velleiani, & de Macedoniano, respectu filijfamilias hæretici, ideo sub hoc singulari multa in hoc crimine singularia referuntur.

FINIS.



DE HAERETICIS EORVMQVE

Impia intentione, & credulitate; cum quinquaginta Analyticis assertionibus; quibus vniuersæ fidei causæ facilè definiri valeant.

Auctore D. Ioan. à Royas Iuris vtriusque Licentiato, Inquisitore hæreticæ prauitatis, Valentino.



SVMMARIA.

1 Experientia rerum cognitionem præstat.
2 Hęreticus an censendus sit, qui facta & verba hæretica confitetur, credulitatem verò negat. & num. 4. 33. 34.
3 Materiam heręses concernentem tractans quid facere debeat.
5 Ecclesia vniuersalis una est, extra quam nullus saluatur.
6 Fides est quidã habitus qui distinguitur secundum diuersa obiecta.
7 Fornicationem simplicem non esse peccatum mortale dicens, hęreticus est.
8 Osculum mulieris eße peccatum, copulam verò carnalem non, fuit error Begardorum & Beguinarum damnatus.
9 Periurium non esse peccatum mortale, est hæreticum dicere.

A 2 Contra

95 Contrario vno cognito, & reliquum facile cognoscitur. & nu. 455 456.

96 Fides est in intellectu sicut in subiecto, in voluntate aũt sicut in primo motu. ita hæresis, quæ est actus infidelitatis, qui ex diametro opponitur fidei.

97 Hæreticus quando non sit iudicandus, proferens verba hęretica.

98 Mens proferentis potius quàm uerba sunt consideranda.

99 Mens sensibus dominatur, & in actibus humanis primum obtinet locum.

100 Intentio magis quàm factum attenditur in actibus ex animo pendentibus.

101 Actus omnis est indifferens, voluntate de medio sublata.

102 Mens & sensus præfertur verbis, sicut anima corpori.

103 Verborum virtus in intellectu mente & sensu potius quàm in eorũ cortice versatur.

104 Inquisitorum officium in reis examinandis quale esse debeat.

105 Andreas sanctus nunc Archiepiscopus Cæsaraugustanus commendatur.

106 Confessio debet eße perfecta & integra, vt beneficium absolutionis reus mereatur.

107 Credulitas falsa, & non factum hæreticum, aliquem hæreticum constituit.

108 Captus à Saracenis si metu mortis vel tormentorum fidem abnegat verbis, sed corde eam tenet, quid de eo agendum sit. & num. 109. 111. 112.

110 Maiores non compelluntur apud saracenos fidem abnegare.

113 Hæreses procedunt ex corde, non ex ore tantum.

114 Hæreticum quid perpetrans quo casu hæreticus censendus non sit.

115 Reconciliatio est fauorabilis, cum sit excõmunicationis absolutio.

116 Bonorum publicatio unà cum carcere perpetuò veni t in hæretici reconciliatione.

117 Iulius Clarus circa hæretici restitutionem sua opinione deceptus demonstratur.

118 Hæreticus licet sponte & ante sententiam ad fidem catholicam velit redire, nõ tamen ob id euitat publicationẽ bonorũ. 119. 120.

121 Impios & male meritos in paupertate & egestate perire iustũ est.

122 Capitulũ. cõtra christianos. de hęreticis. li. 6. declaratᷓ. & nu. 123.

124 Extensio etiam in pœnalibus fit fauore fidei. & 125.

Casus

126 *Casus similes non expressi in canone quando censeantur exclusi.*
127 *Hæreticus quando non sit iudicandus ex facto vel verbis hæreticis, si de eius intentione & falsa credulitate constat. & nu.149. 192.contra num. 305.306.*
128 *Voluntas agentis & consensus iure munitus est potissima actuum humanorum regula.*
129 *Maleficia distinguuntur voluntate & proposito.*
130 *Accidens in naturalibus non constituit speciem intentionis, & quid in moralibus.*
131 *Legatarius quando dicatur obtemperasse voluntati testatoris vel non.*
132 *Deus respicit ad cor, & ad spontaneas voluntates, non ad actus. & 134.*
133 *Intentio hominum actiones iudicat.*
135 *Homicida citra animum & intentionem occidendi, quando pœna homicidij puniendus sit vel non. & 136.*
137 *Vulnerantis iuramento an sit standum, quod non vulnerauit animo occidendi.*
138 *Percutiens quomodo probetur non habuisse animum occidendi.*
139 *Bartoli decisio in l.respiciendum.§.delinquunt. in fi.de pœnis. ponit iudices maleficiorum in magno periculo.*
140 *Operam rei illicitæ dans tenetur de eo quod præter eius intentionẽ euenit.fuit Bart.sententia, quæ reprobatur communiter nu.141, 142.143.144.Defenditur nu.145.146.*
147 *Probatio per coniecturas quando admittatur.*
148 *Occidendi quòd quis animum non habuerit, quomodo probari possit.*
150 *Confessionem propriam de iure quis potest declarare & interpretari, non tamen perimere.*
151 *Voluntatem suam declarare nemo prohibetur.*
152 *Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis.*
153 *Confessio factum confitentis, & intentionem negantis, non est simplex, pura, & absoluta.*
154 *Confessio conditionalis vel qualificata debet in totum acceptari, vel in totum reijci.*
155 *Voluntas est indiuidua.*
156 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
157 *Qualitas non potest a suo subiecto separari. & 250.*

307 Animus

341 *Præ-*

341 Præsumptio specialis fortior est generali, licet generalis sit fauorabilis, & specialis contraria. 342.
343 Præsumptio temeraria. Probabilis. 344. violenta. 345.
346 Fides maior adhibetur duobus testibus deponentibus in specie, quā mille in genere. & 347.
348 Accusato de hæresi quando non prosit probatio bonæ vitæ & famæ.
349 Testes contra aliquem deponentes de certo homicidio uel furto in specie, præferri debent deponentibus de bona fama in genere.
350 Probatio bonæ opinionis & famæ in genere parum aut nihil probanti prodest.
351 Hæretici bonæ vitæ & opinionis deteriores sunt eis qui malæ sunt vitæ, & assignatur ratio.
352 Hæretici ut hypocritæ aliud agunt & aliud simulant. & de eorum natura. nu. 353.
354 Testis occultus nequior est quàm publicus.
355 Odium nullum grauius quam simulatus amor.
360 Probationes non dubiæ, sed luce meridiana clariores sunt necessariæ in criminibus.
361 Probatio procedens ex fallibili non est bona. nam non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. 362.
363 Probatio non concludens non dicitur probatio, & non facit rem dubiam de iure vel de facto.
364 Actor qui non probat clare & aperte intentionem suam succumbit.
365 Probatio dubia semper interpretatur contra producentem.
366 Verba dubia vel ambigua alicuius propositionis habentia sensum catholicum & hæreticum, potius in catholico, quàm in heretico sensu sunt intelligenda. 367. 368. 369. Declaratur. nu. 373.
372 Iura promptiora sunt ad absoluendum quàm ad condemnandum.
374 Presumptio, in dubio, est pro heresi contra accusatum.
375 Lex merito. ff. pro socio. non habet locum ubi agitur de salute animarum.
376 Verba (sola fides sufficit) quo casu sint heretica & quo non.
377 Verba dubia uel pregnantia, in dubio intelligenda sunt secundum subiectam materiam de qua agitur, etiam si improprientur.
378 Loquentium qualitas & conditio attendēda est in exponendis propositionum uerbis. & 379. 383. 384.

380 Ver-

380 *Verba intelligenda sunt secundum communem vsum loquendi, qui plerunque proprio significatui derogat.*
381 *Verborum proprietas dum multoties attenditur, sensus veritatis amittitur.*
382 *Verborum a propria significatione regulariter non est recedendum.*
385 *Experto cuilibet & perito in arte sua credendum est.*
386 *Assessor merus legista recusari potest, si causa est mere canonica & spiritualis.*
387 *Medicus & iureconsultus ex quibus efficiantur perfecti.*
388 *Iuris canonici sanctitas iuris ciuilis subtilitate decoratur, & iuris ciuilis maiestas canonum authoritate firmatur.*
389 *Episcopatus cui magis conferri debeat, Theologo, an canonistę.*
390 *Scientia theologica est nobilior cæteris ratione subiecti.*
391 *Pœnę dicuntur medicinales, ut homo malus efficiatur bonus.*
392 *Leges volunt incolumen esse ciuium coniunctionem.*
393 *Iuris canonici obiectum quale sit.*
394 *Sanctiones canonicę ex quibus authoritatibus processerunt.*
395 *Propositiones an sint catholicę uel hæreticę ad Theologos discutere pertinet.*
396 *Theologi in dubijs quę occurrunt super decimis & testamentis communiter errant.*
397 *Sutor non vltra crepidam. & tractent fabrilia fabri.* 398.
399 *Distinctio adhæret ueritati, & distinguere qui nescit omne disputationis genus prorsus ignorat.*
400 *Assertionem esse expresse damnatam vt hæreticam, quando controuertitur, quòd cognitio pertineat ad canonistas, & quãdo ad Theologos, nu.* 401. *& quòd ad theologos indistincte. nu.* 402.
403 *Inquisitorum hæreticę prauitatis munus & officium propriũ quale sit.*
404 *Laici etiam coniugati in iure canonico & ciuili periti possunt assistere consulendis causis sancti officij inquisitionis.*
405 *Salus ibi erit ubi multa consilia, & bonum consilium quamplurimos a morte liberauit.* 406. *& perfectissima ueritas per ampliores homines reuelatur.* 407. *nam integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur.* 408.
409 *Inquisitores hæreticę prauitatis consultorum consilium sequi non tenentur. contra nu.* 417. *vi. nu.* 422.

410 Ca-

451 Fides

489 Apo-

531 Dathan, Abiron, & Chore fuerunt scismatici.
532 Scismaticus est etiam deponendus.
533 Animus præsumitur prauus ex prauis & reprobatis actibus.
534 Voluntas in mente retenta nihil operatur.
535 Operantis animus & voluntas præsumitur in factis, nisi in contrarium ipse fuerit protestatus.
536 Voluntas (cum sit inuisibilis) cognoscitur per actus exteriores, in quibus animi affectus exprimuntur.
537 Voluntatis est concordare cum rebus sensatis.
538 Factum ex propria natura includit in se animum & voluntatem.
539 Agentis intentio & voluntas colligitur ex actu etiam nullo & inualido, ac minus solemni.
540 Matrimonium secundum contrahens viuente prima vxore, quòd poßit puniri ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quasi non recte sentiens de sacramento matrimonij. Quod ista cognitio sit mixti fori nu. 542.
541 Distinctio matrimonij occulti uel publici tanquam ratione carens reprobatur.
543 Poena contrahentis binas nuptias quæ sit de iure ciuili. & quæ de iure canonico. 545.
544 Lex. 6. tit. 15. lib. 8. ordinationum Castellæ, declaratur.
546 Contrahentes secundas nuptias prima vxore uiuente officio inquisitionis hæreticæ prauitatis, qua poena in Hispania puniantur. Et quod huius criminis cognitio spectet ad officium inquisitionis. nu. 549.
548 Poenarum genera sunt distinguenda ex qualitate personarum.
550 Inquisitores hæreticæ prauitatis procedunt contra constitutos in sacris, & monachos professos de facto matrimonium contrahentes.
551 Petrus ex sententia Abbatis habebat vxorem quando fuit promotus in Pontificem. & ex Decio, quòd contra Papam non potest opponi quòd sit vxoratus.
552 Inquisitores in quibus casibus contra iudæos procedere poßint. & nu. 553. 557. 558. 559. 560.
554 Inquisitores sunt fidei defensores, atque eis commissa est christianæ religionis defensio.
555 Delegatus non solum iurisdictionem contra partes in rescripto contentas obtinet, sed etiam contra quoscunque alios impedientes suam iurisdictionem.

556 Ordi-

586 Indi-

1 

Psis rerum experimentis cognouimus (vt verbis diui Marci Imperatoris in l. 2. C. vt in possess. legat. vtar) quàmplurimos in carceribus sancti Officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis detentos, facta ac verba hæretica ingenuè confiteri, credulitatem verò prauamq; intentionem prorsus abnegare. Et quoniam in causis fidei definiendis, an isti
2 sint censendi hæretici, & qua pœna puniendi, varia ac diuersa, & ex diametro opposita Inquisitorum & Consultorum suffragia sæpe vidimus: ideo hunc articulum nimis ambiguum atq; difficilem, & à nostris iuris professoribus (ni fallor) non rectè intellectum, radicitus (annuente Deo) explicare mira breuitate conabor. Primò pro parte negatiua, iura & rationes referam, deinceps pro parte affirmatiua veras cõclusiones subijciam: postremò nonnullas quæstiones vtiles ac necessarias notatuq; dignas annectam, cum quinquaginta Analyticis assertionibus: quibus facilè vniuersæ fidei causæ definiri valeant.

3 Quicquid dixero, censuræ sanctæ matris Ecclesiæ libenter submitto, & protestor me firmiter credere,

ac ſemper habere, quod tenet, prædicat, & docet ſacroſancta Romana Eccleſia mater omnium fidelium, & magiſtra. Et, vt omnia clariùs & faciliùs percipi valeant, nonnulla præſentis controuerſiæ exempla non dedignabor referre. Veluti ſi quiſpiam confiteatur dixiſſe (vt pluries in examinandis fidei cauſis vidi) quemlibet poſſe ſaluari in ſua Secta, ſeu opinione: Iudæum, in lege Iudaica: Sarracenum, in ſecta Mahome-
4 tica: & Lutheranum, in ſecta Lutherana. Nam aliquando reus eodem contextu fatetur inaduertenter, & lapſu linguæ prædicta verba protuliſſe: & interdum ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis interrogatus, an talia credit; dicit quòd nunquam talia credidit: ſed ſemper tenuit, quod ſancta Romana Eccleſia prædicat & docet. Denique negat intentionem, & ſolùm verba confitetur, quæ eſſe hæretica non eſt dubium. c. firmiter, de ſumma Trin. & fide catho. ibi, Vna verò eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. c. Eccleſia, de conſec. diſt. 4. Et in Sym-
5 bolo Athanaſij, Quicunque vult ſaluus eſſe, ante omnia opus eſt vt teneat catholicam fidem. Et Paulus Apoſt. Doctor Gentium ad Epheſ. c. 4. Vnus dominus vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium. &c. Id etiam multis rationibus explicat Gaie. de poteſtate Papæ, lib. 1. c. 21. & S. Tho. 2. 2. q. 4. artic. 6. dicens quòd impoſsibile eſt plures eſse fides, ſed vnam
6 tantum fidem, cùm fides ſit quidam habitus, & habitus diſtinguatur ſecundum diuerſa obiecta, unde neceſse eſt quòd ubi unum eſt obiectum, ibi ſit vnus habitus; Sed obiectum formale fidei eſt ueritas prima, ſeu diuina, ſub qua conſtituuntur multi fidei Catholicæ articuli: ergo cùm vna ſit ratio formalis fidei, conſequens eſt vnã eſſe fidem, vt optimè declarat Albert.

de agnoſ.aſſer.c.22.nume.4.& latius in rep. rub.de hæret.lib.6.q.2.num.61.

Præterea eſt aliud exemplum, de eo qui confitetur ſe
7 dixiſſe ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale, & credulitatem & errorem in intellectu negat, aſſerens cauſa laſciuiæ loquendo, eum muliercu-lis verba prædicta protuliſſe. Quæ ſanè verba hæretica ſunt, cùm ſint contra præceptum Dei, Non mechaberis, Exod.c.20.clem.ad noſtram.de hæret. Vbi
8 damnantur octo errores Begardorum & Beguinarum Alemaniæ, quorum vnus erat, oſculum mulieris eſſe peccatum, actum autem carnalem non. Contra quos inquit Paulus Apoſt.1.Cor.c.6.fugite fornicationem, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Et in Deuter. c.23.habetur, Non erit meretrix de filiabus Iſrael.c.meretrices.32.q.4. S.Thom.2.2.q.154.art.4. Card.in ſumm.de Eccl.lib.4.par.2.c.7. Aufrerius, deciſ.346.Alberti.de agnoſcen.aſſer.q.22.num.36.& q. fi.in fine. Franciſc.Squilacen.de fide cathol.c.18 Iulius
9 Clarus.in pract.crimin.§.hæreſis, in princip.dicens eſſe
* *communem opinionem, eſſe hæreticum, dicere periurium non eſſe peccatum mortale, allegando Bellonum conſ.78.num.8.

10 Exemplum de facto hæretico, erit de eo qui cum baptizatus ſit, poſtea fuit circunciſus, & ieiunium vulgò *del ramadan* & Paſchata modo Mahometico obſer
11 uauit, atq; zalā in domo ſua, vel Meſquitis, loto prius corpore, maximè partibus pudendis, genibus flexis humiliando & extollendo capùt fecit, & carnibus *a*
12 *Alchible* occiſis veſcitur. Multos alios ritus ſacrilegos & nefandos neophyti in his Regnis Valentiæ, Aragoniæ, & Granatæ publicè obſeruant, in offenſam diuini nominis, & opprobrium fidei Chriſtianæ; quod ſine

lachry-

lachrymis minimè hìc erat referendum. Neque erit temerarium, sed potius iuri & rationi consonum, asse-
13 rere Prælatos ac dominos temporales non esse in cõscientijs tutos, qui diœcesibus, terris, & dominijs sibi subiectis talia publicè perpetrari patiuntur; quod asserit Io. Andr. & Archid. in c. 2. num. 6. de hæret. lib. 6. text. in l. 2. & l. placuit, & l. pen. C. de Paga. clem. vnic. de Iudæ. & Sarrace. c. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hæret. ibi, Episcoporum munus est fidem plantare, & hæreses à suis diœcesibus extirpare, c. pen. de reg. iur. in antiq. De prædictis & alijs falsis cæremonijs & er-
14 roribus Sarracenorum, & quòd anno. 615. habuit principium hæc maledicta secta scripsit. S. Thom. lib. 1. c. 6. contra Gentiles. Vincentius in Specul. histor. lib. 24. Archid. Floren. 2. par. histo. tit. 14. c. 5. & in 4. par. sum. tit. 11. c. 6. §. 1. Iac. de Voragi. in histo. S. Pelagij Papæ, plenius Paulus Burgen. super Apocaly. cap. 13. Paulus Aemilius in histo. Francorum, lib. 7. Pet. de la Caualleria contra Iudæos. c. de repro. sect. Mahomet. Hostien. in rubr. de Sarracenis. Card. in clemen. vnic. eo. tit. Albert. de agnosc. asser. c. 13. num. 31. Latius in rubr. de hære. lib. 6. q. 2. num. 52. cum sequen. Iac. Septi. in insti. Catho. c. 35. & Directorium Inquisitorum par. 2. c. 45.
15 Aliud quoque exemplum omittendum non est, de eo, præsertim si est de genere Iudæorum, qui Sabbatũ celebrat cessando ab omni opere, vt Exo. cap. 35. & Leuit. cap. 23. taliter quòd in Sabbato non colligat ligna,
16 vt Num. cap. 15. neque ambulet in Sabbato vltra mille passus, vt est glos. interlinearis in cap. 1. in Acti. Apostolorum, in verbis, Sabbati habens iter; quæ cuius sit autoris ignoratur, vt ibi, & Alberti. de agnos. asser. q. 32. num. 3. & 4. ac etiam ventrem non purget in Sab-
17 bato, vt refert Alberti. in rub. de hæret. q. 11. num. 11.

quæ sanè erat celebris Iudæorũ cæremonia, vt ibi dici-
18 tur. Quod Sabbatum datum fuit in lege in memo-
riam creationis rerum; Ac etiam alia festa & ieiunia le-
gis Moysi obseruat, videlicet illa tria festa, quæ Deus
19 in lege veteri præcepit Iudæis celebrare, vt Leuit. cap.
23. in mense Septembti, qui apud Hebræos dicitur Be
thanim vel Ethanim, vt. 3. Regum. cap. 8. aliàs Tisri, &
est septimus mensis anni, incipiendo à mense Martio,
qui erat primus in mensibus anni, vt Exod. cap. 12. &
20 apud Hebræos dicitur Nisan, vt in lib. Esther. cap. 1. Et
erat primum festum primus dies mensis Septembris
Sabbatum memoriale clangentibus tubis, dicebatur
festum clangoris siue tubarum, Hebraicè Teruach, vul-
gò *del cuerno*, in memoriã liberationis Isaac de sacri-
ficio, ꝓ quo aries fuit immolatus, vt Gene. c. 22. Et iste
21 mensis September apud Iudæos in computatione vul
gari negotiorum secularium, & in ipsa etiam annorũ
computatione dicitur primus anni mensis, & sic alio
nomine festum tubarum, apud Hebræos vocabatur
Rosha sana, idest, caput anni Iubilei: & iste mensis ma-
gna ex parte concurrit cùm nostro Septembri: incipit
enim à nouilunio propinquiori æquinoctio autumna-
22 li, siue præcedat ipsum æquinoctium siue sequatur. Se-
cundũ festum erat, expiationis siue propitiationis, He-
braicè Cipurim, quod celebrabatur decima die eiusdẽ
mensis Septembris, propter propitiationem filiorum
Israel; quando Deus propitiatus est pro peccato vituli
conflatilis, vt Exo. cap. 32. quod alio nomine inter He-
bræos dicitur *Thaùm* vel *Cenquipur*. Tertium festum
23 nimis celebre Iudæorum erat festum Tabernaculorũ
apud Hebræos Succoth, & alio nomine Cimhatora,
idest, magna lætitia, vulgò *de las Cabanillas*, quod cele-
brabatur quintadecima die dicti mensis Septembris,
in

in memoriam Tabernaculorum, in quibus habitauerant quadraginta annis in deserto, vt Num. cap. 29.& alio nomine istud festum appellabatur *Scenophegia* à figendis Tabernaculis, ac ita totus iste mẽsis September Iudæis erat valde festiuus, & vocabatur mẽsis quietis & lætitiæ, ratione illarum festiuitatum.

24 Aliud quoque festum in quintadecima die lunę mẽsis Martij, quod vocatur nomine Hebræo *pesach*, aliàs pascha, vulgò, *del pan cenceño*, in memoriam exitus de Aegypto, vt Exod. cap. 12. & Deuteronom. cap. 23. Qui mensis cõcurrit magna ex parte cum nostro Martio. Incipit enim à nouilunio propinquiori Aequinoctio verno, siue præcedat, siue sequatur ipsum Aequi-
25 noctium. Alias autem festiuitates, præter datas in lege, tractu temporis addiderunt Iudæi, propter varios casus & euentus, vt fuit festum Phurim, vel Purim: & alio nomine festum Reginæ Esther, ex eo quòd tempore regis Assueri per reginam Esther à morte fuerunt liberati, in cuius memoriam Iudæi ieiunabant, & vocatur ieiunium Reginæ, Esther, vt in libro Esther, c. 3. & 4. in fine: & cap. 9. Quod festum erat decimatertia die Lunæ mensis Aprilis: & secundum alios interpretes decimaquarta die mensis Februarij. Alia uerò plurima ieiunia celebrabant Iudęi, non ex præcepto legis Moysi datæ: sed potius ex eorum voto, ut habẽtur
26 in Directo. Inquisito. loco supra citato, Aliud festum reperi à Doctoribus non relatum, quod seruabãt Iudæi; & dicebatur festum Luminum, propter memoriam reædificationis templi, vel propter lampadas ibidem existentes. Celebratur à Iudæis per octo dies, in vicesimaquinta die mensis Nouembris, atq; in quolibet die ac nocte vnica tantùm lucerna erat incensa prope limina domus: ac vltimo & octauo die omnes

octo lucernæ, vt lib. 2. Macha. cap. 1. & 10. habetur. Et
27 multa prohibebantur in lege Moſayca Iudæis comede
re, vt caro cum ſanguine & pinguedine, & alia: vt Gen.
cap. 9. & Leui. cap. 7. & 11. & 12. & Deuter. cap. 14. Et
Iudæi hac noſtra tempeſtate ſcindunt femur arietis,
vel alterius animalis, cuius carnibus veſci volũt: & eij-
ciunt parum carnis in modum auellanæ ibi repertæ;
vt illam carnem non comedant, quæ dicitur vulgò *la
landr ezilla*, & apud Hebræos *Gid hanaſſe*, aliàs *dinar-
naxe*, vt habetur Geneſ. c. 32. in fine, ibi: Quã ob cau-
ſam non comedunt neruum filij Iſrael, qui emarcuit in
femore Iacob vſque in præſentem diem. Multæ aliæ
cæremoniæ celebrabantur à Iudæis, quæ in quinque
28 libris Moyſi ſcriptæ ſunt. Et plures aliæ etiam celebra-
bantur ex eorum traditionibus: vt mulieres poſtquã
piſtauerunt, antequam panes faciant, accipere ſolent
de maſſa illa aliquam particulam, & proijcere in ignẽ:
vt habetur Num. c. 27. & orare apertis feneſtris tribus
29 horis verſus orientem: vt lib. 3. Reg. c. 8. Vſque adeò
autem execrabilis eſt Iudęorum perfidia, vt inquit tex.
in c. Etſi Iudæos. de Iud. quòd filiorum ſuorum nutri-
ces Chriſtianas in die Reſurrectionis Dominicæ, quan
do ipſæ corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chri
ſti recipiebant, per triduum ante quàm pueros lacta-
rent, lac effundere Iudæi faciebant in latrinam. Meritò
30 ſancta Romana Eccleſia in die Veneris ſancta, quãuis
orat pro Paganis, hæreticis, & ſchiſmaticis genu flexo;
non tamẽ pro Iudæis genua flectit, vt habetur in Miſ-
ſali & cæremoniali Romano. & tradit Oldr. conſil. 51.
incip. Iudæus tranſiuit. & Albert. de agnoſ. aſſer. q. 23.
num. 57. nam eſt generatio praua & adultera, vt in
Euangelio legitur.
31 Iudæorum verò errores, in quibus præcipuè ſua per-

fidia & pertinacia verſatur, ſunt octo. Primus, quòd credunt legem Moyſi fuiſſe datam gratia ſui, & non propter alium finem. Secundus error, quòd putant ipſam in æternum duraturam. Tertius error, quòd non credunt Chriſtum Ieſum fuiſſe Meſſiam in lege promiſſum. Quartus error, quòd non credunt Sabbatum & otia ceſſare, & loco illius celebrandam eſſe diem Dominicam. Quintus error, quòd arbitrantur terram illam Chanaan, & Ieruſalem eſſe eis promiſſam, cum omnibus fructibus, in præmium obſeruationis legis Moyſi. Sextus error, quòd non putant tẽpus Meſſiæ adhuc veniſſe. Septimus error, quòd credunt Meſſiam eos liberaturum ab omni captiuitate, & reducturum eos in terram Chanaam. Octauus error, quòd credũt legem Euangelicam eſſe imperfectã
32 & falſam. Plures alij ſunt eorum errores, qui ex prædictis deducuntur: de quibus, atque eorum feſtiuitatibus, ieiunijs, & cæremonijs latè ſcripſit Ioſephus de antiquitat. Iudai. lib. 12. c. 10. latiùs Hugo Card. & Burgen. & Nicol. de Lyra in Leui. c. 12. & Deuter. c. 14. Idẽ Burgenſis in ſuo ſcrutinio ſcripturarum, diſt. 3. S. Tho. 1. 2. q. 102. arti. 4. Turr. Crem. in c. 1. de conſecr. diſt. 3. Tertull. aduerſus Iudæos Archi. Flor. 2. parte ſum. titu. 12. c. 7. §. 4. Optimè Ia. de Valẽtia in ſuis quinque quæſtionibus contra Iudæos. & in Pſal. 80. incip. Exultate Deo. Et ſuper Pſal. 83. Quàm dilecta tabernacula tua. Vlderi. Zaz. de Iudæis. q. 1. & 2. & Archiepiſcopus Hiſpalen. in tractatu contra Iudæos, & Petr. de la Caualleria, in ſuo libello contra Iudæos. latiſſimè omniũ Alberti. in rub. de hæret. lib. 6. q. 12. vbi quàm vberrimè, & de agnoſ. aſſer. q. 25. & melius. q. 32. & in repert. Inquiſitorum. in verb. cæremoniæ, & in verb. Iudæi, ac melius & latius in verb. nomina, & in direct. inquiſit. parte. 2. q. 44.

Et

33 †Et ne quæstio superius proposita, in exemplis explicandis differatur, videlicet, an is qui uerba hæretica ac ritus & cæremonias modò relatas dixisse & fecisse fatetur, credulitatem verò & intentionem atque errorẽ in intellectu prorsus negat, dicens, inaduertenter ac ignoranter id dixisse vel fecisse, & se esse paratum ad correctionem Ecclesiæ, hæreticus sit censendus? etiã si legitimis testibus non sit conuictus.

34 † Primò, videtur quòd non sit hæreticus ille qui confitetur se verba hæretica dixisse, & prauam intentionẽ erroremq; in intellectu & malam credulitatem abnegat, neque pœna hæreticorum sit plectendus. Nam hæreticus est, qui circa ea quæ sunt fidei errat per in-
35 tellectum & pertinaciter adhæret errori per uolũtatem approbans falsa pro ueris, & uera pro falsis, certa pro incertis, aut incerta pro certis. Itaque nullũ opus
36 exterius, quantumuis horrendum, est hæresis, absq; errore in intellectu, siue absolutè error sit in intellectu, siue in eo, ut moto à uoluntate eligente, taliter quòd in hæretico requiritur falsa credulitas ex parte ratio-
37 nis, & peruersa uoluntas ex parte concupiscibili. c. dixit Aposto. 24. q. 3. ibi, qui errant & parati sunt corrigi nequaquam inter hæreticos sunt computandi. c. excõmunicamus. 1. §. credentes. de hæret. Archi. & alij. cap. quicunque. de hæret. in 6. Ioan. An. Inno. & Anto. in c. firmiter. in fine. de sum. Trini. & fide Cath. Bal. & Paul. in rub. C. eo. titu. Castro. de Iust. hæret. puni. lib. 1. c. 1. prope finem, & c. 7. & aduersus hæreses lib. 1. c. 1. in fine. Fran. Squil. de fide catho. c. 14. &. S. Tho. 2. 2. q. 11. arti. 1. Alex. de Ales. 2. par. q. 181. memb. 1. Archiepiscopus Flo. 2. parte sum. titu. 12. c. 4. in prin. Syluest. in uerb. hæresis. 1. Corradus Brunus de hæret. lib. 1. c. 2. Pala. Rub. in alleg. hæresis. §. 3. & 4. Alfon. Aluar. Guer

rero,

rerò,in thesauro religionis Christianæ.titu.de hæreti. num.20.& hanc dixit esse communem opinionem Iulius Clarus in pract. Crimi.§.hæresis. uers.ad hoc autem,Albert.de Agnos.assertio.q.6.num.8.& q.23.nu. 52.& idem.q.2.num.12.allegans consil.Oldra.210.in cip.Regularis habet traditio.quòd crimen hæresis habet principium & complementum, principium in er-
38 rore in intellectu,complementum in pertinacia in uoluntate.Idem Albe.in repe.rub.de hære.lib.6. q.1.nu. 12.& 19.Et latiùs.q.13.nu.4.cum sequen.ubi affirmat quinq; esse necessaria,ut quis propriè dicatur hæreti-
39 cus. Quæ omnia surripuit,tacito autore, ab Archiepiscopo Floren.in 2.par.summ.titu.12.cap.5.§. 1.cum sequent.

40 Primùm,quòd quis professus fuerit catholicam fidē: secundùm,quòd aliquam ueritatem credat de fide catholica: nam si à fide catholica omnino recesserit, potiùs Apostata,quàm hæreticus est censendus.Tertium ꝙ habeat errorem in intellectu,ut dictum est. Quartū, ꝙ talis error sit contra articulos fidei,uel contra determinationem Ecclesiæ, in his quæ pertinent ad fidem, & bonos mores: nam in his Ecclesia non potest errare.c.à recta ergo fide.24.q.1.cap. maiores.de bap.ubi Abb.& in c.à nobis.2.de sen. excommu. Et latiùs tra-
41 didi in sing.meo.146.Quintum, quòd talem errorem
42 pertinaciter defendat,itaq; de necessitate requiritur, ad constituendam hæresim,error in intellectu, & nullum factum absolutè,quamuis horrendum, & execrabile sit,absq; errore intellectus,facit aliquem hæreticū
43 quia hæresis non in opere, sed in errore intellectus consistit.Nam qui fornicatur,aut occidit, aut aliud simile crimen ab Ecclesia prohibitum committit, non

44 ob id hæreticus est censendus, nisi hoc impune fieri posse crediderit. Sed si inaduertenter ignorantia, uel ioco, uel lubrico linguæ sermone aliquid fidei cõtrariũ quis proferat, si errorem non habeat, emendare quod
45 peccauerat sit paratus, non est hæreticus. Quanquam propter ignorantiam, leuitatem, & incuriam arbitrio iudicis pœna extraordinaria est puniẽdus. c. dixit Apo
46 stolus, 24. q. 3. S. Tho. 3. par. dist. 13. q. 2. articu. 1. Et in quolibet. 3. art. 2. Card. in Clem. vni. §. sanè. de usuris. Archi. & Ioan. And. in c. 2. nu. 6. de hæret. in 6. Gundi. de hæret. q. 1. in princ. Innoc. in dic. cap. firmiter. Pala. Rubi. in dic. allega. hæresis. Conrra. Bru. de hære. li. 1. c. 2. Pulchrè Turr. Crema. in summ. de Ecclesia. part. 2. lib. 4. cap 1 & 4. & 13. Alberti. dict. q. 13 num. 8. & 14. & Castro in locis supra citatis.
47 Ideo meritò diuus Augustinus inquit in libro. 1. de Trinit. errare potero, sed hæreticus non ero. Quod dictum refert Card. de Turre Crem. in d. part. 2. lib. 4. c. 1. Et Archiepiscopus Floren. in 2. par. summ. tit. 12. de materia hæresis. c. 5. Et Albert. in rub. de hæret. lib. 6. q. 1. nu. 19. & q. 13. num. 14. Et idem de agnosce. asser. q. 2. nu. 11. & q. 6. nu. 8. & in q. 23. nu. 53. Et Iacob. Septi. Episco. Pacen. in institu. Catho. cap. 31. nu. 7. & c. 25. nu. 2. Et in Enchiridio. tit. 49. nu. 4. Ambro. Cathe. in Speculo hæreticorum, consideratione. 7.
48 Vnde facilè deducitur Marcellinum Summum Pontificem, qui tempore Diocletiani, & Maximiani Imp. à Paganis compulsus & coactus, eorum templum fuit ingressus, & suis Idolis thurificauit, non fuisse hęreticũ. Ita fuit per Concil. generale decretum, vt habetur in. c. nunc autem. 21. distin. ut optimè tradidit Dec. consil. 151. incip. Maximi ponderis. in princ. Et Albert. in rub. de

de hæret.in 6.q.13.nu.67.quia compulsus vi Idola ado rauit,& fidem Christi in mente habuit, & non peruer-
49 sum dogma,uel errorem in intellectu.Nam ubi est me tus uel coactio,deest consensus.l.interpositas.C.de trã sac.cap.2.de his quæ vi.cap.cùm locum.de sponsal.sed nimis utile esset,quòd de intentione, & animo constaret per protestationem ab eo etiam clandestinè factã. cap. 1. ubi glos.& Abb. de his quæ vi.& in cap. cùm M. Ferrarien.nu.19.de constit.Bar.in l. de pupillo.§.si quis ipsi Prætori.q.11.nu.6.de noui ope. nunc. Bald.in l.repetendi,in fine.C de condic.ob caus.Decius cons. 219. puncto.nu.5. Non tamen debuerat Marcellinus,propter fugiendam mortem corporalem, Idolis sacrifica-
50 re; sanctius ac melius erat mori, & omnia mala pati, quàm peccatum mortale operari.c.Inquisitioni, de sen ten.excom.cap.sacris.de his quæ vi.cap. literas. de resti.spoli. Et eius peccatum fuit grauissimum, nõ tamen peccatum hæresis.cap. potest fieri. ubi glos. de pœnit. dist.1.cap.sicut.sanctius.32.q.4.

51 Hinc etiam est, Diuum Gyprianum tenẽtem illam erroneam & falsam opinionem, quòd baptizati ab hæreticis erant iterum rebaptizandi, & in hac opinione perseuerauit, ut patet in cap.si quis inquit. 1. q. 1. non fuisse hæreticum,& eum reprehendit August. in lib.5. de bapt.cap.20. Et habetur in cap. quomodo exaudit. de consecr. dist.4. dicens errorem Cypriani, falce passionis esse remotum,& in lib.6.contra Donatistas.cap.
52 23. Nam si quis dixerit, baptismum ab hæreticis ministratũ, In nomine Patris,&filij,& spiritus sancti,cùm intentione faciẽdi q facit Ecclesia, non esse uerum baptismum,anathema sit:vt in cap.Romanus.de consecr. distin.4.& nouissimè in concil.Trident. Sess.7.de bapt. cap.4.

cap.4.idem refert.& Conra. Brun.de hære. lib.1.c.2. & Fran.à Victoria,in summ.de sacrament.de bapt cap. 28.Iac.Septi.in Instit.Catho.cap.25.num. 2.non ob id
53 diuus Cyprianus de hæresi est suspectus,quia non per tinaciter,sed inaduertenter illud protulit, meritò inter Doctores approbatos eruditos & sanctos primus nominatur Cyprianus,vt in decreto Gelasij Papæ, quod habetur.cap.sancta Romana Ecclesia.15.distin.Et Do. Soto referendo dictum errorem Cypriani, multa in eius honorem scripsit,in 4.distin.1.q.5.art.5.& 9.
54 Beatus quoq; Paulus doctrinam sancti Petri Apostoli reprehendit, ex eo quòd Petrus sentiebat legalia esse seruanda, vt habetur in cap. 2. ad Galat. de qua re non parua controuersia orta est inter sanctissimos, & grauissimos Doctores,Hierony. & August.vt latissimè scripsit S.Tho.super dicto.cap.2.ad Galat.lect.3.& in cap.3.Epist.1.ad Timotheum,in verbis illis,oportet E-
55 piscopum esse vnius vxoris virum. Vnde Hieronymus & Augustinus fuerunt inuicem contrarij, & contrarias sententias protulerunt,vt habetur. cap. 1.26.dist. vbi glos.inquit,quod malè sentit hìc Hieronymus.Latius idem August.lib.de bono.coniug.cap.18.Villadiego de hæret.q.7.num.7.
56 Præterea Petrus Lombardus Episcopus Parisien. qui propter summam eius doctrinam magister sententiarum nuncupatur in studijs generalibus, ex mandato Apostolico, magna cum veneratione legitur.
57 Plures tamen eius opiniones sunt erroneæ, vt est illa opinio,quam tenuit in 3. lib.senten. distin.22.cap.1. quòd Christus in triduo mortuus fuit homo, & alibi lib.j.senten.distin.27.cap.2. quòd charitas qua diligimus Deum,& proximum, est Spiritus sanctus:& alios plures

plures errores tenuit qui habentur in illo libello, de erroribus per vniuersitatem Parisien. cōdemnatis. Quorum nonnullos refert Archiepiscopus Flo. 2. par. sum. tit. 12. c. 5. in princ. Ioan. And. & Anto. in cap. debitum, de biga. & Alberti. in rubri. de hæret. lib. 6. q. 13. nu. 54.

58 Idē dicēdum est de Gratiano autore compilationis Decreti, qui in pluribus contra sacram scripturam errauit: vt in cap. si illic. §. obijciuntur. 23. q. 4. vbi scripsit, quòd tempore Regis Achab, fuerunt missi duo quinquagenarij ad Heliam: quod est falsum, quia non rex Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias, neque illud contigit tempore Achab, sed sub Ochozia: ideo meritò glos. ibi in verb. Achab, inquit, quòd Gratianus id inaduertenter refert, & historiam confundit.

59 Aliam opinionem Gratiani reprobatam refert glo. in summ. 13. dist. Et aliam gl. in sum. 18. distin. Et aliam

60 glos. 2. in cap. sicut Christus. j. q. j. Et quadraginta ac plures errores Gratiani congessit Felin. in c. ex parte. 1. num. 43. de rescrip. non tamen ob id hæreticus, sed potius Catholicus est censendus, quia inaduertenter, & non pertinaciter illud dixit.

61 Idem etiam secūdum aliquos est dicendum de Abbate Ioachim, qui quamuis eius libellus, quem fecit contrà Petrum Lombardum, fuerit damnatus, vt doctrina hæretica: tamen quia se, & opera sua correctioni Rom. Ecclesiæ submisit, non fuit ipse hæreticus iudicatus. cap. damnamus. de summa Trini. & fide Cath. S. Tho. 1. 2. q. 27. art. 3. dicēs quòd iste Abbas Ioachim fuit valde rudis in subtilibus fidei dogmatibus, & reprehendit duos eius errores. Et optimè Archi. Flo. in 1. part. summ. titu. 6. c. 2. §. 5. in fi. Et in 3. part. titu. 12. c. 4. in princ. Et part. titu. 11. Abb. uerò uidetur contra-

rium

rium tenere in dict.cap.damnamus. in fine.quòd prædictus Abbas.Ioachim fuit hæreticus. Sed prima opinio magis placet,quam defendit Felinus in cap.j.num. 2.de hære. Et Alberti.de agnoscen.asser.q.29.nu.7.dicens:quòd licet Abbas Ioachim errauerat,ex eo quòd in fine erat paratus corrigi, non fuit damnatus hæreticus. Et in q.11.num.10.ꝙ prætextu protestationis ab
62 eo factæ non iudicatur hæreticus. Quem autem effectum operetur protestatio generalis,vel specialis ad liberãdum aliquem, qui in assertione Catholica errauit, Alberti.scripsit in rub.in fine.de hæret.in 6. Baldus,& iuniores in rub.de summ.Trin.& fide Catho. Card. & Innoc.in d.damnamus.Idem Card. in Clem.j.§.Porro. colum.fin.eod.titu.Cæpola, caut. 155.incip.bonum & vtile. Plenissimè Alberti. de agnosce.asser.q.12.per to
63 tam,& q.29.nu.13.cum sequentibus. De protestationibus verò in causis profanis extra fidem, latè Bart. & Moder. in l. non solum.§. morte.ff.de noui ope.nunti. Abb.& iuniores in cap.cum M.Ferrarien. de constitu.
64 Ex hac autem ratione bene infertur, verum, & rationabile esse dictum Innoc.in cap. firmiter. num.6.de summ.Trin.& fide Catho.dicentis,Quòd si aliquis credit quicquid Ecclesia credit,sed falsò opinatur ratione naturali motus, quòd pater vel maior, vel prior sit filio:vel quòd tres personæ sunt tres res,à se inuicem distinctæ,quod non est hæreticus, nec peccat: quia credit Ecclesiam sic credere,& suam opinionem fidei Ecclesiæ supponit, quia licet male opinetur, tamen non est fides sua, immo fides sua fides est Ecclesiæ. Omnia prædicta sunt verba originalia Innoc. quem sequitur Paul.de Castr.in rub.de summ.Trin.& fide Catho.C. vbi Bald.in fin.verbis,inquit, quòd hoc dictum Innoc.

tas perſonas, quæ ſæpe impetuntur ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. & Albe. de Roſate. in 3. par. ſtatu. q. 32. affirmat per hoc dictum in Curia Romana corã domino Papa defendiſſe quoſdam Mediolanenſes de hæreſi impetitos. Quod dictum Inno. refert etiam Cæpol. caut. 153. incip. bonum & vtile conſilium. Et eadẽ caut. habetur in ordine. 183. Anto. Cardin. Abb. in d. rub. de ſumm. Trin. & fide catho. Ana. in d. c. firmiter. Idẽ Card. in Clem. 1. §. porro. eo. titu. & in Clem. 1. §. fin. q. 2. in fine. de uſuris. Domi. in rubr. & in c. 2. num. 4. de hæret. lib. 6. Feli. in c. 1. num 2. de hære. Pala. Rui. in fauorem ruſtici Roderici de Carrion. in allegatione hæreſis. §. 4. Alberti. de agno. aſſer. q. 12. num. 4. & 5. & q. 23. num. 6. & q. 36. num. 6. Ludo. Carrer. de hæred. §. circa ſecundum. nu. 8. Iac. Septi. in Inſtit. cath. c. 25. num. 4. & in Enchirid. titu. 49. num. 3. Nico. Boe. deciſ. 341. incip. Et iſta quæſtio, in fine. tex. & gl. in uerbo pertinacis. in c. dixit Apoſtolus 24. q. 3. glo. in uer. emendari 24. q. 1. glo. in c. ſi Papa. 40. diſt. Nam lubri-
66 cum, uel lubricitas linguæ ad pœnam facile trahendum non eſt, l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 2. C. qui bon. ced. poſ. Card. in clem. fi. in fine. de hæret. & in cle. uni. §. ſanè. de uſur. Villadiego. de hęret. q. 1. num. 7. & q. 8. nu. 6. Iaco. Septi. in inſtitu. catho. c. 45. nu. 30. Inſtruct. Toletan. 4. ca. 8. dicentes pœna extraordinaria eſſe puniendum. Qua propter conſentaneum eſſe cenſeo, ꝙ in defenſionibus reorum de eorum ruſticitate & imprudentia, conſtat, ut pœna ſit temperanda. Iudi-
67 ces uerò, præſertim inquiſitores hæreticæ prauitatis, propter diminutam & truncatam reorum defenſionẽ ſint nimis ſoliciti & diligentes in ſcrutandis, & inueſtigãdis eorum defenſionibus, ẽt ex officio, parte nõ pe-

tente,& etiam renuente.l.si nō defendantur.ff.de pœ: ibi,debet de innocentia eorum quærere.l.1.§.fin.ff.de quæst.l.non tantum.ff. de appellat. Hyppo. latè in l. si quis ne quæstio.num.101.ff.de quæstio.& in conf.51. incip.licet nedum.num.60.cum sequen. Et in instructio.de Madrid,anno.1561.c.38.

69 Neque prædictis obstat singularis decisio Rotæ in antiquis.875.incip.accusatus de hæresi,in tit.de hære. Et eadem etiam decisio. habetur in decisionibus collectis per Bernardum de Bisnieto.eo. tit.de hære. Vbi dicitur quòd si accusatus de hæresi,& per testes, uel aliter est legitimè conuictus,& negat se talia hæretica lia dixisse uel credidisse, quamuis asserat se credere, & credidisse, quod credit Ecclesia,nihilominus, ut hæreticus negatiuus,& impœnitens est condemnandus & brachio seculari tradendus.Istā decisionem sequitur Hostien.in sum.de hæret. colu. 2. & Io.de Ana.in ca.excommunicamus.1.§. adijcimus.de hære.num.6. Calde.in consi.2.sub titu.de hæret.Et eā allegat Math.de Afflict.in const.Neapo.de hæret. nu.35.& Nico.Boer.decisi.343.incip.Et uidetur.in princ.& Petr.

70 Rebuff.in prax.benefi.tit.de modis amittendi beneficia.num.32.dicens se uidisse illam decisionem seruari contra quendam astutum hæreticum. Eam etiam allegat & declarat Albe.in rep.rub.de hære.li.6.q.13. num.50.in fine.& in c.prin. & num. 44. eo.tit.Idē etiā Alber.de agnos.asser.q.7.nu.6.& q.8.nu.7.cū sequen. ubi optimè.& q.12.nu.9.& q.22.nu.28.& q.29. num. 14.& q.34.nu.5.& q.36.nu.1.in fi.Et Ia. Septi.in insti. chato.c.48.nu.25.& in Enchirid.Inqui.c.53.nu.10.& cap.61. num. secundo.Et Iulius Clarus in pract.crim.

71 §.hæresis,uer.Et nota in hoc ꝓposito, ubi allegando dictam

dictam decisionem, inquit, quòd semper illa decisio Rotæ sibi uisa fuit rigorosa. Et etiam contra eam tenuit expressè idem Boerius, sibi contrarius, deci. 341. incip. Et ista quæstio. num. 4. in fine, ubi affirmat, quod iu-
72 ra ab eo allegata domini de Rota non uiderunt. Sed Iulius Clarus, & Boerius in hoc uerè allucinantur, & maxima cum ratione merentur reprehendi. Non.n. indulgenda est uenia ei, qui non cognoscit peccatum suum: quia tanquam alter Cain illud negat: nã Cain indignus misericordię alia, iudicatus fuit, quia inter in
73 ter, crimẽ fratricidij negauit, dicens. Nescio Domine, nunquid ego custos sum fratris mei? Gene. c. 4. Et. c. serpens. c. nunquid Cain. de pœniten. dist. 2. Neq; hæ-
74 reticus dicitur satisfacere negando, sed recognoscen dro crimina sua, & ea abiurando. c. ab abolendam. §. illos quoq;. de hæret. c. Ego Berengarius. de conse. dist. 2. c. siquis uoluerit. c. si quis Episco. 1. q. 17. c. quẽ pœnit. c. ueritas. de pœnit. distin. 1. Non enim est minima
75 pars pœnitentiæ confessio peccati. c. non potest. cap. agite pœnitentiam. c. perfecta pœnitentia. de pœnite. dist. 1. vbi hisce uerbis inquit tex. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre: in corde. n.
76 contritio, in ore confessio, in opera tota humilitas, hęc est fructifera pœnitentia; ergo qui fugit erubescentiã peccati, non confitendo illud, meritò tanquam pertinax & impœnitens est condemnandus, cùm sit testibus conuictus. Nam potius testibus quibus reus con-
77 uictus est, quàm ipsi reo in proprio facto fides est ad hibẽda. c. in oĩ negocio. l. licet uniuersis. de testi. c. cum esses. de testa. Et vt subtiliter inquit D. Hieronymus in Epistola ad Panũciũ, frequẽter (inquit) hæretici palliãt
78 errores suos verbis æquiuocis & fictis nã queadmodũ

Catholicus dicẽs se hẽre & tenere suã Ecclesiã Catho
79 licã, & intelligit Eccl. Romanã, ita hęreticus intẽdit dicere fidẽ suã eẽ illã hæresim, & Ecclesiã Catholicã esse
80 suã sectam, itaq; verbis simulant & corde negant, & magnum habent artificium in suadendo & docendo, vt affirmat Tertul. aduersus Valentinianos, in princ. & August. de Ciuit. Dei lib. 16. c. 2. inquit, genus hæreticorum esse callidum, vnde meritò in iure lupi rapaces
81 & vulpes nuncupantur c. sunt quidam. 25. q. 1. c. inter solicitudines. de purg. cano. & alijs nominibus vocantur, de quibus per Brunum, de hæret. lib. 1. c. 3. & 13. &
82 Ia. Septi. in insti. Catho. c. 31. nu. 10. Ex quib. omnibus superius relatis facilè colligitur prædictam decisionẽ Rotæ esse iuri & rõni consonam, & hodie receptam &
83 approbatam per primam instructionem Hispalensis. ca. 14. eamq; in diffiniendus fidei causis quotidie seruare solemus.

84 Non uerò me latet quinq; esse necessaria vt ꝑdicta decisio Rotæ procedat. Primum, quòd sit accusatus de vera & formata hæresi, & non de assertione scandalosa, aut temeraria, aut blasphemia, ut ĩfra latius declarabitur. Secundum, quòd verba hæreticalia sint clara, & certa, & non dubia, uel ambigua, ut infr. plenius
85 num. 365. explicabitur. Tertium, quòd crimen hęresis per testes idoneos, non inimicos, uel singulares sit plenè probatum. Quartum, quòd accusatus neget illud factum vel uerba hæreticalia dixisse cum protestatione generali supradicta, contra Alberti. in dicta quæstione trigesimaquarta numero 51. qui declarando dictam decisionem asserit esse necessariam, quòd accusatus dicat illa credere. Quintum, quòd factum illud sit recens & non antiquum, taliter quòd sit

verisi-

verisimile accusatum non esse oblitum illa hæreticalia
86 dixisse & credidisse, vt Bart. in.l.si res.num 1.de leg.j.&
Alciat.de præsum.in prin.nu.60.quod ēt ex tenore di-
ctæ decisionis colligitur in fine, ibi, de facto recenti
hìc agitur, & ibi, nec debet esse verisimiliter oblitus,
quam optimè declarat Alber.in.d.q.13.num.50. & de
87 agno.asser.q.7.num.8.&.q.8.nu.10.Nam in facto anti
quo obliuio præsumitur, & etiam per lapsum duorum
tantùm annorum in facto proprio. l. si arbiter. ff. de
proba.l.3.§.duæ autem sunt causæ.ff. de Carbo. edic.l.
peregrè.ff.de acquir.posses.Bartol.in l.si quis delegaue
rit.ff.de noua.Couarr.in c.possessor.par.2.§.8.in princ.
de reg.iur.lib.6.Thom.Gram.decisio.60.in causa excel
88 lentis.num. 8. Quòd etiam ex tractu temporis in teste
præsumitur obliuio, & est notatu dignum ad liberan-
dos testes varios, cùm hominum memoria labilis sit.l.
2.§.si quid autem.C.de vet.iur.enu.gl. in c. cùm adeò,
de rescrip.glos.in cap. tertio loco. de proba. 1. glos. in
89 c.porrecta.de confir.vtil.uel inuti.glo.in c.illud de cle.
excom.vel depo.minis. Sed in rebus arduis, vt Plinius
affirmat, non læditur memoria. Verum gl. in. l. licet.
& ibi Bald. C.de acq.posses.tenent quòd per decenniū
90 inducatur obliuio. Sed. gloss. singularis in. l.furtum,
§.1.ff.de vsucap.inquit, id arbitrio iudicis esse relinquē
dum: & sequitur idipsum Innoc. in cap. quærelam de
91 electio.& refert esse communem opinionem Iason in
* l.prima.nu.47.C. de seru. fugit.iuxta notissimam iuris
regulam, quòd quando tempus nō est certum, neque
à iure limitatum, arbitrio iudicis relinquitur, inspectis
personæ & negotij circunstantijs.l. prima.ff.de iure de-
libe.l. prima, & gloss. & Bald. C. si aduer. vendi.pign.
cap. de causis, de offic. delega. cap. penul. vbi gloss.de

tempo.ordin.latiſſimè Tiraquel.in.l.ſi vnquam, verbo oĩa vel partem aliquam,nu.51.cũ ſeq.C.de reuo.dona.
93 Prætereà hæc concluſio,de qua eſt noſtra principalis controuerſia,uidelicet,quòd non ſit cenſendus hæreticus, qui errores hæreticos confitetur, & negat intentionem & credulitatem:iuuatur etiam ratione. Nã ſicut fides perficitur aſſenſu intellectus ex conſenſu uoluntatis, ita ex oppoſito hæreſis perficitur diſſenſu &
94 errore intellectus cum conſenſu uoluntatis; quia contrariorum contrarij ſunt effectus,& contraria eſt ratio ac natura.l.etſi contra tabulas.ff.de vulg. & pupil. l.qui accuſare.ff.de accuſat.l.fin.ff. de calumniat. & cognitò
95 uno de contrarijs, facilè cognoſcitur & reliquum.l.j. de his qui ſunt ſui,uel alie.iur.& in princ. inſtit.eod tit.
96 & in prin.de tutel.Et quemadmodumfides eſt in intellectu,ſicut in ſubiecto; in uoluntate autem ſicut in primo motu;ita hæreſis,quæ eſt actus infidelitatis, qui ex diametro opponitur fidei.Vnde infallibiliter ſequitur, proferentem uerba hæretica non eſſe iudicandum hæ
97 reticum,ſi de errore in intellectu non conſtat per confeſſionem ipſius rei, ſecundum caſum ſupra in princi-
98 pio relatum. Nam potius mens proferentis, quàm eius uerba ſunt conſideranda. l. ſcire oportet. §. aliud etiam inuenimus.ff.de excuſ.tuto.ibi, ſed etſi maximè uerba legis hunc habeant intellectum,tamen mens le-
99 giſlatoris aliud vult,quæ mens ſenſibus dominatur, & in actibus humanis primum obtinet locum. l.in conditionibus. ff. condic. & demonſ. l.cum acutiſſimi. C.de
100 fideicommiſ.l.ex facto.2.& l.fin.ff.de hære.inſti. Quia in actibus ex animo pendẽtibus magis attenditur intentio,quàm factum.l.etiam.§.1.ubi Bald. & Alex.in 4. not.ff.ſolut.matr.l.j.§.diuus. ff. de ſicar. vulgata regu-
la,

101 la tolle voluntatem de medio, & omnis actus erit indifferens.l.fędissimam.C.de adult.l.2. C.de contrahẽ emp.Vnde inquit.l.vulgata.ſcire leges. ff. de legi.hiſce verbis,ſcire leges non eſt verba earum tenere, ſed vim
102 & poteſtatem. Sicut enim anima corpori præfertur,ita mens & ſenſus præfertur verbis. l. in venditionib.ff.de contrah.emp.l.1.C.de neceſ.ſeru.hære.inſt.c. intelligentia.c.præterea.de verb.ſign.cap.Marchion.j. q.j. & virtus verborum in intellectu mente,& ſenſu po
103 tiusquàm in eorum cortice conſiſtit. l. non dubium. C.de legi.cap.ſecũdò requiris.de appel. regul. certum eſt,de regul.iur.lib.6.c.humanæ aures. 22.q.5.Bal.in l. 1.circa finem.C. de ſeru. fugit. quem refert etiam Iaſ.
104 in d.l.nõ dubium.nu.28. Ideo ſummopere oportet, vt Inquiſitores hæreticæ prauitatis in examinãdis reis ſint nimis cauti, in quærendo de intentione & creduli tate reorum,& de magiſtris,& ſocijs,& perſonis, quib. illos errores communicarunt,& de tempore, & cauſa credendi, & de occaſione, qua talia verba hæreticalia protulerunt;ac oĩa debent plena Inquiſitione diſcutere,interrogando reſpondendo,& obijciendo. l.vbicun que.ff.de interrog.acti.cap.cum Ioannes, de fid.inſtru.
105 cap.iudicantem.30.q.vult.Qua in re,& in cauſis Sancti Officij decernendis,& in omnibus denique alijs rebus gerendis,Licentiatum Andream Sanctum, virum vtique doctiſſimum multisq; nominibus obſeruãdum, nunc Corduben. Inquiſitorem meritiſſimum, annisq; proximè præteritis collegam meum Valentin. (reuera) ſumma dexteritate, facilitateq; inaudita cognouimus,atque in indagãdis fidei cauſis diſertiſſimum: qui ſolebat dicere, quòd Inquiſitores hæreticæ prauitatis ab abſoluendis,& recõciliandis reis huiuſmodi, qui fa-

ctum hæreticum confitentur,& intentionem & credulitatem abnegant,debent omnino abstinere, etiam ad
106 cautelam:nam plurimi in hoc decipiuntur. Quia perfecta & integra debet esse confessio, vt beneficium absolutionis reus mereatur.cap.perfecta,de pœnit.dist.j.
cap.ad abolendam,de hæret. cap.vt officium,eod.titu.
107 lib.6.nam falsa credulitas,& non factum hæreticum, vt supra dictum est,aliquem hæreticum constituit.
108 Vnde si captus à Sarracenis (vt quotidie vidimus) metu mortis,vel tormentorum, fidem Christianam cõpellitur abnegare,& ad eorum ritus transire;sed corde & animo fidem Catholicam tenet; is neque est hæreticus, neque reconciliandus: sed in loco religioso per
109 aliquod tempus reponendus, & in fide orthodoxa instruendus; præsertim si illo tẽpore minor ætate erat,
110 quando captus à Sarracenis fuit. Nam maiores, vt mihi relatũ fuit ab ipsis Sarracenis, ad id non compel-
111 luntur.Et quòd non sit reconciliandus quando vi & metu quis, vt dicitur, transit ad ritus Sarracenorum, voluit Cald.cons.4.tit.de hæret.glos.in cap.non solùm, & in cap.fin.11.q.3.Brunus de hæret.lib.1.c.4.Albert. in rub.de hæret.lib.6.q.12.num.12.in fine.& q.13.nu. 68.& de agnos.asser.q.23.nu.56.cum seq. Iac. Septi.in instit.Cath.cap.26.num.18. Syluest. verb.apostasia.q. 1.solet ad id allegari tex.in cap.præsbyteros.50.distin.
112 Sed Iulius Clarus in pract.crimi.§.hæresis, uers.Sed nunquid;affirmat quòd iste talis est reconciliandus, & quòd ab Episc. absolutionis & reconciliationis literas impetrare solet,quòd sanè est nimis absurdum &omni
113 iuri & rationi contrarium. Ex corde enim procedũt hæreses, non ex ore tantùm; & ratio formalis hæresis non in factis,aut dictis, sed in errore & uoluntate consistit;

114 ſiſtit, ideo qui vi, aut metu mortis alicuius tyranni, ut illi ſolummodo ſatisfaciat, hæreticum aliquid perpetrauerit, ſi animo & corde à fide Catholica non diſcedit, hæreticus non eſt cenſendus, neque pœnis hæreticorũ plectendus: & ꝑ cõſequẽs excõicationis uinculo nõ eſt innodatus; nulla igit͂ abſolutione & recõciliatione indiget: neque ad cautelam, ut quidam male opinantur.
115 Neque obſtat ſi quiſpiam dixerit, quòd reconciliatio eſt fauorabilis, cùm ſit excommunicationis abſolutio, ut in dictis iuribus allegatis: nam ſimul cum reconciliatione bonorum publicatio unà cum carcere perpetuò uenit, de hoc ultimo eſt tex. in cap. excommunicamus. 2. de hære. & cap. 1. eod tit. lib. 6. de bonorum publicatione. cap. uergentis, cap. excommunicamus. 1. de hæret. in §. damnati, & cap. accuſatus. §. ſi uerò, ca. cùm ſecundum leges. eod. tit. lib. 6. l. Manicheos. C. eo. l. 2. & 3. tit. 26. par. 7. Sed Iulius Clarus in pract. crim. §. hæreſis, uerſ. ſed quæro, inquit, quòd ſi hæreticus non relap
117 ſus, eſt pœnitere paratus, & hæreſes abiurare, nõ modo euitat pœnam mortis, ſed etiam cõfiſcationem bonorum, quod falſiſſimum eſſe iudico, & præfatus Iulius
118 Clarus ſua opinione fuit deceptus. Nam licet hæreticus ſpontè, & ante ſententiam ad fidem Catholicam uelit redire, non tamen ob id euitat publicationem bonorum. ita Anto. Ioan. de Imola, & Abbas, in d. cap. uergentis num. 2. Dominicus in d. cap. accuſatus, §. ſi uerò num. 5. & in d. cap. cum ſecundum leges. num. 4. & 5.
119 Paul. Grillan. de hæret. q. 6. optimè Brunus de hæret. lib. 5. cap. 6. Et hæc opinio communiter eſt recepta, ut teſtatur Iac. Sept. in inſtit. Catho. cap 9. num. 8. allegando ad id primam inſtru. Hiſpalen. c. 3. & 7. & Prag-
120 maticam Corduben. factam anno. 1487. Quam opinionem

nionem tanquam iuri & rationi consonam passim in iudicando sequimur, contra prædictum Iulium Clarũ, & contra Reuerendiss. Archie. Toletã. Bartholomęum Carrancam de Mirãda, in quarto concil. Toletan. Can. 59. dicẽtem, quòd ipse desiderat obseruari, vt propter perfidiam parentum eorum bona in præiudicium fi-
121 liorum Catholicorum non publicentur. Sed iustum est quòd impij & malè meriti in egestate, & paupertate pereant, vt hisce uerbis inquit. l. bona fides. ff. depositi. cap. nouimus. §. 1. de uerb. signifi. Et cùm bona hæreticorum sint ipso iure confiscata: ut. d. cap. cum secũdum leges, illud ius quæsitum fisco per pœnitentiam, & reconciliationem non tollitur. l. nec damnosa. C. de prec. Imp. offer. l. fin. C. si contra ius, uel vtil. pub.
122 Neque proximè dictis obstat textus in cap. contra Christianos, de hæret. lib. 6. ubi transiens uel rediens ad ritus iudæorum potest tanquam hæreticus condẽnari, si de hoc fuerit conuictus, uel confessus, qui text. est intelligendus, nisi illud metu uel vi faciat ad euitan
123 dam mortem, tenens semper in corde suo ueram fidem, ut optimè declarat Albertin. in locis supra relatis: præsertim in. d. q. 13. num 68. in fine. Quamuis in d. c. dicatur solummodo de transeunte ad ritus iudæorum.
124 Idem dicendum est de transeunte ad ritus Sarracenorum: quia ex idemptitate rationis, etiam in pœnali-
125 bus fauore fidei fit extensio. Hosti. & Abb. in cap. 2. de diuor. Ias. in l. cum quidam, in fine. ff. de lib. & posth. & Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. Alber. de agnos. asser. q. 23. num. 56. Abb. in c. ex tenore. Qui fil. sint legit. glos. in cap. sciant cuncti. de elect. Quando
126 uerò aliquis casus ratione frequentioris usus in lege canone exprimitur, non ob id alij casus similes non ex-

pressi

pressi censentur exclusi, ut inquit Vlpianus in l. neque leges, & in l. non possunt. ff. de legib. glos. in uerb. sponsam. in l. uni. C. de rap. virg. glos. 1. in Auten. Cassa. & irrita. C. de Sacr. Sanct. Eccl. glos. in l. 1. C. de his qui ad Eccl. confug. glos. in cap. 2. de confes. lib. 6. glos. in cap. unico. de rer. permu. eo. lib. 6. glo. incip. præsidentes, in Clem. 1. de rescrip. gl. in. Clem. 1. de sup. neg. Prælat. gl. præclara. in cap. Diaconus. 27. distin.

127 Item, quòd is ex facto, uel uerbis hæreticis, non est iudicandus hæreticus; si de eius intentione & falsa cre dulitate non constat, hoc utique probatur. Nam prin-
128 cipalis prima & potissima actuum humanorum regu la est, agentis uoluntas, & consensus iure munitus sue uallatus; quo sublato omnis actus redditur informis atque indifferens, & inanimatus. l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig. l. non omnis, ff. si cert. pet. l. interpositas. C. de transact. l. 2. C. de contrahen. empt. Id etiam uoluit notissima illa iuris regula, quòd uolunta-
129 te & proposito maleficia distinguãtur, nam intentio discernit actum bonum, â malo. l. qui iniuriæ. ff. de furt. l. 1. C. de sicar. l. fœdissimam. C. de adulte. cap. cum uoluntate. de sen. excomm. Quia sicut in rebus naturalib.
130 id quod est per accidens non constituit speciem intẽtionis, ita in rebus moralibus quod sequitur pręterintentionem, est quasi per accidens, nullumq; iuris effectum operatur. l. 2. in fine. ff. de condi. & demonst. ibi, nam si fato fecerit, non uidetur obtemperasse uoluntati. Vbi Titius cui factum fuit legatum sub conditione, si in capitolium ascenderit, etiam si fato præter in-
131 tentionem adimplendæ conditionis in Capitolium ascendat, non habebit legatum, neque obtemperasse uoluntati defuncti uidetur. ad idem. l. hæres institutus. ff. de

ff. de acquir. hæred. l. diem proferre. ff. de recep. arbitr.
132 Ad cor .n. & ad spontaneas voluntates respicit Deus, & non ad actus. cap. contra animum. 56. distin. cap. 1. 15. q. 6. nam quicquid agunt homines intentio iudicat
133 oẽs. l. si non conuicij, C. de iniur. l. diuus. ff. de sicar. cap. non est. 15. q. 1. Et hunc versum refert Bald. in cap. vigilanti. nu. 5. de præscrip. ꝙ non est considerandum
134 factum, sed animus facientis; Deus. n. nõ respicit qđ fit, sed quo animo fit. c. 1. de coll. de tegen. ca. qui ex timore. de reg. iur. in antiq. c. non satis. 86. distin.
135 Ideò qui citra animum & voluntatem occidendi alium percussit, etiam si ex percussione mors sequatur,
136 pœna homicidij minimè puniendus est, dummodo circunstantijs, & qualitatibus debitis res perpendi possit: ut puta si occisus erat eius amicus, aut affinis, vel consanguineus, vt voluit glos. in l. 1. C. de sicar. quam optimè ibi. num. 85. Hyppol. declarat, referendo plures dd. allegationes, & quod statur iuramento vulne-
137 rantis, quòd non vulnerauit animo occidendi, latè Lud. Carrer. in prac. cri. §. homicidij autem species. nu. 71. cum sequen. fol. 105. & dictam glos. Lud. Rom. affirmat esse singularem, & valde notandam in. l. in illa stipulatione. num. 42. de verb. oblig. Bald. in. l. fin. C. de hær. instit. 20. Oppos. Ias. in. l. 1. nu. 22. ff. de leg. idem affirmat Cæpola cons. 2. in fi. Thom. Gram. cons. 68. Ant. Gom. lib. 3. resolut. c. 3. num. 17. idem Ias. in rep. l. admonẽdi. num. 310. de iur. iuran. ff. & in. §. Sed istæ quidem actiones. nu. 90. instit. de action. Probatur etiam quòd non animo occidendi hominem percusserit, quando per-
138 cussit calce, vel ligone, vel pugno, etiam armato, uel pomo ensis, proijcit vel lapidem aduersus canem & hominem transeuntẽ occidit, vel alio instrõ, uel modo ex

quo animus & uoluntas non occidendi colligatur, ita tenent Bart.in l.1.§.1.num.3.ff. si quis testam.liber esse iuss.fuer.& Albe.& Ange.in l.lege Cornelia.ff.de sicar. per tex.ibi,& Bald.in l.data opera.num.11.&.53.C.qui accus.non possess.& l.2.C.de nox.vbi Salyc. num. 10.& Paul.Castr.in l.si fugitiui.num.6.C de ser. fugit.& in.l. etsi seuerior.C.ex quib.caus.infam.irrogat. & in l.1.C. ubi senat.uel clar.Ias.in l.in actionibus.num.26.ff.de in lite iurã.& in l.3.§.quod Prætor.num.3.ff. siquis eum qui in ius vocat.est vi exim.& in.l.j.num.19.ff.de legib. Hyppo.in.l.1.nu.83.C.de sicar. & in l. de minore. nu. 18.ff.de quæst.& in l.1.§.præterea.num.12.ff.ad.l. Cor. de sicar. & in cons. 67.nu.18.& in singular. 176. incip. uoluntas & propositum.Latissimè Lud. Carrer.ubi supra nu.46.cum sequen.Card.Anan.& Felin.in c.lator. de hom. Aegid.Boss.in pract.crim.de homic. num.20. & 36.& 55.& 68.Thom.Gram.optimè,cons.29.incip. in causa magnifici Tristani num.19.& 21.cum sequen. & singulariter in voto.23. incip. in causa magnificæ Lauinæ,Couarr. in Clemen. si furiosus, de homi.part. 2.§.4.num.4.cum sequen.Tiraq.de pœn. tempe.caus. 2.& 13.Ant.Gom.3.lib.resol.cap.3.de homi.num.15. cum sequen.Iul.Clarus in pract. crimi.§. homicidium, vers. dicitur etiam culposum homicidium.Dec.consil. 34.incip.in effectu quæritur.Alex.cons.140.videtur in causa proposit.Albert.de agnos.asser.q.7.nume. 12.& 13.allegat decisionem Bar.in l. respiciendum. §.delin-
139 quunt,in fin.verb.ff. de pœn. Quæ decisio (vt dicunt doctores) iudices maleficiorum ponit in magno periculo. Vult enim Barto.ibi,quòd si quis vult occidere Titium,& errore ductus Sempronium occidat, pœna ordinaria homicidij puniendus est, ex eo quòd dabat

operam

140 operam rei illicitæ. Sed in hoc Bartolus communiter reprehenditur, quia respectu Sempronij non habuit animum occidendi, ideo potius culpa, quàm dolo fuit homicidium commissum. ita Florian. tenet contra Bar.
141 in l. scientiam. §. sed si defendendi. ff. ad l. aquil. sequit Ias. in l. si per errorem. nu. 17. ff. de iuris. omn. iud. idem Ias. in l. j. num. 16. de legibus. dicens, quòd communiter
* tenetur contra Bar. Aegid. Boss. in pract. crim. de hom.
142 nu. 73. Thom. Gram. cons. 5. in causa Antonij. num. 7. Lud. Carrer. in pract. §. vndecimo excusat ignoran-
143 tia, in princ. Et hanc etiam fatentur esse communem contra Barto. Minchaca in controuersia. *96*. nu. 33. & Placa lib. j. delictorũ. c. 27. in princ. Sed prædictam Bartoli opinionem nititur defendere Ant. Gome. nonnullis iuribus & rationibus, lib. 3. resol. cap. 3. de hom. nu.
144 34. & Iulius Clarus in prac. crim. §. homicidium, vers. dicunt autem aliqui. Sed re vera si verba Barto. rectè
145 inspiciantur non meretur reprehendi: nam ipse in d. §. delinquunt, non scripsit, quòd prædictus delinquens pœna ordinaria sit puniendus, sed simpliciter inquit ꝙ puniatur, & potest intelligi pœna extraordinaria, vt te-
146 statur communis opinio, vt ipse latius retuli in singular. meis in fidei fauor. sing. 56. incip. errans in delictis. Non enim in hoc est omittendũ singulare dictum Bal. in l. vnica. nu. 46. C. de confes. quòd sufficit semiplenè
147 probare non habuisse animum occidendi, & admitti tur probatio circa hoc per coniecturas, quæ iudicis arbitrio relinquuntur. Hoc dictum Bal. sequitur Thom. Gram. in d. cons. 29. nume. 38. & Lud. Carrer. in pract. crim. §. homicidij autem. in fi. fol. 107. colum. 2. in prin. vbi alios ad id refert. Anto. Gom. etiam in lib. 3. resol.
148 cap. 3. nume. 27. & 28. dicit etiam probari per testes

aliàs inhabiles & deponentes de credulitate. Iaſ. in l. vt vim. num. 7. ff. de iuſt. & iure. & in rub. de iur. iur. num. 7. & in l. ſed & ſi quis. ff. ſiq. caut. Hyp. quis in rub. C. de probat. num. 10.

149 Rurſus, quòd non ſit cenſendus hæreticus, qui factum, vel uerba hæretica confitetur, & intentionem atque prauam credulitatem habuiſſe abnegat, id ſequenti iuuatur ratione. Nam voluntatem & confeſ-
150 ſionem propriam de iure quis poteſt declarare & interpretari, non tamen perimere. ca. cum delicti. de accuſ. vbi ille Epiſcopus Agaten. ſuam declarauit confeſſionem, quæ ad bonum & malum poterat retorqueri cap. cum clamor, de teſtib. c. præterea, de teſtib. cogen. cap. fin. de iur. iuran. lib. 6. Bald. in cap. 1. §. item vaſallus, in princ. de contr. inueſtit. in vſib. feud. & in l. 2. in fine. C. de cuſt. reor. Innoc. in c. dudum, de elect. Alex. conſ. 1. num. 40. vol. 1. & conſ. 15. viſo proceſſu. num. 7. volum. 3. Tho. Gram. conſ. 10. cæleſtis curiæ. nu. 31. Lud. Carr. in pract. crim. §. circa ſextum. num. 8. Alcia. de præſum.
151 reg. 3. præſump. 1. num. 9. Nemò enim prohibetur voluntatem ſuam declarare. l. nepos proculo. ff. de verbo. ſig. l. Lucius. ubi glo. ff. de legat. 1. verba namq; ſecun-
152 dum mentem proferentis ſunt intelligenda. l. verum. ff. de furt. l. ſiquis intentione ambigua. ff. de iudic. l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regul. iur. in. cap. intelligentia. cap. præterea. de verb. ſign. Iſta verò confeſſio pro-
153 pter intentionem negantis, & factum concedentis non eſt ſimplex, & pura, & abſoluta; Sed limitata, & modificata, & cum illa qualitate & conditione, quæ in effectu nihil ponit in eſſe. l. ſiquis ſub conditione. ff. ſiquis omiſ. cauſ. teſtam. l. 2. ff. de in diem adiectione. l. cum. liberam. C. de fideicomiſ. liber. l. is damnum. §. quod pẽdet.

det.ff.de reg.iur.cap.præterea.de appell.cap. si pro te, de rescri.lib. 6. confessio enim cum aliqua conditione, vel qualitate facta si sit,non poterit pars aduersa,vel fiscalis confessionem huiusmodi acceptare,& illam qualitatem reijcere vel negare,sed omnino illam,cum qualitatibus suis amplecti uel in totum reijcere.l.non vtiq; ff.de excep.cap.exceptionem obijciens. de reg.iur.lib. 6.glo.sing.in proprijs terminis in.l.siquidem.C.de excep.glos.ubi Bald.in l.2.C.de donat.ante nup. Bart.in l.eum qui.ff.de iur.iuran.& in l.proinde. §.notandum. ff.ad l.Aquil.& in l.contra negantem,in prin.C.eod.ti. & in l.ea quæ.q.7.C.de condic.indeb. Abb. in cap.bonæ.2.de post.prælat.Felin.in c.de hoc.num.5.de simo. Alex.cons.80.in causa & lite.volum.7. Hyppol.consil. 136.incip.Consului proximis diebus. nu. 28. cum seq. Tiraquel.de pen.moderan.cau. 30.num.17.Fran.Mar. decis. 60. incip. quæritur quando aliquis. num.5.& 6.
155 volum.j. Quia uoluntas ex qua oritur confessio est indiuidua. l. si is qui legem. ff de testa.l.fideicommissa. §.1.ff.legat.3.l.ius nostrum.ff.de regul.iur.l. in hoc iudi
156 cio.ff.famil.Hercis.l.dicere.ff.de arbitr. ideo separari seu diuidi non potest, ne una & eadem res diuerso iure censeatur.l.eum qui, in fi.ff. de vsucap. cap.cum in tua.
157 de decim.cap.cognouimus.12.q. 2. Nam qualitas illa non potest à suo subiecto separari l.4.§.fin.ff. de actio. empt.& vend.l.si ff.de colla. bon. l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acquir.hæredit.

158 Ex quibus redditur dubia decisio sing. Barto. in l. Aurelius.§.idem quæsijt.num.2.ff. de lib. legat.quòd si tu confitearis te occidisse hominem ad tuam defensionem,possum stare tuæ confessioni in quantum dicis te occidisse hominem, sed non cogor stare in quantum

dicis

dicis ad tuam defensionem, quia ius præsumit contra
160 te, & ex tali confessione pœna ordinaria poteris puniri: sequitur id etiam Bald. in l. vnica nu. 42. C. de confes. & in cap. dudum num. 35. de elec. & in cap. cùm venissent. de instit. Lanfran. in ca. quoniam contra falsam, in uerb. confessionis. num. 19. cum sequen. de probat. Hypol. in l. j. num. 30. ff. de quæst. & in pract. § postquã. num. 23. Angel. & Alex. in l. 1. §. si quis simpliciter. nu. 7. ff. de uerb. oblig. & in l. decem ff. eod. Alex. cons. 80. in causa & lite. volum. 7. Felin. in cap. cum uenerabilis. nu. 12. de excep. in cap. cum dilecti. num. 18. de accusa. Thom. Gram. voto. 2. in causa Cosmi, ubi optimè. Ias.
161 in l. ut uim. num. 13. ff. de iust. & iur. dicens quòd hoc
✲ dictum Bartol. est communiter approbatum, & Nicol. Boer. decis. 164. incip. uidetur quòd non: num. 10. di-
162 cens opinionem Bart. seruari in practica. Sed contra eum tenet expresse Salyc. in l. vni. C. de confes. in 4. opposit. Alex. cons. 1. num. 40. uolum. 1. Hyppol. consil.
163 36. incip. Consului proximis dieb. nu. 30. dicens esse communem. dd. opinionem contra Barto. Et idem Bart. sibi contrarius contrariam tenuit sententiam in l. eum qui, de iur. iuran. & Bal. sibi contrarius in. §. item uassallus. cap. 1. de contr. inuest. in vsib. feud. & in l. non codicillos. num. 2. C. de codicil. dicens ꝙ si quis confi-
164 tetur homicidium fecisse ad suam defensionem, potius uidetur negare, quàm homicidium confiteri, quia
165 remouet culpam ab actu, & in l. siquidem. num. 4. C. except. dans cautelam, quòd quis non confiteatur delictum, neque ad suam defensionem fecisse dicat, quia poterit condemnari, & in l. 1. in prin. C. de ædil. action. Alex. etiam sibi contrarius fuit in d. cons. 1. nu. 40.
166 Ex tanta igitur. dd. diuersitate & discrimine, se-

quentes analyticæ,& veræ conclusiones eliciuntur. Primà sit conclusio. Quòd si de delicto constat perlegitimas & veras probationes,& reus confitetur illud fa-
167 ctum ad suam defensionem,etsi de hoc aliter non cõstat,quàm per eius verbum, nihil omnino reo prodest illa confessio cum illa qualitate,& hoc casu procedit dictum Bart.in d.§.idem quæsijt.& sequacium.
168 Secunda conclusio, si delictum non est plenè probatum & reus primò confitetur delictum, deinde in alio capitulo,vel diuerso loco, vel tempore addit se fecisse illud ad suam defensionem, poterit tunc propter
169 illam confessionem pœna ordinaria puniri, Bart.in l. diuus.ff.de re iud.cap.præterea.2.de transf.Bald. in d.l. vnica.C.de confes.num.43.& in d.l.decem. ff. de verb. oblig.Dec.in d.cap.venerabilis.num.20.in fine. Ias. in l.vt vim.ff.de iust.& iur.Rom.consi.167. Antonius accusatus.in prin.Lud.Carr.in pract.crim. fol.184.colu. 1.cum sequen.Lanfran.in d.uersi.confessiones,nu.19.
170 Id autem intelligendum est, nisi ad sui defensionem reus id fecisse probauerit. Nam in quacunque processus parte,siue negato,siue concesso à principio delicto,
171 reus probare poterit illud fecisse ad sui defensionem Bart.in l.nemo ex his.ff.de reg.iur. Boerius decis.164. incip.uidetur quòd non.nu.15.ubi optimè distinguit. Aegid.Bos.in prac.tit.de defens.reor.num.4. Iul.Clar. in pract.§.homicidium.vers.sed hic occurrit. Decius
172 autem hanc fatetur esse communem opinionem in
* cap.Pastoralis num.15.de excep.Ista verò secunda con-
173 clusio mihi profectò est dubia,propter tex.sing.in c. cum dilecti.de accus.
174 Tertia conclusio, quando delictum per solam confessionem partis tantùm constat, & illa confessio non est

est simplex & pura, sed cum illa qualitate & limitatione in eadem oratione & vnico uerborum contextu, uidelicet hominem occidisse ad sui defensionem, etiam nõ probata defensione pœna ordinaria non est puniẽdus: dictum est sing. Abbatis in c. auditis. nu. 32. de præscri. quod reputat mirabile ibi Felin. num. 16. & 30. & in d. cap. cum venerabilis. num. 15. & in cap. cum dilecti. nu. 18. de accusat. & in cap. afferte. de præsumptio. in fine. & in capitu. significasti. in secundo, de homicid. Iason
175 in d. l. ut uim. num. 13. dicens, quòd illa decisio Abb. in actu practico fecit sibi magnum honorem, & in l. 1. num. 23. C. de fur. Hyppol. in pract. crimi. §. postquam. nu. 24. affirmans, per illud dictum euasisse quempiam
176 à pœna mortis, & in l. repeti. num. 30. ff. de quæst. & cons. 129. num. 2. & in sing. 185. incip. confessio inquisiti. Rom. sing. 28. accusatus de homicidio. Lanfran. in cap. quoniam contra falsam, in uerb. confessiones. nu. 12. de proba. Ber. de Luco. reg. 122. incip. confessio facta. Thom. Gram. voto. 2. incip. in causa Cosmi. num. 2. & 3. & Decius vbi supra. nu. 13. Ferrar. Cautel. 5. Latissimè Lud. Carrer. in pract. crim. §. circa sextum. fol. 184. cum sequen. & fol. 181. num. 73. optimè Nico. Boer. in d. decis. 164. & Ant. Gom. 3. lib. Resol. cap. 3. de homici. num. 26. Ratio autem concludens & satis iuridica est,
177 quòd ex sola confessione qualificata nũquam potest quis capitaliter condemnari, ex eo quod in criminibus probationes luce meridiana clariores requirũtur. l. fi. C. de proba. l. qui sententiam. C. de pœn. cap. literas, de præsump. Et contra confitentẽ non sunt probationes,
178 sed tantùm sua confessio, non simplex sed qualificata, & conditionalis, per quam effectualiter potius uidetur intentionem aduersarij negare, quàm cõfiteri. Sed

179 contra prædictam Abb. doctrinam tenet Socinus in
l.j.num.15.ff.cert.petat.& in l.non vtique. ff.de excep.
Decius in d.l.ut uim.num.20.qui sibi contrarius,opti-
180 mis iuribus & rationibus Abbatem defendit in d. ca.
cum venerabilis.nu.19.de excep. Is uerò qui ad suam
defensionem confitetur fecisse homicidium, in casu in
quo loquitur Abb. ad torturam ponendus est ad ueri-
181 tatem eruendam,ut absolutè confiteatur, & non ad
suam defensionem:ita Bald. in d.l.unica. C. de confes.
num.45.& in l.fin.ubi Paul.Castren.C.de proba. Lan-
fran.in d.cap quoniam contra verb. confessiones. nu.
182 13.Nicol. Boer.d.decis.164.nu.15. Alci. in l.j.§.si quis
simpliciter,colum.6.ff.de uerb.oblig.Thom. Gram.du
183 bitat de hoc dicto in d.uoto.2.nu.12. sed Boer. in d.
nu.15.in fine affirmat esse uerissimum & clarum,quod
mihi etiam uisum est.
184 Pari ratione,idem dicendũ est in crimine hæresis,
quod in conclusionibus proximè relatis.Quòd si hære
sis crimen est plenè probatum, & reus confitetur uer-
185 ba hæretica dixisse,& intentionem,& prauam credu-
litatem negat,tanquam negatiuus, & in parte substan-
tiali diminutus,est relaxãdus, cum intentio & creduli-
tas,sit substantia & medulla morborum,ut superius re-
ferendo nonnulla iura sępe dictum est.Ita hanc conclu
186 sionem tenuit Iac.Septi.in inst.Cath.cap. 24.nu. 22.
quamuis ipse oppositum videtur tenere sibi cõtrarius,
187 in d.lib. instit.c.26.nu. 7. Prima uerò opinio in iudi-
cando semper mihi placuit,quæ iuuatur ex eo,ꝙ quan-
do spontè confitetur delictum reus,negat tamen quali
tatem delictum ipsum alterantem,tunc si est plenè con
uictus,æquè punitur ac si omnino negasset. Bart in di-
put.8.incip.Per Italiam communiter sunt statuta, idẽ
in l.

in l.eum qui.ff.de iur.iuran.& in l.proinde.§.notandũ. ff.ad l.Aquil.Bal.in l.ea quæ num.7.C. de condict. indeb.& in l.contra negantem,in prin.C.ad l.aquil. Feli. in c.de hoc.num.5.de simon.Tiraquel. de pæn. tẽper. cau.30.num.17.Quia negans substantialem qualitatẽ perinde habetur ac si totum factum negasset, præser-
188 tim quando plenè de delicto constat, nam talis con fessio cum illa qualitate est inanis, & impertinens, &
189 non tollit legitimas probationes,sed potius eas corroborat.Sed si non constat per legitimas probationes de crimine hæresis, reus torquendus est ad declaran-
190 dam credulitatem,animum, & intentionem, quam ipse negat,& factũ,uel uerba quę dixisse confitetur,ita inquit Albert.de agnos.asser.q. fin.allegando. l. pœn.
191 ff.de cond.ob caus.& Car.in Clem.fina. de vsur. Sed ipse Alber.sibi contrarius opinionem tenuit contrariam in rub.de hæret.lib.6.q.2.num.61.de qua re inferius à nobis pro parte affirmatiua plenius erit differendum.

192 Insuper conclusioni nostræ principali, quod nõ est iudicandus neq; puniẽdus,vt hæreticus,qui verba hæretica confitetur, & intentionem negat, suffragatur tex.sing.in l.quod adhibitus,ibi, in quam credo te magis errore,quàm malicitia incidisse.C.de ijs qui sibi ascrib.in test.Quia in casu dubio potius error,vel ignorantia, quàm dolus præsumendus est.quem tex. dicit esse notabilem Bal.in l.1.in fine.ff.de legi. & in l. obser
193 uare.§.proficisci.q.39.ff.de offi.procõ.& legat. Bar. in l.quoties.§.1.ff.de hæred.instit.& in l.si librarius. ff. de reg.iur.Ias.in l.si per errorem.nu.10. ff.de iur. om. iud.Alex.cons.65.habita super contentis.nu.11.vol.1. & cons.27.in causa & lite,in prin.vol.2. Decius consil.

175.in causa falsitatis.num.5. Hippol. in rub.ff.de fals. num.7.& in l.qui ignorans. nu.9. ff. eo.Thom.Gram. decis.60. in causa excellentis. nu. 6. Atque ego non-
194 nulla in hoc retuli in meis singularib.in crimine hæresis,singu.56.
195 Ideo qui dolum,& malum animum allegat, tenetur illum probare,eiq; incumbit onus probandi.d. l. quoties.§.qui dolum.l.dolus.ff.mand.l·dolum.C. de dolo. c.fin.de renun.lib.6.glo in c.sedes.alia in c. super litteris.de rescrip.c.accedens:vbi Abb. de crim. fals. magistraliter in hoc distinguit.idem Abb.in c. cum quidam num.3.de iur.iuran.post Bal.in l. nemo clericus. C.de summ.Trini.& Fid.Cath.& Alex.cons.31.inci. habita
196 pro viribus.uol.7.Regulam in hoc & octo fallentias scripserunt Felin.& Deci.in c.si autē.col. 1. & 2. de rescrip.& 23.fallentiæ reperiuntur scriptę per Lucam de
197 Penna in l. quemadmodum. C. de agricol.& censit. lib. 11.per Alciatum de præsump.regu. 3.præsump.2. num.8.Non enim præsumēdum est delictum,sed sem
198 per præsumptio fit in meliorem partem.l.merito. ff. pro socio.l.Arrianus.ff.de act.& oblig.l. semper in obscuris.ff.de reg.iur.c.dudum.de præsump. c. estote. de reg.iur.in antiq.Bal.in l.1.num.7.& 14.C.de seruis fugit.vbi latè Iaso.& Deci.in l.si emancipati.col.4. C. de collat.& cons.175.in causa falsitatis.num.5.& cōs.234. in effectu quæritur,in prin.Alex.cons.128.quoniā abū de, in prin.vol.4.Hyppol.latè in l.1.num.68. C.ad leg. Cor.de sicar. & in rubr. ff. de fideiuss.nu.47.cum seq. latius in sing. 218. incip.regulam habes,plenius Alci. de præsump.reg.3.præsump.prima.Alber. de agnosc. asser.q.25.num.17.cum sequen.
199 Ob id autem,quando aliquis actus est dubius, qui

potest

poteſt ad delictum, & non delictum referri, illa via capienda eſt, ut excludatur delictum. l. ſi quis intentione ff. de iudi. Inno. in c. dudum, de elect. Bart. in l. non ſolũ §. ſed vt probari. ff. de no. oper. nun. Bal. in l. 1. nu. 23. C. de ſer. fug. & in l. 1. in fine. C. de uerb. ſig. Alex. cõſ. 15. viſo proceſſu. nu. 7. vol. 3. Roma. conſ. 353. Quoad primum, in fin. Decius in d. conſ. 175. nu. 5. Alcia. de præſump. reg. 3. prę́ſ. 35. num. 10.

200 Id etiam meritò dicendum eſt in uerbis dubijs in delictis, quæ ſanè in mitiorem partem ſunt capienda, ne ſequatur delictum. Bart. in d. §. ſed vt probari. Iaſ. in l. diuortio. num. 15. ff. ſolut. matr. & in l. captatorias. nume. 12. C. de teſt. milit. Hippol. in l. 1. nu. 68. & 74. C. de ſicar. & in rub. ff. de fideiuſſor. num. 55. & 59. & conſi. 2. oppoſita animaduerſione. num. 2. & conſ. 104. circa Inquiſitionem. num. 28. Alcia. de præſump. reg. 3. præſump. 1. in prin. Thom. Gram. uoto. 10. Cœleſtis curię num. 31. Lud. Carr. in pract. crimin. §. circa ſecundum num. 33. fol. 143.

201 Quod ſimili modo in ſpecie & indiuiduo in crimine hæreſis affirmat eſſe verum Alber. de agno. aſſer. q. 29. num. 19. & q. 8. num. 11. & latius ac melius. q. 34. num. 48. cum ſequen. & in rub. de hæret. lib. 6. q. 13. num. 19. dicens, quòd ſi uerba alicuius propoſitionis duplicem

202 habent ſenſum, catholicum uidelicet & hæreticum, potius in ſenſum catholicum, quàm hæreticum, ſunt intelligenda, fauore rei, ne pręſumatur delictum, & ita verba dubia ſunt interpretanda. l. hodie. l. præſes. l. interpretatione legum. ff. de pœnis. ſing. caſus in c. cũ

203 dilecti, de accuſat. Nam quod multipliciter intelligitur, vt inquit Boetius, eius veritas ignoratur. Refert Baldus. in l. ſcire leges. num. 3. ff. de legib. & in l. teſtiũ.

 num.

num.10.C.de testib.Bar.in l.in ambiguo. ff.de reb.du. dicens legem,uel canonẽ, plures, & varios intellectus habentes,non posse allegari ad decis causarum.Baldus in l.2.C.quan.prouoc.non est necess & in l. captatorias.ubi Iason nu.12.C.de test.milit.& idem etiam Ias. in l.admonendi.in lectura.num.68.ff.de iur.iuran. Decius in l.quoties idem sermo.ff.de reg.iur.

205 Quod intelligendum & limitandum esse censeo,nisi sit aliqua sinistra suspicio,uel præsumptio contra proferentem verba dubia uel ambigua, quo casu non in meliorem,sed in deteriorem partem sunt intelligẽda. Veluti si iste talis esset de genere Iudæorum,uel Maurorum,uel ex aliqua regione, prouincia, uel regno hęresibus infecto:ut ex Anglia,Vngaria, Germania, uel Gallia.l.aut facta.§.persona.ff.de pœn.l. quod si nolit. §.qui mancipia.ff.de ædil.edict.ibi,seruos bonos esse, quia nationis non infamatæ, quosdam malos videri;

206 q.à ea natione sunt,quæ magis infamis est.l.1.C. vbi pupil.educ.deb.ibi,inspecta personarum qualitate.l.vi duæ.C.de nup.ibi,si huius rei suspicio præcesserit. Ex qualitate enim personę,pręsumitur dolus & malus animus,auth.quibuscunque.C. de Sacrosanct. Eccl.gloss. Bar.Bal.& Paul.in l.inciuile.C.de furtis.Idem Bal. in l. fin.ff.de hæred.insti.optimè Albe.in l.dolũ.C.de dolo. Decius in c. sinautem. num.3.de rescrip. Hyppol.in l. qui falsam monetam,num. 115.ff.de fals.& consil.52. incip.misericordia.nume.30.& 40.& cons.82. Munda cor meum,in fine.& sing.392.incip. aduertas. Thom. Gram.consi.47.incip.in causa honorabilium. nu. 19. Alcia.de præsum.reg.3.præsump.29. in princi. Alber. de agnos.asser.q.25.num. 14. in fine. & optimè.q.32. num.19.allegando.d.§. qui mancipia.l. quòd si nolit.

ff.de

ff.de ædil.edic.iuxta vulgatum prouerbium, qualis eſt vir, talis præſumitur eius oratio uel locutio. Quod vti-
207 que verum eſt, præſertim hac noſtra miſerrima tempeſtate in hæreticis, & Lutheranis, qui verba obſcura & ambigua paſſim ad decipiendos, & inquinandos Catholicorum animos proferre ſolent. Ideò non erit iu-
208 dicium temerarium, ſed iuri conſonum, uerba dubia ab homine Gallo, Anglico, vel Germanico prolata in deteriorem partem interpretari. per. d. §. qui manpia. & c. 1. ubi glo. 2. de Cle. non reſid. & ca. 2. 14. diſt. Abb. in c. eſtote. numero 5. de regul. iu. cum alijs ſupra relatis.
209 Poſtremò, animus, intentio, bona uel falſa credulitas per teſtes probari non poteſt. Nam intentio eſt,
210 quædam res intrinſeca inuiſibilis latens in corde & in intellectu, quæ aliquo ſenſu corporeo non percipitur, & quæ ſoli Deo cognita eſt. Quonam verò pacto
211 de ijs quæ homo non videt, nec audit, nec ſentit, neque aliqua eſt certitudo, teſtimonium ferre poteſt? ut l. qui teſtamento. §. fin. ff. de teſtam. ibi, uel ſenſu percipiat. l. 1. ff. de his quæ in teſt. delen. ibi, oculis perſpici, & c. Deus quando. 24. q. 3. ibi, neque enim propoſitũ mentemq. alterius alius uidere poteſt, aut cognoſcere. Innoc. etiam in c. ſuper hoc. nu. 2. de renun. idẽ affirmat. Quem magiſtraliter declarat Bal. in diuino conſil. ſchiſmatis, poſito in rub. C. ſiquis aliq. teſt. prohib. nu. 22. & in l. de quibus. ff. de legib. & in l. 3. C. eo. optimè in rub. C. ſi ex falſ. inſtrumen. hoc dictum Inno. ſequitur idem Bal. in l. ſi quis in hoc genus. nume. 4. C. de Epiſ. & cler. Iaſ. in l. interpoſitas. nu. 5. C. de tranſ. & in l. ſed etſi quis. §. quæſitum, nu. 11. ff. ſiquis caut. Cæpol. caut. 144. incip. Tempore meo. Deci. in l. in omnibus

cauſis

causis,nu.8.ff.de reg.iur.Thom.Gram.decis.103.incip. Illustris Marchionissa.nu.60. Albert.de agnos. asser. q.
212 25.nume. 15. Si enim nemo alienam conscientiam, & intentionem nouit; cuilibet ergo credendum,& fides adhibenda est de intẽtione, & credulitate propria: qua scilicet intentione, & credulitate verba hæretica
213 protulisset, per notissimam iuris regulam, quæ dicit, ꝙ ea quæ in mente & intellectu consistunt, proprio iuramento probantur, cùm aliud probationis genus inueniri nequeat.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re mili. ibi,affirmationi eius credatur. l. si tutor petitus. C.de peric.tuto.cap.quapropter. §.illud autem.de elect.ibi, fidem faciat iuramento.cap.præsentium,de testib.cap. Pastoralis,de excep.cap.si verò. 2. de senten.excomm. cap.fin.qui matr.accus.pos.ibi, nisi proprio firmauerit iuramento,quòd ad hoc ex malitia non procedat. cap. nulli licere.de elect.lib.6.ibi,fidem faciat proprio iuramento.cap.proposuisti 82.distin.glo. in verb.si est ista, in cap.significasti.j.de homic.glos. in verb. ignorantia, in cap.innotuit.de elect. glos. in verb. non probatur.in d.cap.proposuisti.gl.in uerb.doceat, in l.si cui crimen. §.ijsdem criminibus.ff.de accus.gl. magna in §. sed istæ quidem.instit.de action.cùm alijs traditis per Hyppol. in rub.C.de probat.num. 122. cum sequen. & in l. qui ignorans.num.20.ff.de fals.Ias.in d §. sed istæ quidem. num.89. Abb.in cap. 2.num.9.de consti. ubi eius additio. & Felin. duodecim fallentias referunt. Alciat. de præsumpt.reg.3.præsumpt.16. Couarru. lib.2. resolu. cap. 10.

214 Ob id tamen quando testimonium de conscientia alicuius requiritur,cuiq; de se ipso creditur.l.Theopõpus.ff.de dote præleg.l.fin. C. ad l.Iul.repetun. cap.fin.

de

de uoto.ibi,conſcientiæ ueſtræ duximus relinquendũ. cap.mulieri,de iureiuran.cap.in noſtra. de procur.Bal. in d.conſil.ſchiſm.num.21.allegando.cap. ſtatutum.§. aſſeſſorem,de reſcrip. lib.6.Archid.in ca. in primis.2. q.1.Dec.conſ.160.incip.in cauſa Monaſterij.

215 Cùm enim conſcientia ſit dictamen rationis, cognitioq́; ſui proprij cordis, vt egregiè inquit Bald.in d.conſi.ſchiſm.num.4.& in l. ſi quis filio exhæredato. §.irritum.ff.de iniuſto rup.irritoq́; fac.teſtamen. quia
216 conſcientia eſt quid intrinſecus latens in mente. Idẽ Bald.in l.fin.§.ſed & ſi quis.num.26.C.commu.de le-
217 gat.dicens: quòd conſcientia eſt lex intellectus noſtri,& in l.2.notab.2.C.de fideicommiſ.dicit;conſcien
218 tia eſt Angelus humanæ vitæ præſidens. Et in auth. ad hæc.num.6.C.de vſur.inquit, quòd conſcientia eſt
219 ſenſus animi cognoſcentis bonum & malum. Et in l.vnica.numer.6.C.de confeſſ.dicit, quòd conſcientia
220 eſt forus boni,& æqui coniunctim, tribunal veritatis & non fictionis. Et in cap.bonæ.1.num.13.de poſt. prælat.ait quòd conſcientia eſt conſonantia volunta-
221 tis & intellectus:& in cap.innotuit.num.2. de elect. aſſerit quòd conſcientia eſt ſcientia in mente recluſa, quam Deus aſſociauit animę, vt eam reprehẽderet de
222 erroribus,& etiam dicit, quòd conſcientia eſt de apibus animæ. Et in c. ſi pro debilitate. num.6.de offi. deleg.ait quòd conſcientia eſt paſſio animi ſuggerens
223 bona malaq́; diſſuadẽs.Et in c.ſi Sacerdos.de of.ord. no.1.dicit,ꝙ conſcientia,eſt cordis ſciẽtia,:& eſſe debet ſicut ſpeculum ſine macula: & nu.3.ibi inquit,& quòd
224 vnus & idem homo poteſt habere tres conſcientias,
225 vnam videlicet ut Deus,quando eſt confeſſor, aliam quando rem ipſam vidit proprijs oculis,tertiã ex actis,

& pro-

& probationibus coram se quando est iudex. Et in
226 rub.de pactis.in decretalibus.num. 17.ait,quòd conscientia est passio animæ rationabilis super omnem irrationabilem concupiscentiam habens prędominium, & veritatem.& in cap.mulieri.de iur.iuran. dicit,quòd conscientia dicitur, quasi quædam conscientia animæ ad eum,ex cõcordia spiritus & voluntatis,& quod om
227 nis conscientia est intra nos,& non quærit alteri suffragium. Et in cap.vigilanti.num.5.de præscri.inquit, quòd conscientia est cordis scientia,quæ habet testem intrinsecum,sibi coharentem,atque etiam iudicem,&
228 subiacet foro cæli.& in cap. constitutis. 2. not. 1. de appellat.dicit,quòd cõscientia est habitus perfectionis
229 in mente syncera,vel quòd conscientia est motus pũgens,existens in mente humana, vel passio mentis quæ
230 semper est in actu.Et Diuus Paul.ad Rom.c.2.inquit est in gentibus conscientia factum accusans vel defendens. Nonnullas tamen conscientiæ diffinitiones superius relatas congessit Ias.in §.sed istæ quidem. num. 101.cum sequen.Inst. de action.

231 Ex quibus liquidò constat, animum,intentionem bonam,vel malam credulitatem,in proprio sensu,conscientia,corde & intellectu existere. Quæ sanè peruersa credulitas errorq; in intellectu,& non hæreticum factum,vel verbum, quempiam hæreticum constituunt,
232 taliter quòd per solum errorem in intellectu causatum contrahitur crimen hæresis, etiam si per opus exterius,vel loquelam, uel per scripturam, uel aliàs non fuerit processum ad actum. cap. excommunicamus. 1. §.credentes.de hæret.cap.quicunque.eod.tit.6. glo. in verb.eo ipso,in clem.1.de hæret.glos.in cap.cogitationis,de pœnit.distin.1.

Vnde

133 Vnde inquit Bal.in l.ſiquis non dicam rapere.in fi. C. de Epiſ. & Cler. hiſce verbis: in delictis puniendis iure fori inſpicimus qđ actum eſt,nam ex delicto mentali nullus patitur,& nemo offenditur, meritò non pu-
234 nitur. Iſtud tamen fallit in hæreſi,quia ibi deliberatio mentis ſufficit ad perpetrationem delicti, ex eo ꝙ delictum non requirit aliquid ab exra,ſed perficitur ſo
235 la mentis cogitatione. Vnde Inquiſitor hæreticæ prauitatis benè punit hæreticum in mente, licet in eo non appareant ſigna de hæreſi. Hoc autem poteſt liquere Inquiſitori per cōfeſſionem hęretici, quia aliter non poteſt probari cogitatio mētis, quam ſolus Deus
236 ſcrutatur. Idem Bald.ibidem.num.9. ſcripſit, quòd quidam cogitant, & non perſeuerant in cogitatione,
137 & iſti non puniuntur,neque à Deo, neque ab homine.quidam autem perſeuerant in moroſa cogitatione, & in deliberatione mentis,& iſti puniuntur in foro pęnitētiali,non in foro iudiciali; Quòd profectò fallit in
238 crimine hæreſis,quia illud delictum committitur intra ſeipſum in mente, neq; opus eſt actu exteriori,verba ſunt Bal.in loco modo citato. Idem tenuit Card.in clemen.vnica.§.ſanè.num.ſecundo,de vſur. & in clem. 1.§.verum.num.7.de hæret.vbi gloſ.ad hoc allegando. 20.Iura.hanc etiam ſequitur opinionem Anan.in cap. ſiquis Epiſcopus.in fi.de hæret. & in cap. conſuluit.de vſur.Ludo.Carrer.in pract.crim.fol.75. nume.4.& fol. 237.num.11.& in tract.de hæret.in princ.num.6.& in §. uerſa autem vice.num.4.Ioan. Nicol. de hæret.not. 9.incip.notiſſima.Felin.in cap. 1. num. 7.de præſump. Fran.in cap.1.in fine.de ſumm.Trin.& fid.Catho.in 6. dicens, quòd non debet imponi tanta pœnitentia pro
239 delicto cogitato & occulto, quàm pro alio delicto publico.

publico. Prædictam doct. sequitur Hyppol. in l. qui falsam. num. 13. ff. de fals. Albert. de agnos. asser. q. 8. num. 10. & q. 22. num. 28. & q. 25. num. 5. & q. 33. num. 38.

240 Oritur tamen ex hac controuersia magnum discrimen & differentia inter iuris canonici & Sacræ Theol. professores. Theologi communiter tenent hæreticos omnino occultos, non esse excommunicat . vt sentit S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 4. clarius id affirmat Caietanus. 2. 2. q. 11. arti. 3. in S. Thom. Et eam etiam testatur esse communem Palud. in 4. sen. distin. 13. & Archiepisco. Flo. 3. par. summ. tit. 24. cap. 4. Angel. de Clauas. in sum. in uerb. hæreticus. nu. 2. Syluest. in sum. in uerb. excommunicatio. 7. num. 3. & 4. Armilla Aurea. verb. hæresis in princ. & num. 19. Al. Castr. de leg. pœn. lib. 2. cap. fin. & de iusta hæret. pun. lib. 2. cap. 18. Etiam affirmat esse communem Iac. Almain. in 4. sen. distin. 17. art. 1. & Iac. Sep. in inst. Cath. cap. 42. num. 3. Et eorum ratio ea
241 potissimum est, quòd Ecclesia non iudicat de occultis, sed de manifestis. cap. sicut tuis. in fin. cap. tua nos. de simon. ibi, nobis datum est de manifestis tãtummodo iudicare. cap. à nobis. 2. de sent. excommu. cap. erubescant. 32. distin. quia cogitationis pœnam nemo me
242 retur. l. cogitationis. ff. de pœn. cap. cogitationis. de pœnit. distin. 1. Occulta enim & incognita illi sunt re-
243 seruata qui solus nouit corda fidelium hominum. c. si quando. 15. q. 6. cap. consuluisti. 2. q. 5. Quòd etiam alia iuuatur ratione, ex eo quod non scandalizatur Eccle-
244 sia, ex voluntate quæ non procedit ad actum exteriorem. cap. Deus quando. 24. q. 3. c. Archidiaconus. 85. distin.

245 Hinc est, quod inquit glos. in verb. tuo nomine. in cap. cum quis. de sen. excomm. lib. 6. Quòd habens ratam

tam

tam percussionem Clerici in corde tãtum, non incidit in excõmunicationem quoad Ecclesiam, etiam si eius amicus, uel seruus Clericum percusisset. Hosti. in cap. mulieres. de sen. excomm. sequitur opinionem gl. Syluest. in d. verb. excommunicatio. 7. nu. 4. in fi. & Alber. de agnos. asser. q. 33. nu. 7.

246 Oppositam uerò assertionem, quòd hæreticus omnino occultus sit excommunicatus, tenuit glos. sing. in verb. eo ipso, in clem. 1. §. verum. de hæret. quam sequitur ibi Card. Anchar. Io. de Imol. & Bon. de Vital. & eã affirmat esse singularem Abb. in proœm. decret. nu. 6. & in cap. extirpandæ. §. quia verò. num. 21. de præben. & Felin. in c. fi. de hæret. & in c. si verò. 1. de sen. excom. Mar. Azpil. Nauarr. de pœnit. distin. 5. pag. 7. num. 22. & Hyppol. in l. qui falsam. nume. 13. ff. de falsis. gloss. in summ. 24. q. 1. glos. in cap. cogitationis, de pœnit. dist. 1. Idem Card. in clem. vnica. §. verum. num. 7. de vsur. Abb. & Ioan. de Anan. & Fel. in cap. fin. de hæret. Idem Felin. in cap. 1. nu. 7. de præsump. hãc fatentur esse communem opinionem refutando opinionem Caieta. & aliorum Theologorum: & Alber. de agnos. asser. q. 33.
247 nu. 27. & 29. & 32. & Adrian. qui in vtroq; iure fuit peritus in quodlibeto. 9. litera. g. idẽ affirmãt. Pro qua opinione est casus in c. nouerint. de sen. excom. & in c. excõmunicamus. 1. de hære. & in d. clem. j. §. verum, ibi, excommunicationis sententiam eo ipso hæretici incur
248 rant. In pœnis autem quæ ipso iure contrahuntur, hominis ministerio opus non est. Ioan. And. in cap. 1. in fine. de homi. lib. 6. & in cap. commissa. de elec. eod. lib. Plenius Tiraque. in l. si vnquam. in verb. reuertatur.
249 num. 240. C. de reuoc. don. Nam quemadmodum sola voluntate quis incidit in hæresim, vt superius abun-

dè

dè dictum est: ita eadem ratione eo ipso quòd sola voluntate credit erroribus hæreticis, incidit in excommunicationem, præsertim quia excommunicatio secum paratam trahit executionem, & hæresi cohæret, sicut lepra leproso, & homini vmbra.cap.pastoralis.de appell. & d.clem.1.in fin.de hæret. ibi, eo ipso excommunicationis sententiam.& l.alienatio.ff.de cont. emp.cap.ex
250 literi.s de pignor. Quia qualitas illa excommunicationis non potest à suo subiecto separari, arg.l.4.§.fin. de act.emp.& ven.ff.l.fin.ff.de colla.bono. Graue enim absurdum (si communis Theologorum sententia esset vera) sequeretur, nam si quispiam in mente & intellectu hæresim contraxerit, credēdo Deum non fuisse incarnatum, vel Sanctam Mariam non fuisse virginem, & non processit ad actum exteriorē, sibi, vel alteri aliquid proferendo, sed solùm in corde errorem, & hæresim prædictam conceptam retinuit; postea verò meliori consilio ductus resipiuit & pœnituit, accedensq; ad Inquisitores hæreticæ prauitatis (ut pluries vidi) confitetur prædictos errores habuisse, & credidisse, petens ab eis absolutionem atque pœnitentiam salutarem concedi, nonne iste fuit hæreticus? quamuis omnino & totaliter occultus & mentalis: & per consequens excommunicatus, & est absoluendus:

251 Neq; prædictis obstant Theologorum fundamēta quibus respondere facillimum esse arbitror, videlicet, quòd Ecclesia non iudicat de occultis. Quod fundamentum procedit, quādo agitur de iudicio fori, quod ex actore, reo, iudice & testibus constat, c.forus.de ver. sign.l.inter litigatores.ff.de iud. quod declarant Abb.
252 & alij in rub.de iud. Sed crimen hæresis omnino occultum nō requirit aliquid ab extra, quia est delictum

menta-

mentale, & sola mentis cogitatione perficitur, ergo
Ecclesia bene potest sine iudicio fori iudicare de illo,
& pari ratione de excommunicatione quæ hæresi cohæret. Theologorum verò argumentum huiusmodi
libet mihi in eum, in hunc modum retorquere. Si Ec-
253 clesia de occultis iudicare non potuisset; neque interiores actus animi prohibere; ergo neque hæreticum occultum, uel mentalem constituere. Sed de hac
re tam occulta, & mentali iudicat, & hæreticum occul-
254 tum & mentalem constituit, cur ergo de excommunicationis uinculo, quod hæresi cohæret non iudica-
255 bit? Nam cùm quid conceditur, & id quod ex eo
sequi solet. l. quotiens. C. de iudic. l. 2. ff. de iur. om. iud.
c. præterea. de offic. delegat.

256 Præterea nec obstat debile contrariæ partis fundamentum, quòd per solam uoluntatem, quæ nō processit ad actum exteriorem non scandalizatur Ecclesia, ut in iuribus superius citatis. Quia dicta uoluntas
licet non sit in actu, est tamen in potentia scandalizan-
257 di. Et quamuis ea quæ sunt in potentia de actu non
disponant. l. 1. C. an ser. ex suo fact. l. quod ab alio. ff. de
258 condictione furt. idem tamen operatur potentia in
habitu, quod operatur potentia in actu. l. pen. ubi Bar.
ff. de milit. testam. Ias. in l. diuortio. §. interdum. ff. solut. matrim. Decius in c. pastoralis. §. quoniam. 2. not.
de rescrip. Hyppol. sing. 325. cum alijs relatis per Al-
259 bert. in d. q. 33. nu. 38. hæresis enim res est contagiosa. c. resecandæ. 24. q. 3. c. inter solicitudines. de purg.
260 canon. c. etsi Iudæos. de Iudæis. Et sicut cancer serpit,
ut inquit Paul. Apost.

261 Et operationes animæ sunt uelociores quàm quæuis corporales actiones. c. fin. 24. q. 3. cap. sed illud. 45.

262 dist.c.ea quæ.de stat.Monach.unde in talibus poten tia quæ est in habitu operatur idem quod ea quæ est in actu,ut ex superioribus patet. Et dato,ac non concesso quòd hæc causa & ratio in pręmissis cessasset,nō ob id aliæ plures causæ & rationes, pro hac opinione
263 superius relatæ cessant. Quia quando plures causæ concurrunt ad vnũ effectum,una cessante,non cessant aliarũ effectus.nisi oẽs causæ simul coniũctim & considerentur.l.1.in prin. ff. si quis à parent. fuer. manumiss.l.si non lex alia.ff.de hæred.instit. glo. in uerb. deductus,in l.liberos.§.1.ff.de cap.dimin.gl.in uerb. credere.in l.si uentri.§.in bonis,ubi optimè Bar. Alberic. & Ang.ff.de priuile.cred.gl.fin. & ibi tex.in §. affinitatis,instit.de nup.gl.in authen.de nup. §. sed & si quis. col.4.cum alijs plurimis, uberrimè congestis per Tiraquel.in tract.de cessante causa limitatione.22.
264 Item huic sententiæ minime obstat dicta regula, cogitationis pœnam nemo patitur; Ea enim non intelligitur habere locum in crimine hæresis, vt inquit glo.in d.c.cogitationis. dicens hoc esse speciale in crimine hæresis, quæ solo interiori mentis actu contrahitur, allegando ad id.d.§.credentes. Neque id mirum est, cùm multa alia specialia in hoc crimine repe-
265 riantur in iure, vt in meo tractatu de singularibus iur. in causa Fidei, in quo vberrimè. 215. singularia alphabetico ordine congessi in detestationem tanti criminis. Quòd Deus omnipotens aperte ostendit
266 in Core & Dathan, & Abiron,quos terra viuos cum vxoribus & liberis, tabernaculis, & vniuersa substantia sua deuorauit,vt habetur.Num.c.16. & Deuteronom.c.11.& c.deniq;. 7.quæstio.1.
267 Hanc igitur ex supradictis verissimam existimo esse con-

conclusionem. Hæreticum, siue sua natura occultum, siue omnino & totaliter occultum, siue per accidens, esse excommunicatum. Relicta prorsus distinctione doctissimi. Iac. Septim. in institut. Catholi. c. 42. inter occultum sua natura & per accidens, qui nu. 9. in hunc modum, instru. Hispalen. in cap. 5. interpretari nititur, vt procedat in occulto per se, & sua natura, qui Inquisitorum absolutione non indiget. Immo dicta instru-
268 ctio expresse est pro nostra assertione contra opinionem Theologorum, cùm in ea sit dispositũ, quòd quando crimen hæresis ita est occultum, quòd nullus illud scit, nec scire potest, sed solus pœnitens; non solemnis, sed secreta abiuratio & reconciliatio ab Inqui-
269 sitoribus fiat. Si ergo iste talis est absoluendus & reconciliandus secreta abiuratione & reconciliatione, sequitur quòd erat excommunicatus: quantumuis omnino & totaliter occultus, & mentalis esset hæreticus, cum prædicta instructio dicat; Si crimen fuerit tale, quod nullus scit, neque scire potest, omnem igitur potentiam sciendi crimen remouet, nisi per solam pœnitentis confessionem. Vnde glo. singularis in verb. postulauit, in ca. venerabilem. de elect.
270 vbi Hostien. & Ioan. de Imo. inquiunt, quòd qui petit absolutionem ab excommunicatione, fatetur se esse excommunicatum & ligatum. id etiam tenet Io. An. in c. cùm dilectus. de ordin. cognit. Bar. in l. decem. nu. 4. ff. de uerb. obligat. Per regulam illius. l. vulgatam. quod priuatio præsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. §. seruus. insti. de cap. dimin. ca. ad dissoluendum, de despons. impub.

271 Quod sanè intelligendum est in hæretico occulto & mentali, qui habuit hæresim in mẽte formatam per

errorem in intellectu,& pertinatiam in volũtate,vt ſę-
272 pe dictum eſt: Et de dubitante in fide, qui habet in
ſe firmitatem animi,& quandam pertinaciam, ſemper
perſeuerans in illa dubitatione. Quæ ſanè dubitatio
tacitam affirmatiuam in ſe continet. Quod aliter eſt
273 in ſimplici dubitatione proueniente ex primis moti-
bus,quibus non aſſiſtit,ſed potius reſiſtit, tenẽdo ſem-
per fidem Catholicam: Iſte talis non dicitur hæreticus
ex ſimplici dubitatione prædicta, ſed potius meretur,
quàm demeretur, cum primi motus, vt inquit philoſ.
274 non ſint in poteſtate hominum.cap. ſed penſandum.
6.diſtin.cap.ſciendum.cap.tentatio.de pœnit. diſtin.2.
275 ita intelligendus eſt tex.in cap.1.de hæret. Quòd du
bius in fide infidelis eſt, vt optimè ibi declarant Ioan.
And.& Abb.num.1.Lud.Carrer.de hæret.§. circa ſecũ
dum. num. 6. Palat. Ru. in allega. hæreſis.§.pœn.Alf.
Guer.in Theſ.relig. Chriſt.titu.de hæret.nu.22.Arch.
Flo.3.par.ſumm.tit.22.cap.5.§. 10. Albert. de agnoſ.
aſſer.q.33.nu.4.& ipſe retuli in ſingulari meo. 56.inci.
errans. in fine.

276 Nobis neceſſarius eſt tranſitus ad alteram noſtræ
principalis controuerſiæ partem,videlicet affirmatiuã.
Quòd qui factum hæreticùm confitetur,& prauam in-
tentionem & credulitatem negat, tanquam negatiuus
relaxandus ſit,etiam ſi de illo delicto non ſit plenè con
uictus. Altius iſtam materiam repetendo dicimus, ꝙ
277 homo ex duabus rebus compoſitus eſt, anima vide-
licet & corpore,quæ etſi diuerſa & ſeparata ſint. l.ſan-
cimus.C.de Epiſco.& cler.cap.cum infirmitas. de pœ-
278 nit.& remiſ.tamen anima ad ſuprema cęleſtia tẽdit;
corpus uerò circa infima hæc & terrena verſatur.Inter
ipſa uerò tanta eſt coniũctio & conglutinatio,& quaſi
neceſ-

279 necessarium quoddam vinculum, vt quẽadmodum
actiuè anima corporis ministerio ad diuinarum rerum
cognitionem eget, vt inquit Aristo.lib.3.de anim.cap.
280 8.oportet intelligentem phantasmata speculari,& ni
hil est in intellectu quin prius fuerit in sensu.l.alioquin.
ff.de contrahen.emp.l.discretis. C.qui test.facere poss.
281 Vnde Diuus Paulus ad Romanos.c.j.inuisibilia Dei
à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta con
282 spiciuntur. &c. Ita è conuerso passiuæ animæ ope-
rationes, vt uoluntas, animus & intellectus, quæ inte-
rius operantur, minimè cognosci possunt, nisi per signa
& actus exteriores perpẽdi valeant, atque per ritus, cæ
remonias & cultus exteriores religionem cultumq; in-
283 teriorem demonstrantes cognoscantur. Nulla itaq;
gens tam barbara ab omni ratione aliena fuit, quæ ad
cognitionẽ suæ gentilitatis, falsæq; religionis, visibilib.
aliquibus signis exterioribusq; cæremonijs non vsa
fuerit. Vt Valer.Maxim.testatur.lib.1.cap.11.& Au-
gust.de Ciuitate Dei lib.10.cap.1. Id etiam ex testamẽ
to veteri,& nouo constat. Exod.cap.18.& Deuter.ca.
4.& 3.lib.reg.cap.2.& in Euange.Marci.cap.14.& Lu-
284 cæ. c.22.& 1.Corint.cap.11. Qualitas enim factorũ
demonstrat intentionem, animum & volũtatem acto-
rum.l.quod ait lex.§.illud, rectissimè. ff. de diuort. ibi,
animum habuisse.casus sing.l.militis codicillis.§. vete-
285 ranus.ff.de milit. testa. per extrinseca facilè intrinse-
ca cognoscuntur,& exteriora indicãt secreta animi in-
teriora.l.si tamen sine culpa.§.ei qui seruum.ff.de ædil.
edict. ibi, multo enim amplius est id facere quàm pro-
nuntiare;& §.Pauonum.instit.de rer.diuis.l.quidam in
286 suo. ff. de condi. instit. Et quod interiora animi per
exteriora demonstrẽtur, iuxta illud, intima per mores

cognoſcimus exteriores,patet in cap.ex ſtudijs,de præ
ſum.cap.eſtote.de reg. iur. in antiq.c.ſiquis Diaconus.
50.diſtin.cap.qui viderit.32.q.5. Plus enim eſt aliquid
factis demonſtrare,quàm verbis enucleare, vt in d.§.ei
qui ſeruum,& in l.reprehendenda.C.de inſtit. & ſubſt.
287 ibi, tu verò voluntatem eius diuortio comprobaſti.
cap.ad audientiam.c.dilecti filij.2.de appellat.ibi, plus
288 eſt ad Sedem Apoſtolicam facto prouocare, quàm
verbo. Et alibi etiam dicitur quòd fortiora ſunt facta
289 ad demonſtrandum animum,quàm verba.l.noſt ram
prouiſionem.C.de teſtam.l.de quibus.in fine.ff.de leg.
290 vbi facta loquuntur minime uerbis opus eſt. l.3.§.fal
ſus.ff.rem rat.haberi.l.fin.§.fin.C.de repud.hæred.Ex
291 factis & geſtis exterioribus animus & voluntas intel
ligitur.l.nutu.ff.de lega.3.cap.vidua.de regular. & talis
292 prꝗſumitur animus, qualia ſunt facta.cap.exiſtimant.
11.q.3.cap.cauete,22.q.5. nam qualis eſt actus talis eſt
293 iudicandus animus, l.ſi non conuitij. C. de iniur. l.ſi
proponis.§.1.ff.de inoffic.teſta.quia rei qualitas agétis
294 intentionem demonſtrat,caſus ſing.in l. non codicil-
lum.C.de teſtam.& ex qualitate diſpoſitionis facile col
ligitur ſpecies intẽtionis.l. cum debitum paternum.C.
295 de iure deliber.l.parentibus.C.de inoffic teſta.Vnde
optimè aſſirmat Ambroſius in ſermone de Abraham,
ut habetur in c.cauete fratres.22.q.5.quòd quis ope-
re loquitur:& Hieronymus,in omnibus, quæ peruerſa
ſunt,factis Deum negari aſſerit,ut in c. exiſtimant qui-
dam.vbi Archidia.poſt glo.ibi. 11.q.3.c. ſit rector.43.
diſtin.& dicit text. in cap. quòd Dei timorem. de ſtat.
296 Monachor. quòd opera quæ facis teſtimonium per-
hibent veritati.cap.eſtote miſericordes.de regul.iur.in
antiq. & ex fructibus eorum cognoſcetis eos, ut in
Euang.

Euang. Matthæi. cap. 8. cap. Apoſtolus. 81. diſt. Et ſicut bona, uel mala arbor ex fructibus cognoſcitur, ita homo an ſit bonus, uel malus, ex eius operibus intelligitur
297 cap. cum in iuuentute. de purgat. canon. cap. clericus. 91. diſt in. ſing. tex. in cle. exiui de Paradiſo. §. cum enim ad ueritatem, de verb. ſignifi. hiſce verbis, cùm enim ad ueritatem uitæ pertineat: ut id quod exterius agitur interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet. &c.

298 Id in ſpecie affirmant Archi. Ioan. And. Domin. & alij in cap. 2. num. 3. & 4. de hæret. lib. 6. Et libet mihi præter morem meum hoc in loco verba formalia Archidiaconi referre, ex eo, quòd omnes ſcribentes ea ſequendo tranſcribunt. Inquit Archid. credentes hæreticorum dicuntur, qui ore proprio dicunt ſe credere erroribus eorum. de pœnit. diſt. 1. cap. poteſt fieri. verſ. quid ergo. & verſ. ſe fatentur. cap. in actione. 24. q. 3. c. cum paruulis. cap. ſi qua mulier. de conſecrat. diſtin. 4. ubi dicitur, quòd vnicuique propria uolūtas in confeſ-
299 ſione monſtranda eſt. c. is autem. 22. q. 2. & tales hæretici iudicantur. cap. excommuni camus. 2. §. fin. de hæret. cap. ſuper quibuſdam. de uerb. ſign. & hoc indubitatum eſt & probatione non eget. Qui uerò adorauerunt & reuerentiam ſuo more exhibuerunt, conſolationem uel communem ab hæreticis acceperunt; uel
300 ſimilia perpetrant quæ ad ritum eorum pertinēt, credentes meritò debent dici: nam factis præſumitur de affectu. 22. q. 5. cap. qui uiderit. l. dolum. C. de dolo. cap.
301 nuper. de bigam. Nam plus eſt facto quàm uerbo aliquid facere. c. dilecti. de appellat. nec refert an quis uoluntatem ſuam uerbis exprimat an factis. l. de quib. ff. de legib. & colligitur & notatur. 20. q. 1. cap. quam

302 progenitores. Et negare & confiteri possumus non solùm verbis sed etiam factis. 11. q. 3. cap. existimant. Quod de factis intelligitur, in quib. error exprimitur, vt in exemplis suprapositis, quæ exempla ad ritum errantium pertinent. Alber. idem affirmat, de agno. asler. q. 8. num. 12. vbi inquit hisce verbis, si verò essemus in facto hæretico, vt puta in transitu, vel reditu ad ritus Iudæorum, tunc sufficeret accusatum conuinci de illo fa-
303 cto, quamuis non constet de credulitate, vel intétione ad hoc vt hæreticus damnetur. ca. contra Christianos. de hæret. lib. 6. Quod secus est in verbis, quia plus est facto, quàm verbis delinquere. l. Paulus. ff. rem rat. haberi. Idem Alber. in d. tractatu. q. 25. nu. 14. dicens, ex hoc solo quòd quis facit ritum Iudæorum: condemnatur vt hæreticus, cùm id videatur intentione iudaizandi fecisse.

304 Iudaizare autem est id facere, quod soli Iudæi facere solent. Ex tali ergo facto, quod non nisi per Iudæos fieri solet, arguitur iudaizandi intentio vel voluntas, Mox ibidem subdit. Siue ergo quis faciat actum, siue committat facere, e a intentione, ut legalia obseruet, dicitur iudaizare. Quòd si de intentione non apparet, in dubio præsumitur ea intentione iudaizandi fecisse, vel commisisse, constito de actu uel commissione per eius confessionem, vel per testes; & præsertim si est persona suspecta, videtur hoc sufficere ad illius condemnatio-
305 nem. Quinimmo siquis confitetur factum hæreticale & negaret intentionem, quæ est qualitas afficiens illud factum, vt sit punibile, vel impunibile, ut hæreticus negatiuus forsan posset condemnari. Idem Albert. in præd. tractatu. q. 32. num. 17. dicens. Quòd siquis seruaret Sabbatum vel alias cæremonias Iudæorum, etsi

de

de intentione formaliter,non constaret contra eum,
tanquam contra hæreticum procedi posset,quia inter-
pretatione siue iuris præsumptione intentio iudaizan-
di in illa obseruantia concurrit,idem Albert. q.34.nu.
53.hisce verbis. Si uerò essemus in facto hæretico, ut
in transitu,seu reditu ad ritum Iudæorum,seu Pagano-
rum, tunc sufficeret accusatum cōuinci de illo facto ad
306 hoc ut hæreticus damnetur,quamuis de credulitate
nō constet.Idem Alber.q.36.nu. 18. in fi.ibi,si autem
essemus in facto, puta quia confitetur se fecisse ritum
Iudęorum,negat tamen intentionem,in tali casu inten
tio probatur ex qualitate facti,ꝙ ut hæreticus est puniē
dus,etiam si neget intētionem. Animus enim ex factis
& ex modo faciendi perpenditur, allegat.l.1.§.Adria-
307 nus.ff.ad l.Cornel.de sicar.Io.de Imol. in c. literas,de
præsump. in quo loco nullum verbum de illa re Imola
scripsit. Idem Albert.q.23.num. 51. cum seq. dicens,
quòd plus est factis demonstrare quàm uerbis. & ex
308 factis animus declaratur.& in rub.de hæret. lib. 6. q.
2.num.61.& q.13.num.68.ibi, exterior cultus est eui-
dens signum interioris cultus.& num.69.& 70.nōnul-
309 la notatu digna referendo inquit. Quòd quando fa
ctū de per se damnatū fit, pręsumitur mala intentio in
faciente.l.si non conuitij.C.de iniur.cap.1.de præsum.
optimè Abb.in cap.cum te.num.29.de re iud. & in ca.
310 ad hæc.1.nu.3. de appellat. Omne enim maleficium
praua intentione & voluntate præsumitur factum.l.nā
ludus.l.item Mela.ff.ad l. Aquil.

311 Hanc igitur assertionem,quòd si reus confiteatur
factum hæreticum,& neget prauam intentionē & cre-
dulitatem,sit relaxandus,sequitur etiam Anan. in cap.
excommunicamus.1.§.credentes.num.11.de hære.Io.

de

de Imol.in clem. 1.§.fin.de vsur. Syluest. in verbo hæresis. 1.q.7.nu.10. Repert. Inquisit.uerbo.hæresis,ver. item nota,quòd nedum verbo,sed facto.&c. Et Ioan. Nicol.de hæret.not.5.Fran.Squil.de fide Cath.cap.15. Turr.Crem.in sum.de Eccles. lib.4.ca. 4.& cap.13.Palat.Rub.in alleg.hæresis.§.7.dicens,quòd si de intétione non constat,præsumitur factum intentione iudaizãdi; præsertim in persona suspecta. Castro.de iusta hæret.pun.lib.1.cap.1.cap.7.Iac.Sep.in inst.Cath.cap.47. num.22.meliùs in Enchir.tit.40.de præsum.& in Inst. Cath.cap.10.nu.2. cum sequen. contra ea quæ scripsit in Inst.Cath.cap.26.num.7.Quod expresse probat.ca. fi.30.distin.ibi. Qui pro quadam religione ieiunauerit sicut Manichei, anathema sit. vbi hæreticus iudicatur
312 qui Manicheorum ieiunia & superstitiones sequitur cap.humanæ aures.22.q.4. cuius uerba sunt. humanæ aures verba nostra iudicant qualia foris sonant.cap.existimant.11.q.3.ibi,in omnibus quæ peruersa sunt factis
313 Deum negamus. Vbi Archid. inquit, quòd quis opere, negat, loquitur,cõfitetur & prædicat.cap.cauete.22.q.5.cap. cum annis. 1. q. 1. cap.2.de hæret.lib.6. ibi,Ecclesiasticæ tradere sepulturæ.ca.filij vel hæredes. eo.tit.ibi,per manus impositionem secundum pessimã consuetudinem eorum.cap.contra Christianos. eo.tit. ibi,erit tanquam contra hæreticos procedendum.cap. cum contumacia.eod.titu.ibi,aut contumaciter se absentat.cap.accusatus.§.ille quoque. eo. tit. quem ibi in fine notat Ancharan.clem.ad nostram.de hæret.ibi, faciunt & committunt.cap.vidua.cap.extirpandæ,de regul.casus sing.in cap.tua nos.de sponsl.l. cum debitum. C.de iure deliberan.l.siquis extraneus.ff. de acqui.hæred.l.siquis filium.C.de lib.præter.vel exhære. Id etiã

proba-

probatur in Epis.Diui Pauli ad Colossen.c.2.ibi, nemo ergo uos seducat in cibo, uel potu, aut in parte diei festi,aut Nœomeniæ aut Sabbatorum. Et instruct. Hispalen.facta anno.1484.cap.2. ibi, ò *ceremonias de Iudio.* & instruct.*de Madrid.anno.1561.c.2.*ibi, *ceremonias de Iudios o Moros.*

314 Ratio autem prædictorum est: quia ieiunia, festiuitates, orationes, aliæq; cæremoniæ,sunt quidam ritus externi, mores & obseruationes ad obseruandam quampiam religionem, eiusq; cultum celebrandum. Vnde rectè sequitur,talem quis religionem habere creditur, quibus ieiunijs, orationibus atque cæremonijs utitur. Id eo si quis Iudæorum,seu Mahumetanorum,

315 seu Lutheranorum ritus & cæremonias seruauerit, eo ipso illius sectæ hæreticus seu apostata esse censebitur.cap.si.30.distin.cap.2.cap.filij.cap.contra Christianos.de hæret.lib.6.vbi meritò Archid.exponit,ritus id est mores & obseruationes.cap.fin. de Baptis. c. fin. de diuor.c.sæpe.27.q.1.& l.prophanos vsus.C.de Pagan. gl.in rub.de ritu nup.ff.

316 Neque prædictis obstat regula communiter recepta, quòd facta etiam horrenda & detestabilia non sunt hæreses, cum nullum opus exterius quantumuis nephandum,absque errore intellectus,sit hæresis. Vt siquis Sacratissimam Eucharistiæ Hostiam surripuisset, quod tenet Archiepsc.Flor.2.par.summ.tit. 12.cap.5. §.1.Castro.lib.1.aduersus hæreses.c.1.& de iust.hæret. pun.lib.1.cap. 1. & 7. Turrecrem. in summ. de Eccles. par.2.lib.4.c.4.& cap.13.Lupus in allegat. hæresis.§.2. Sylueft.in uerb.hæresis. 1.q.2.Iac.Sep.in Inst. Cath.c. 31.num.5.& in Enchirid.tit.8.nu.12.

317 Pro solutione minimè hoc in loco omittenda est

nota-

notabilis distinctio Alfon. de Castro, in d. lib. 1. c. 1. & 7. de iusta hæret. pun. & in lib. 1. aduers. hæres. c. 1. dicentis, quòd quædam sunt peccata, ad quæ natura ipsa proni homines sunt, ut ad auaritiam, gulam, venerem, homicidium, furtum, & alia id genus, in quæ capti voluptate, quæ est omnium malorum radix, homines ruunt. c. quia radix. de pœnit. dist. 2. cap. bonorum.
318 17. dist. Et in procem. decretal. in prin. Meritò in his prauis & reprobatis factis hæresis neutiquam præsumenda est, nisi quis hoc impunè fieri posse crediderit.
319 Alia sunt peccata, quæ natura non appetit, imò appetitus hominisq; voluptas repugnat, & aduersatur, vt tempore ieiunij non comedere vsque ad noctem, vel orare, vel carnem suillam non edere, neq; vinum bibere, prauasq; cæremonias seruare more Mahometanorum vel Iudæorum, in electione enim similium rerum voluntas indubitanter regitur ab intellectu, ideo in earum obseruatione praua intentio & credulitas inest, immò homines contra naturalem inclinationem & appetitum illa operantur. Vnde aliam meliorem coniecturam elicere nō possumus, nisi propter deprauatam intentionem & voluntatem, quod longè aliter est in alijs delictis superius relatis, quia natura ipsa homines sunt proni ad ea perpetranda, & suspicari possumus, quòd ira, vel auaritia, ad ea mouentur, &
320 non quòd credunt id impunè fieri posse. Et cùm huiusmodi causa & præsumptio sit naturalis, alijs causis præferenda est. l. qui habent. ff. de tutel. l. profectitia. §. fin. ff. de iure dot. Prædictam dictinctionem Alfon. de Cast. sequuntur. dd. supra citati, & Iac. Sep. in d. c. 31. nu. 5. & in d. tit. 8. num. 12.
321 Hæc igitur præsumptio contra seruantes hæretico-
rum

rum ritus & cæremonias, quòd in earum obseruatione mala credulitas, & deprauatus animus inest, pro manifesta probatione & veritate habetur, cùm sit iuris
322 præsumptio. Legum enim præsumptiones veræ & propriæ probationes dicuntur: casus notab. in l. fin. in fine. ff. de probat. Quam legem gloriatur Ias. se didicisse à quodam magno Aduocato Papien. vt ipse refert in l. 1. nu. 9. C. de milit. test. & in l. licet Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Pro qua est gl. fin. communiter recepta
323 in l. si tutor petitus. C. de peric. tutor. quòd præsumptiones legum sunt liquidissimæ probationes. Quam glo. affirmat esse sing. Bal. in rub. de præsump. nu. 5. & in l. ita demum. in fine. C. de procur. & in l. 1. 3. oppos. C. si quid in fraud. patron. Io. de Imol. in l. quæsitum. ff. de re iud. & in l. in tempus. §. 1. ff. de hæred. instit. Ias. in l. licet imperator. nume. 8. de legat. 1. & in l. manifestæ turpitudinis est. num. 4. ff. de iur. iuran. & in l. 1. nu. 9. C. de testam. milit. & in l. non hoc. nume. 15. C. vnde legit. Hyppo. in rub. C. de prob. num. 183. & num. 202. vbi plures alias glossas ad id refert. Plenius Tiraque. in l. si vnquam. uerb. donatione largitus. num. 158. cum sequen. C. de reuoc. donat. Alciat. de præsum. reg. 1. præsump. 3. Iac. Sep. in Enchi. tit. 40. nu. 8. dicens, huic præ
324 sumptioni standum esse, nisi contrarium probetur, cùm sit tantùm præsumptio iuris, quæ transfert onus probandi in aduersarium, ut notant Bar. Ias. & alij in d. l. licet imperator. per tex. ibi, & Bald. in d. rub. de præsump. in princ. & Alciat. de præsumpt. 3. par. in introit.
325 Quòd aliter est, si esset præsumptio iuris, & de iure: nã quando ius præsumit & statuit, tunc dicitur manifesta probatio, ut in l. si ij qui adulterij. C. de adul. c. super eo. cap. accusatus. de hæret. lib. 6. cap. ad abolendam. §. il-

los

los quoq; e.eod.tit.in antiq.gl.no.vbi Bar.in fi.ff.de eo quod met.cauſ.gl.in l.ſiue poſſidetis. C.de proba.gl.in c.is qui fidem.de ſponſal.gl.in c. ferrum.50.diſtin.cum alijs relatis per Hyppo.in d.rub.C.de proba.num.72. cum ſequen.

Me latet profectò quonam pacto contrarium in caſu noſtro poſſit probari contra iſtam iuris præſumptio
326 nem. Nam animus, voluntas & credulitas à ſolo Deo cognoſcuntur, & ſunt quid inuiſibile. cap. nunquid.de pœnit.diſtin.1.& per teſtes minimè probari poteſt, ut inquit Innoc.in cap.ſuper hoc. de renun.& gloſ.in l.2. ff.de interrog.action.Hyppo.in l.1.§.Diuus Adrianus. num.36.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& in l.1.num.28.C.eo.
327 neq; per proprium iuramentum, cũ ſit præſumptio iuris contra iuramentum in præſenti caſu. gloſ.ſing.in verb.non probatur.in fine.in cap.propoſuiſti. 82. diſt. Bart.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.& in l.1.nu.15. ff.ſi cert.petat.& in l.quemadmodum.colum.1.de agr. & cenſit.lib.11.C.Iaſ.in l.is poteſt.num.62.ff.de acqui. hæred.melius in §.iſtæ quidem.num.92.inſtit.de actio. Felin.in cap.ſignificaſti.1.de hom.& in cap. Inquiſitionis.§.2.de accuſ.Alciat.de præſump.reg.3.præſum.16. num.2.optimè Decius in cap. adhæc.num.6.de poſtul. prælat.Ita limitanda & intelligenda eſt vulgata iuris re
328 gula, Quod ea quæ in animo & intellectu conſiſtunt proprio iuramento probantur.iuxta.glo.in d.§.ſed iſtę quidem.cum alijs plenius à me ſupra num.213.relatis. niſi in delictis in quibus malus animus, & dolus ſemper præſumitur.l.ſi non conuitij, C.de iniur. cap. 1.Felin. num.16.de præſump.& Bald.in l. vnica. circa finem.C.
329 de confeſ.inquit. Quod in dubio in delictis ineſt dolus.idem refert Iaſ.§. ex maleficijs. num. 71. inſtit. de action.

action. Felin. & Decius. in cap. fin autem. colum. 1. & 2. de rescript. vbi regulam cum. 12. fallentijs rescripsere.
330 Non tamen inficior, accusatum de improbis obseruationibus & cæremonijs, per verisimiles coniecturas & præsumptiones animum suum esse bonum probare posse. per glo. not. in verb. animo. in l. 1. C. de sicar. quã sing. esse affirmat Roman. in l. in illa stipulatione. num. 41. ff. de verb. oblig. & Ias. in §. sed istæ quidem. nu. 90. instit. de action. & secundum illam glos. iudicauit Cæpola. consil. 2. in fine. & Thom. Gram. cons. 68. & alij re
331 lati supra num. 136. Animus enim & voluntas per indicia, & præsumptiones probantur. l. dolum. C. de dolo. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. verb. denũtiationem. Quomod. in crimi. læs. maiest. procedat. Fel. in cap. significasti. 1. de hom. Hyppol. in rub. C. de probat. num. 123. Thom. Gram. cons. 31. in causa magnifici. num. 3. & in d. cons. 68. in causa Petri. in princ. vt puta ꝙ propter infirmitatem, in die non comedebat vsque ad noctem, vel propter aliam rationabilẽ causam. Vna
332 verò præsumptio tollitur per aliam, & vnum indiciũ per aliud, & vna coniectura per aliam, & vna probatio per aliam fortiorẽ. l. licet imperator. ff. de leg. 1. l. diuus. ff. de in integ. restitu. cap. auditis. de crim. fal. cap. tuam. vbi glos. de sponsa. glos. fin. in cap. transmissæ. qui fil. sint legit. Bal. in l. fin. C. de hæred. instit. num. 1. & 20. Alex. consi. 103. uidetur. in fi. 1. volum. Hyppol. in l. 1. §. diuus Adrianus. num. 28. ff. de sicar. & in l. 1. num. 50. C. eod. pulchrè Thom. Gram. vot. 3. in causa inquisitionis. nu. 12. cum seq. plenè Tiraquel. in l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 156. C. de reuoc. donat. Et ideo pluribus rationibus & fundamentis id concludit Hyppol. in pract. crim. §. diligenter. num. 190. quem sequitur Ni

col.

col.Boer.deci.165.Et dicendum est.num.9.dicens, qđ
333 quando sunt aliqua indicia contra reum ad torturã, & aliqua pro reo, & in eius fauorem, reus non est torquendus, sed absoluendus, quod est nimis singulare ac passim in actu practico versatur.

334 Vnde merito inquit Bal.in l.siue possidetis.in fine. C. de probat. quòd similitudo maior tollit minorem. Id etiam refert Ias.in l.1.num.31.ff.de vulg.& pupil. & in l.si extraneus.num.6.& 31.ff.de cond.caus.dat.caus. non sequut.Latè Hyp.in pract.crimi.§. diligenter. ubi
335 num.196.inquit, quòd præsumptio delicti tollitur ex præsumptione bonæ vitæ ut non torqueatur, & ad id allegat plures.dd.allegationes. Nouissimè id etiam sequitur Tho. Gram. cons. 38. formata Inquisitione.nu. 17.Nam quodlibet indicium, uel præsumptio ut iuuet, uel noceat, est probãdum per duos testes.& si unus te-
336 stis deponit de uno indicio, & alius testis de alio, non propter hoc probatur indicium.glo.est sing.secundum Bart.ibi.in l.fin.in verb.uel indicijs.C.fami.herci. Quã pro notab.refert idem Bart.in l.fin.num.7.ff. de quæst. Bald.in l.siquis ex argentarijs.§.1.nu.4. ff.de edendo. Angel.in l.3.C.ad l. Iul. maiest. & in l.fin.ff.quod met. caus. Paul. Cast.& Ioan.de Imol.in l. cum proponebatur.ff.de leg.2.Ias.in l.admonendi.lec.2.num.253.ff.de iur.iuran.Hyppol.in l.1.§.idem Cornelio.in princ.& in l.de minore.§.plurimum.num.9.& in l. vnius.§. testes. num.1.& in l.fin.num.6.ff.de quęst.& in cons. 59.nu.6. & cons.84.num.9.Ant.Gom.lib.3. resol. cap.13.num. 18.Alber.in rub.de hæret.in 6.q.13.nu.18.& de agno. asser.q.25.nu. 19.

337 Illæ autem præsumptiones sunt fortiores, quæ fuerint verisimiliores.Bald.in l.fin.in princ. & num. 20.C.

de

de hæred. instit. Præsumptio enim nihil aliud est, quàm quædam ratiocinatio de re uerisimili, ut Bald. uerbis utar in rub. in princ. de præsump. Quem sequitur Alciat. de presump. in introitu. par. 3. in prin. Iac. Sep. in Enchir. tit. 40. nu. 15. & idem Bald. in rub. C. de
338 probat. inquit, Præsumptio est animi applicatio ad uerisimile. Ideo id quod non est uerisimile, est quædam falsitatis imago. Bald. in l. 2. C. de sicar. & in l. 1. C. de ser. fugit. & in cap. quia uerisimile. de præsump. Tiraquel. in l. si unquam. in prin. num. 37. cum sequen. C. de reuoc. don. & Alciat. ubi supra. Nam experimen-
339 tum ueri sermonis est, concordare cum rebus sensatis. l. si ita quis, ;ibi, quòd nemo sanus dixerit. ff. de euict. l. non est uerisimile. ff. quod met. caus. Verisimile
340 enim idest, quod credibile; & è cõuerso. l. miles. C. de quæst. l. athletas. in prin. ff. de his qui not. infam. cap. inspicimus. de reg. iur. lib. 6. Plenè Tiraquel. in d. l. si unquam. in prin. numero 60. & in uerb. absque liberis. num. 13.

341 Superius dicta intelligenda esse censeo, nisi præsumptio contra accusatum esset in specie, quæ fortior est præsumptione in eius fauorem in genere.
342 Præsumptio enim contraria in specie tollit presumptionem fauorabilem in genere. ita Bald. in l. siue possidetis. in princ. oppos. vlt. C. de proba. allegan-
343 do. l. cùm de indebito. ff. eo. ubi num. 4. inquit, quòd quædam est præsumptio, quæ dicitur temeraria, quæ ratione caret; & ista non dicitur propriè præsumptio, cùm nullum habeat effectum; & proinde nec nomen meretur habere. de qua in l. non est uerisimile. ff. quod met. caus. Alia est etiam præsumptio probabilis, quæ aliqua ratione munitur; & de hac præsumptione

est nostra controuersia,& ista est propriè præsumptio.
345 Alia uerò est præsumptio uiolenta,quæ est efficax ad condemnationem, de qua in c.afferte. & in c. literis. de præsump.& in l.si ij qui adulterij.C.de adult.
346 Ad dictum Bal.in d.l. siue posidetis. addendum est notabile dictum Inno.in c.auditis.nu.4.de præscrip. & in c.inquisitionis.& in ca. cùm oporteat.de accusa.di-
347 centis,quòd maior fides adhibetur duobus testibus deponentibus in specie,quàm pluribus deponentibus in genere.Quam opinionem sequitur Nicol.de Neap. in l.turpia legata.in prin.ff.de leg,1.Alex.consi.77. uidendum est.nu.9. uol.1. & consi. 148. excellentissimæ dominæ.nu.4.uol.2.Rom. consi. 167. Antonius accusatus.in fine.Hypp.in l.de minore.§.plurimum.nu. 62. ff.de quæst.& in d. §. diligenter.nu.199.Palat. Rub. in allega.hæresis.§.7.Nicol.Boer.decis.23. Christi benedicti.nu.45.dicens id esse uerum,etiam si sint mille testes deponentes in genere, allegando Alberic. in d.l. turpia legata.
348 Ex qua conclusione optimè deducitur, conuicto uel suspecto de hæresi, qui dixisse conuincitur, Rom. Pont. indulgentias, iubilea, uel bullas nullas esse, vel rem diuinam,aut confessionem vocalem non esse necessariam, nihil omnino probationem bonæ vitæ & orthodoxæ Fidei,bonæ famæ,& morum suffragari.Et
349 testes deponẽtes de mala fama alicuius, videlicet de certo homicidio,vel furto, præferri debere deponentibus de bona fama in genere,ut concludit Rom.in d. consi.167.& Hyppol. in d.§.diligenter.nu.197.Proba-
350 tio enim bonæ opinionis & famæ in genere parum aut nihil probanti prodest. Cum nullus adeò improbus homo sit,etiam si sit diabolus (vt humano more

loquar) qui non inuenisset testes dicentes esse bonæ opinionis & famæ.

351 Immo deteriores sunt hæretici bonæ vitæ & opinionis, eis qui malæ sunt vitæ. Quia in istis sic simulatis per bonam vitam & opinionem, plus in doctrina sua apparet sanctitatis autoritas, & sic ipsi catholicorum vitas sua conuersatione maculant, quàm qui vitæ pessimæ sunt. Nam illi non ita facile homines ad falsam doctrinam solicitant, ut inquit Origen. in Ezechiel. hom. 7. & refert Conra. Brun. de hæret. li. 1. c. 7. Ia. Sep. in En-
352 chir. ti. 3. num. 3. & omnes hæretici hypocritæ sunt, quia aliud agunt, & aliud simulant. Sunt enim callidi & se esse Christianos, & nobis consentire fingunt, pacem & amiciciam simulantes, blanda & bona uerba
353 dantes; mel quidem in ore, fel autem in pectore gestant, & sunt acerrimi Ecclesiæ hostes, & in via Cain, ac in contradictione Coræ existut. ut nu. c. 16. & explicat Conr. Brun. de hæret. lib. 1. c. 9. & 10. Multo enim
354 nequior est hostis occultus, quàm publicus, & nulla maior pestis est, quàm familiaris inimicus, & nullum
355 odium grauius, quàm simulatus amor. c. etsi Iudæos. de Iudæis. c. si inimicus. 94. dist. c. certe. 12. q. 2. ca. non omnis. 5. q. 5.

356 Præterea nostra principalis assertio, quòd ex prauis cæremonijs & ritibus exterioribus malus animus, & praua intentio præsumatur, sequenti comprobatur ratione. In his quæ sunt de genere prohibitorum, dolus & malus delinquendi animus à iure præsumitur. Sed ritus obseruationis & cæremoniæ Iudæorum & hæreticorum, sunt de genere prohibitorum; rectè igitur sequitur in earum obseruatione prauam intentionem, & credulitatem inesse, Maior propositio pro-

batur per tex.in l.1.C.de sicar. & l. uni. C. de famos.libel.l.si non conuitij.ubi glo.C.de iniur.l.1.§. cum arietes.ff.si quad.paup.fecis.dica.cap. 1. de præsump. Minorem probat tex.in cap.filij,uel hæredes. cap.contra Christianos.de hæret.lib.6.c.fin. 30. dist. consequentia uerò per se nota est.

358 Id proculdubio intelligendum est,quandò ille actus est interdictus, & de genere, ut dictum est, prohibi-
359 torum. Secus est si fuerit indifferens, qui pariter ad bonum & malum indifferenter se habere potest, quo casu delictum minime præsumendum est; sed facta, seu uerba dubia, uel ambigua in partem meliorem interpretari tenemur,vulgata.l.merito. ff. pro socio,ubi re communi utens, actione furti non tenetur. l.interpretatione.ff.de poen. ca.uni.de scrut.in ord. facien.c.estote. de reg. iur. in antiq. cap. cum dilecti. de accusat.cap. dudum.de præsump.Bal.in l. 1. nu. 13. C. de ser.fug.Bar.in l.non solum. §. sed ut probari possit, num.4.ff.de noui op.nun. Nam in criminibus proba-
360 tiones non dubiæ,sed luce meridiana clariores sunt necessarię. l. fin.C. de probat.l.addictos. C. de Episc. aud.l. qui sententiam. C. de poen. cap. literas.de præsump. cap. sciant cuncti. secunda,quæst. octaua. cap. Epiphanium.5.quæst. fin. Oportet enim probationem esse necessariò concludentem & non de contin-
361 genti.Probatio autem,quę procedit ex fallibili,non est bona: ex eo quòd non est efficax, uel necessaria;
362 iuxta illud vulgatum,non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.l. neque natales. C. de probat. l.non hoc. C. unde legit.ca. in præsentia.de probatio. cap.cum tu.de testibus. Probatio uerò non conclu-
363 dens non dicitur probatio, neque nomen probationis

tionis habere meretur,& non facit rem dubiã de iure, vel de facto.l.matrem vbi Bald.in prin.C.de proba.idẽ in l.2.in fine.C.de bon.poſſeſ.ſecun.tab.refert Iaſ.in d. l.nam hoc.num.3.& 6.quòd actor qui non probat cla-
364 rã & apertè intentionem ſuam ſuccumbit. l.1.& l.ma trem,& l. ad probationem.2.C.de probat.c. auditis.de præſcrip.

365 Ideo meritò voluit glo.ſing.in verb.dubium. in c.in præſentia. de probat. ꝙ dubia probatio ſemper interpretetur contra producẽtem probationem, quam pro notabili refert Bal.in l.quotiens.§.ſiquis ita.ff.de hære. inſtit.Bart.in l.inter ſtipulantem.§. 1.in fine.ff.de verb. obligat.& in l.ſiquis intentione ambigua. ff. de iud.Iaſ. in d.l.non hoc.num.4.Hyppol.in rub. C.de probat.nu. 350.& in ſing.267.incip.dubia probatio. Abb.in d.ca. auditis.nu.4.Decius conſ.531.incip. accuratè.num.5.

366 Ex proximè dictis liquidò conſtat, uerba dubia,uel ambigua,alicuius propoſitionis,habentia duplicẽ ſenſum, catholicum videlicet & hæreticum, potius in catholico, quàm hæretico ſenſu eſſe intelligenda: Veluti ſiquis dixerit,Deus non facit mala, intelligendo de malo culpæ,eſt Catholica, & de malo pœnæ eſt hæretica. Vel dixerit,ut pluries vidimus Lutheranos eſſe nobiliores (ideſt ſecundum ſenſum catholicum) proceres & nobiles in Gallia potius quàm plebeios eſſe Lutheranos,nõ eſt hæretica. Si uerò intelligatur de nobilitate uirtutum & morũ,eſt ſuſpecta, ſi de nobilitate religionis hæretica cenſetur: Prædictam regulam ſcripſit Inn. in cap.dudum.2.de elect.Bart.in l.non ſolum. §. ſed ut probari poſſit.nu.4.ff.de noui ope.nun.& in l.inter ſtipulãtem. §. 1.ff. de uerb.obli.Bal.in l.1.nu. 13.C.de ſer. fug.& in l.1.in fi.C.de uer.ſig.Iaſ. in l. diuortio. nu. 15.

ff.sol.mat.& in l.captatorias.num.12.C.de mil.test.& in d.l.non hoc.num.4.Felin.in rub.de præsumpt.num.16.Dec.in cap.in præsentia.num.14.de probat. Alex. cons.15.uiso processu.num.7.uol.3.Tho.Gram.uoto.10.Cælestis curiæ.num.31. Hyppol. in rub.de fideius. ff.num.55.&59.& cons.2.opposita animaduersione. num.2.& cons.104.circa Inquisitionem.nu.28. Carre. in pract.crim.§.circa secundum.fol.143.num.33.

367 Id in specie in crimine hæresis tenuit singulariter Albert.de agnos. asser. q.7.per totam quæst.& q.24. num.48.& q.29.nu.19.& q.8.nu.11.& q.25.num.17. & q.33.num.23.& in rub.de hæret q.13.num.19.& in d.q.7.post longam disputationem concludit, q cum

368 hoc delictum sit mentale:glos.in cap.cogitationis.de pœnit.distin.1.Bald.in l.siquis non dicam rapere.num. 1.&9.C.de Epis.& cler.uerba dubia iuxta loquentis

369 sensum,& intentionem esse intelligenda, ut inquit iu reconsul.in l.in ambiguis ff.de reg.iur.in ambiguis ora tionibus maximè sententia spectanda est eius qui eas pr otulisset.

370 Prædictorum ratio est iuxta dictum Boetij, quod multipliciter intelligitur,eius ueritas ignoratur: quod dictum Boethij refert Bal.in l.testium. nu.10.C.de testibus.& in l.scire leges.nu.3.ff.de legib.& in l.nec quic quam.§.ubi decretum.ff. de offi.procons.& legati.Bar. in l.in ambiguo.ff.de reb.dubijs.Ob id lex,uel canon q habet plures intellectus ad decisionem causarum non

371 mereẽ allegari: ut inquit Bart.in d.l.in ambiguo.& in l.cum prolatis.p tex.ibi.ff.de re iud. Bal. per l. secunda num.5.C.quan.prouoc.non est neces. Iason in l.captatorias.in fin.C.de testam.milit.& in l. admonendi.in lectura.num.86.ff.de iur.iuran.Decius in l. quotiens idẽ

sermo.

ſermo.nu.4.ff.de reg.iur.tex.in l. benignius.ff.de legib. l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur.ca.cum dilecti. de accuſat.ibi,quę ad bonum & malum valeant retorqueri.
372 Id etiam probat iuris regula,quæ diſponit,iura prõptiora eſſe ad abſoluendum,quàm ad condemnãdum. l.abſentem.l.reſpiciendum.ff.de pœn. l.Arrianus.ff.de action.& obligat.cap.ex literis.de probat.cap.inter dilectos. in fine,de fide inſtr. Quod ſanè intelligendum
373 eſt ad plenam delicti probationem;ſecus tamen quò ad præſumptionem,vt torqueatur,prǽſertim ſi eſt per-
374 ſona ſuſpecta. Nam in dubio prǽſumendum eſt pro hæreſi,atque ſi nimis vrgent indicia , iſte talis torquẽdus eſt,cum de eius animæ ſalute agatur,vt in tortura confiteatur & reconcilietur,ac pœnitentia ei iniungatur,ſi paratus ſit corrigi,vt ſpiritus eius ſaluus fiat,teſte Diuo Paulo Apoſtolo.ita Card.Ioan.de Imol.in clem. 1.§.verum.de hæret.Pet.de Anchar. conſ.179. in fine.
375 dicens.l.merito. ff. pro ſocio.non habere locum , vbi agitur de ſalute animarum.Decius in cap.in præſentia. num. 15.de probat.Albert.de agnoſ.aſſer.q.33.nu.21. cum ſequen.vbi alia circa hoc notatu digna refert.
376 Quamobrem diebus retro elapſis auſus ſum affirmare,non eſſe de hæreſi ſuſpectum,qui volens ſacram Miſſam in quadam Eccleſia audire, cum ad eã acceſiſſet,& ſacram Miſſam celebrari non inueniſſet, quia ſerò erat,dixiſſe fertur hæc uerba,ſola fides ſufficit.Quia non cenſetur dixiſſe ſolam fidem ſine operibus ſuffice-
377 re,quod eſſet hærͤticum:verba enim dubia uel prægnantia,in dubio intelligenda ſunt ſecundum ſubiectã materiam,de qua agitur,etiam ſi improprietur.l.ſi vno anno.ff.loca. vbi verbum (donatio) interpretatur pro tranſactione,ſecundum ſubiectam materiam. l.ſi ex le-

gati cā.ff.de uerb.obli.l.si stipulatus.ff.de vsur.l.damni infecti stipulatio.in prin.ff.de dam.infecto.Bar.in l.omnes populi.num.58.ff.de iust.& iur.Bal.in rub. C.de cōtrah.emp.q.9.Ias.in l.is qui putat.in fin.ff. de acq.hær. & in l.cum quis.nu.6.C.de iur.& fac.ign. Abb. in cap. exhibita.not.2.de iudic. Decius in d.l.quotiens idem sermo.Hyppol.in rub.C.de probat.num.13.& in sing. 510.incip.verba in dubio.Pal.rub.in Rub. de dona.inter vir.& vxor.§.7.

378 Illud verò in primis,quòd in negotijs sancti officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis passim contingit minimè omittēdum est: quòd in exponendis propositio-
379 num verbis attendenda sit loquentium qualitas & conditio;ut si verba sint prolata ab homine rustico, & grossi (vt ita dicam) ingenij,grosso modo, & citra dolū & malam credulitatē; si verò ab homine docto & subtilis ingenij subtili modo,quia tunc nō sine dolo, sunt intelligenda.l.quod si nepos.ubi glos.1.ibi,talis dicendi modus non cadit in idiotam.ff.de testa.tutel.l.siquis id quod.ibi,per imperitiam,vel rusticitatem. ff. de iur. om.iud.l.fin.C.de testa.ibi, necessarium duximus simplicitati subuenire.cap.solitæ.in prin.ibi, personam loquentis.de maior.& obed.cap.pastoralis. de dona.ibi, simplicitate verborum.cap.ad audientiam.de appella. ibi,ex simplicitate fortè verborum l. ferè in omnibus. ff.de reg.iur.Ias.in auth.ingressi.nu.35.C.de sacrosanc. Eccles. Rom. cons.4.secundum sententiam periti.post princ. Alex.cons.43.visis meritis. in fi.volum.4.optimè Albert.de agnos.asser.q.7.num.24. Decius in d.l.quotiens idem sermo.num.3.Couarr.in 4.decretal.par.2. cap.4.§.j.in prin.Pal.Rub.optimè in alleg.hæresis,in fauorem illius rustici, Roderici de Carrion.allegando il-

lud dictum sing.Innoc.in cap. 1.num.4.de sum.Trin.& fide Cathol.quod satis abunde superius. num.64.cum seq. examinauimus.
380 Sed secundum communem vsum loquendi,verba sunt intelligenda:qui communis vsus, plerunque proprio significatui derogat. l. cum de lanionis. §.asinam
381 molendinariam.ff.de fun.instruct.quia multoties dũ proprietas verborum attenditur,sensus veritatis amittitur.cap.intelligentia.cap.præterea.de verb. sign.cap. Marchion. 1.q. 1.l.Labeo.ff.de supel.leg.glo.not.in l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de legat.3.cap. ex literis. 1.de spons. Regulariter uerò à propria significa-
382 tione non est recedendum. l. non aliter. ff.ad leg.3.si quis stipulatus sit.ff.de uerb.oblig.l.diligenter. ff.mãd. cap.cum dilecta.de rescrip.c.ad audientiam; de decim. cap.porrò.de priuil. De hac re regulam & septem fallentias scripsit Ias.in l.non dubium. num. 41. cum seq. C.de legib.& Socin.reg. 536. verborum proprietas.& Ber. de Luco. reg.639. recedere.
383 Prouidi enim & circunspecti hæreticæ prauitatis Inquisitores, atque Sacræ Theologiæ professores in qualificandis propositionum verbis, personarum qualitates,modum,& occasionem loquendi, an assertiuè, uel interrogatiuè,vel narratiuè,nationem, & patriam, vbi pullulant hæreses,ut in Anglia, Gallia, & Germania.l.quod si nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edic.c.excommunicamus.j.§.qui autem.de hæret.c.si gens Anglorum.56.dist.& omnes alias circunstantias plurimũ considerare debent. l. aut facta.ff.de pœn.ca. sicut dignum.in prin.de hom.c.cum causam. 1.de testib.
384 In exponendis verò verbis dubijs agnoscendisque factis,vel catholicis dictis, aut suspectis, uel hæreticis

periti

periti sacræ Theologiæ professores sunt vocandi, qui vulgo Qualificatores nuncupantur, quorum assertionibus omnimodam Inquisitores adhibeant fidem. l. septimo mense, vbi Bal.ff.de stat.hom.l.1.in prin.ff. de vent.inspi.l.semel.C.de re milit.li.12.c. causam matrimonij.cap.proposuisti.de probat.cap.fraternitatis, ca. fin.de fri.& malefic.cap.significasti. secundo, de hom.
385 Nam cuilibet experto & perito in arte sua credendum est.Bart.in procem.ff.vet.§.1.num.8. plenè Ang. in l.si vacantia.C.de bon.vacan.lib. 10. Ias. in rep.l.admonendi.nu.195.cum sequen.ff.de iur. iuran. Albert. in c.1.q.10. nu. 17. de hære.lib. 6. & melius de agnos. asser.q.10.per totam. Archiep. Flor. 3. par. sum. tit.5. c.2.§.2.Vnde Bart.in l.possideri.nu.6.ff.de acq.possess. & in l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.obl.quæstionem de Baptismo ad Theologos,& Canonistas remittit.Ideo affirmat Domin. c. statutum.nu.13.de re-
386 script. lib. 6. allegando ibi Lapum, quòd si causa est merè canonica, & spiritualis, & assessor est merè legista: poterit vt suspectus recusari. Id etiam sequitur Decius in c.sciscitatus.num. 13.de rescrip. Pal.Rub.in præfation.ad Rub. de Donat. int. vir. & vxor. num. 4. Alber.de Agnos.asser.q.10.nu.3. In materia testamentorum,contractuum, ac donationum, in qua parum, aut nihil iura canonica statuerunt, ad legistas, potius quàm ad Canonistas recurrendum est, & è contra in causis vsurarum,decimarum, matrimoniorum atque beneficiorum ad Canonistas,potius quàm ad Legistas recurrendum est.Non tamen propter hoc pudeat Canonistam consulere Legistam in materia legali, neque Legistam Canonistã in materia Canonica. Ita inquit Anto.in cap.clerici. de Iudic. & in Rub.de precar. vbi

Barbat. Alex. in l. si prius. in fin. ff. de noui op. nu. & Pal.
387 Rub. vbi supra. nu. 2. Et sicut ex Philosophia, & Medicina fit perfectus Medicus, ita ex scientia iuris Canonici, & Ciuilis efficitur perfectus Iurisconsultus. Bal. in c. cum causam. num. 2. de probat. Nam iuris Canonici
388 sanctitas Iuris ciuilis subtilitate decoratur, & Iuris ciuilis maiestas Canonum auctoritate firmatur. Verba sunt Bal. in procem. suo super Decret. num. 2.
389 Hinc est quòd scripsit Hostien. in cap. 1. vbi optimè Abb. num. 9. de consang. & affin. quòd in locis in quibus pullulant hæreses, Theologi ad Episcopatus præferendi sunt, sin autem causarum iurgia, & lites uersantur (vt in Hispania) Iuris Canonici professores Theologos præcedant, ut optimè Decius in ca. clerici. nu. 7. de Iudic. Albert. in d. q. 10. num. 14. ad scientiam enim
390 Theologicam pertinet interpretatio iuris diuini, & ita est alijs scientijs nobilior, nam quælibet scientia dicitur nobilior, quanto ipsius subiectum est nobilius, & ita Theologiæ subiectum est cognitio Dei: obiectum verò ciuilis scientiæ est bonum ciuile, & sic supponitur Ethicæ, id est morali scientię, & Politicæ, & oeconomicæ, l. 1. C. de secun. nup. ibi, legibus nostris mores corrigere intendimus. c. 1. 4. dist. ibi, hoc verborum tenore factæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur
391 audacia. Ob id pœnæ dicuntur medicinales, vt homo malus bonus efficiatur. l. j. in prin. ff. de iust. & iur. l. uni. C. de emen. propinq. c. ut clericorum. de vita & hon. cler. c. 1. de sen. excom. lib. 6. ad hoc tendunt leges &
392 hoc uolunt, incolumẽ esse debere ciuiũ cõiunctionẽ ait Cicero lib. 3. Offi. Auth. vt iud. sine quoquo suffrag. in prin. coll. 2. ubi Imp. inquit, noctes ducimus insomnes, ut subditi in pace, & tranquillitate uiuant.

Obie-

393 Obiectum uerò iuris Canonici, est quoddam mixtum ex scientia legali, & Theologica, ut patet in prooem. decretal. ibi, appetitus noxius sub iuris regula limitetur. & tex. in ca. qualiter & quando. 2. de accusat. ibi, ex autoritatibus noui & ueteris testamenti, ex qui-
394 bus posteà processerunt canonicæ sanctiones. c. per uenerabilem. qui fil. sint legit. c. ut nostrum. de appell. c. vni. ut eccle. ben. sine dim. confer. Hanc igitur opi-
395 nionem, quòd ad Theologos pertineat discutere, an propositiones sint hæreticæ, uel catholicæ, nonnullis fundamentis affirmat Ioan. Ierson, in quadam oratione recommendatitia, par. 2. quibus accedat quod scripsit Anch. in sua disp. incip. antiquis & modernis temporibus; quam opinionem refert etiam Alex. consi. 1. circa primum dubium. nu. 36. uol. 2. ubi inquit, quòd
396 magistri sacræ Theologiæ in dubijs, quæ occurrunt super decimis & testamentis, communiter errant. Decius cons. 111. pro tenui facultate. 2. colum. iuxta illud
397 prouerbium antiquum, ne vltra crepidam sutor. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsid. l. item quæritur. §. si ge-
398 mina. ff. ad l. Aquil. l. culpa est. ff. de reg. iur. & tractet fabrilia fabri. l. 1. ff. quod quis. iur. l. doli mali. §. fin. ff. de dona. cap. tua nos. de hom. c. non est sine culpa. de reg. iur. lib. 6.

399 Verùm vt radicitùs superius dicta intelligant, distinguẽdũ esse arbitror (dicente Philosopho) in li. 8. Metaphy. qui distinguit proximus est veritati, & qui nescit di-
400 stinguere oẽ disputationis genus prorsus ignorat. Videlicet si in dubiũ vertitur aliquam assertionẽ esse expressè damnatam vt hæreticam, huiusmodi cognitio ad iuris Canonici peritos pertinet, quia hæreses damnatæ, in Decretalibus sexto, & Clementinis, extrauagan-

gantibus, & Concilijs generalibus reperiuntur.vt patet in cap. quidam autem hæretici. 24. q. 3. Sin autem expresſè deciſa non eſt huiuſmodi aſſertio, tunc ad ſacræ paginæ profeſſores, vt ſuperius dictum eſt, pertinet. Sed de vſu & conſuetudine iam diu recepta
402 indiſtinctè & abſolutè cuiuſuis propoſitionis declaratio ad Theologos attinet & ſpectat.& ab eorũ aſſertionibus in cauſis fidei iudicandis minimè eſt recedendũ: vt in inſtruc.de Madrid.anno 1561.cap.j. Quod etiam per prudentiſſimos conſiliarios ſupremi conſilij generalis Inquiſitionis pleniùs decretum eſt.

403 Proprium verò Inquiſitorum hæreticæ prauitatis munus & officium eſt,ordinem iudiciarium contra hæreticos præſentes & abſentes ſeruare in eorum capturis,accuſationibus,teſtiumq; publicationibus:& in ſententijs tam diffinitiuis,quàm interlocutorijs, cum conſilio iuris peritorum,qui Conſultores vocãtur. De his omnibus ſacræ paginæ profeſſores ſunt penitus ignari. Et ideo Archid.Ioan.And.& Domin.in cap. vt cõmiſſi.§.aduocandi.de hæret.lib.6.exponendo verba illius. §. aduocandi quoque peritos quoſlibet, vt vobis aſ-
404 ſiſtant, & in ferendis ſententijs præbeant conſilium opportunum, dicunt, quòd etiam laici coniugati,qui ſunt in iure Canonico & ciuili periti comprehendũtur. Ita ſunt omnes ferè Conſultores,qui eligendi ſunt viri prouidi, honeſti, & periti : nam in tam graui crimine magno & maturo conſilio procedi oportet. cap.vt officium.§. 1.& cap.per hoc.de hæret. lib. 6 l.diuortium.
405 ff.de diuort.nam ibi erit ſalus,vbi multa cõſilia. Prouerb.cap.11.& 24. Et cap.13.qui cuncta agit cum conſilio, regitur à ſapientia. & cap. 20. bonum conſilium
406 quamplurimos à morte liberauit; & cap. 15.dicitur,

diſſipan-

dissipantur cogitationes vbi non est consilium: Vbi verò sunt plures consiliarij confirmatur, & quod à pluribus quæritur sapientibus, faciliùs inuenitur. cap. de
407 quibus. 20. distin. cap. extra conscientiam. 64. distin. perfectissima veritas per ampliores homines reuela-
408 tur, vt inquit. l. fin. in fine. C. de fideicommiss. nam integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur. cap. causam matrimonij. cap. prudentiam. de offic. delega. l. magistros. C. de profes. & medic. lib. 10.
409 Inquisitores verò hæreticæ prauitatis consilium peritorum, vulgò Consultorum, sequi non tenentur, cùm eorum sit suffragium cõsultiuum, & non decisiuũ. cap. cùm olim. de arbit. vbi qui tenetur eligere cum cõsilio aliquorum, tenetur tempore electionis illorum consilium requirere: sed illud sequi non adstringitur. cap. cùm in veteri. de elect. vbi irritatur elect. non ex eo quòd consilium non fuit secutum, sed quia non fuit requisitum congruo loco & tempore. cap. Venerabili. de offic. deleg. cap. fin. iux. com. intellect. de his quę fiunt à
410 præla. sine cons. cap. vbi dicitur, quòd capitula cathedralium ecclesiarum ad concilia prouincialia sunt vocanda, & ad tractandum, non ad definiendum admit-
411 tenda; quia consilium non est de substantia actus. secus si dicatur de consensu. Bald. in l. fin. §. necessitatem. C. de bonis quæ lib. Archid. in cap. Archiepiscoporum
412 18. dist. ratio autem nostrę conclusionis est, ꝗ Consultor nullã habet iurisdictionẽ ordinariam, neq; delegatã. Bar. in l. j. ff. de of. asse. Bal. in c. si ꝓ debilitate. n. 3. vbi optimè Dec. n. 7. de of. dele. Ias. in l. fi. n. 59. ff. de ferijs.
413 Oppositum tamen videtur probare. l. impuberib. ff. de susp. tut. vbi puberes curatorem suspectum accusare possunt cum consilio consanguineorum, & illud cõ-

silium

silium est necessarium.l.Titium & Meuiũ.in princ.ff.de
414 administr.tut. ubi factum sine consilio Meuij est nul-
lum.cap.2.de stat. mon.ibi, de consilio fratrum : nam
frustratorium esset petere peritorum consilium, quod
415 quis sequi non tenetur.l. fin.C.de bonis quæ lib.l.ad
probationem.C.de probat. Quia lex & natura nihil fe-
cerunt frustrà.l.si idem.C.de codicil.l.si quando. ff. de
416 legat.1.cap.si Papa.de priuil.lib.6.Hanc uerò conclu
sionem, quòd peritorum consilium sit sequendum, te-
nuit Bart.in d.l.impuberibus.& in l.1.§.si plures. num.
4.& 11.& 15.ff.de exercit.act. Et magistraliter distin-
guit Abb.in d.c.cùm in veteri.de elect.Io.And. in cap.
ex parte.de rescrip. Decius in d. cap. si pro debilitate.
num.9.

417 In specie autem, quòd in causa hæresis Consulto-
rum consilium sit sequendum, tenuit expresse Albert.
in cap.1.num.2.& 17.de hæret.lib.6. meliùs de agnos.
asser.q.26.num.11.& 12.& 15.& post longam exami-
nationem concludit, quòd cùm statutum sit, ut in cap.
ut commissi.§.aduocandi.& in cap.fi.§.iubemus.de hæ
ret.lib.6.quòd causæ hæreticę prauitatis de consilio pe
ritorum terminentur. Inquisitores debent requirere
consilium peritorum, & illud sequi. Et ibidem in fina-
libus verbis, stomachatur ipse Alber. contra quendam
Licentiatum asserentem Inquisitores non teneri stare
consilio Consultorum; nullam tamen rationem allegã-
tem, & pro sua opinione ipse Albert. duplici fundatur
ratione: quarum prima est, quia quando mandatur ali
418 quid fieri de consilio alicuius, talis persona censetur
esse electa, cap.fin.de offic.delega.l.inter artifices.ff.de
419 solut. Secunda ratio est efficacior, nam illud, quòd
requiratur consilium, est dispositum à lege, & ob id est
necess-

necessarium.d.l.impuberibus.§.impuberes.de susp.tut.
Bar.in d.§.si plures.nu.2. Et propter naturam dictionis (de) quæ particula denotat causam proximam, &
420 materialem,& de sui natura auget.l. 1. ff. depositi.l.si seruum.§.stichum.ff.delegat.1.cap.Episcopus.35.dist.
421 Et dicere (de consilio) perinde est ac si diceret, consilium est de materia eius quod fit, quod aliter esset, si diceretur cum consilio,vt refert Barto.in d. §.si plures. num.4.Iac.Sep.in inst.Catho.cap.41.num. 12. tenuit, de honestate, & non de necessitate consilium Consultorum esse sequendum, nam Inquisitorum est iurisdi-
422 ctio,& non Consultorum,& quòd illud iam per proceres supremi,generalisq; Inquisitionis Senatus decretum est,vt ipsi Inquisitores, auditis peritorũ suffragijs, actorumq; meritis radicitùs inspectis, fidei causas meliùs & certiùs diffinire valeāt: & hoc nostris præsertim temporibus, quando hæreticæ prauitatis Inquisitores
423 sint iuris periti,& non Theologi, unde meritò Consultorum vota & suffragia sunt consultiua, & non decisiua, & hoc iure vtimur de communi vsu & consuetudine; quæ sanè est optima legum interpres.l.si de interpretatione.ff.de legib.cap.cum dilectus.de consuet.

424 Si hæreticæ prauitatis Inquisitores suo,vel Consultorum consilio ducti,in diffiniẽdis fidei causis errauerint,animaduersione digni sunt; neque peritorum suffragia eos excusant.l.quidam decedens.§ pater.& l.Titium & Meuium.in prin.ff.de excus.tut. Et hoc tenuit Bart.allegando ista iura in l.si conuenerit. num.4.ff.de re iud.vbi latè Alex.& idem Bar.in l. 1.§.si plures.num. 10.ff.de exerc.act.Bald in l.manifestissimi.§.pen.in fin. C.de furt.Anton.in cap.intimasti.colum.2.de appella. Abb.in cap.si pro debilitate. Vbi plenè Decius nu.10. de offic.

de offi.deleg. Et idem Decius in l.consilij non fraudu-
lenti.nu.3.ff.de reg.iur.Felin.in c.de quarta.nu.28.de
præscrip. Albert.in c.1.q.10.nu.4. cum sequen. de hæ-
ret.lib.6.& de agnosc.asser.q.26.num.10.Iac. Sept. in
Inst.catho.c.41.nu.12.Et plenius Tiraquell.post leges
connubiales.gl.4.

425 Ratio enim manifesta est. Quia explorare quis apud
seipsum debuerat, an consilium illud sibi expediret,
uel non. l. 2. §.fin.ff.mand. l. consilij.ff.de reg.iur.cum
426 consilium neminem necessitet. c.cum olim.de arbitr.
c.quod præcipitur. 14.q.1.Et est ignorantia iuris, quæ
427 neminem de excusat.l.2.l.cùm quis.C. de iur. & fac.
igno.l.iuris ignorantia. C. qui admit. ad bon.posses.l.
leges sacratissimæ.C.de legib.c.ignorantia.de reg.iur.
lib.6. Ob id meritò Quintus Mutius Iur. consul. Ser-
428 uium Sulpitium reprehendit, dicens: Turpe est Patri-
tio & nobili uiro ignorantia iuris, in quo uersatur, vt
refert Pomponius in l.2.§.Seruius autem Sulpitius.ff.
de orig.iur.

429 Sed si quæstio esset nimis difficilis & ardua, pro-
pter facti contingentiã, uel uarias Doctorũ opiniones,
aliquo modo, Inquisitores ob iuris obscuri ignorantiã
excusantur, gl.est sin.communiter recepta in uerb. vi-
debitur.in prin.Instit.de oblig.quæ ex quasi delict.nas.
vbi subdit exẽplũ circa intellectũ legis, Gallus.ff.de lib.
& posthu. Illã gl.allegat ad hoc Bal.in l.mancipia.nu.3.
C.de seru.fugi. Io.de Imol.in l.4.§.in eũ qui.ff.de dam.
infect.Ias.in l.1.nu.22.ff.de trãsac.& in l.cum prolatis.
nu.18.ff.de re iud.Fel.in c.1.nu.15.de re iud.& in c.de
quarta.nu.27.de præscrip. & in c.quoniam.nu.7.cum
30 seq. de simon.ubi regulã, & plures fallentias scripsit,
Hyppo.in pract.§.nunc uidendum. num. 17. cum seq.

431 Iudices verò imperiti & ignari,pro ut sunt Pręsides prouinciarum,vulgò Gubernatores,qui nō prohibentur esse iudices.l.certi iuris. vbi gl. C. de iudic. c. sciscitatus.vbi Abb.& Dec.de rescrip.Et idem Dec.in rub. de fide instr.in decretal. num.27. sequendo consilium
432 etiam iniustum sui Assessoris,in syndicatu non puniuntur.Bar.in l.statutis.C.de sent. ex breuic.recitan. gl. Bart.& alij.in l.2.ff.quòd quisque iur.Fel. in d.cap. de quarta.nu.28. Anto. de But. in d.c.cùm olim, in fine. Catelianus Cotta in memorabil. suis. verb. statuto Mediolanensi. Albert.de agnos.asser.q.26.num.14.& in c.1.q.10.nu.9.de hæret.lib.6.ubi allegat Bart. idem tenentem in l.expertes.C.de decur.lib.16. In quo loco nullum verbum de re illa scripsit.

433 Denique hunc mirabilem effectum Consultorum, nempe consilium ēt iniustū operatur:ꝙ propter errorem non est in Inquisitoribus præsumendus dolus;sed tantùm culpa. glos. in l. 2. §.qui magistratum.ff.quod quisq.iur.Bart.in d.§.si plures. Ang. sing. in l. sed si lege.§.scire.ff.de pet.hęred.Ias.in l.iuris ignorātia.nu. 9. & in l.si conuenerit.nu.18.ff.de re iud.Fel.in d.c.1.nu.
434 28.& Albert.in d.q.10.nu.16.Præsertim quòd Consultores non sunt ab Inquisitoribus, sed à Præside supremi generalisq; Inquisitionis Senatus electi; arg. tex.in l.j.& 2.ff.de offi.Asses.l.j.ff.de inst.action.l.si procuratorem. §.si tutores.ff.mand. Alex. in l. properandum.§.sinautem alterutra parte.C.de iud.Alber.in d. q.10.nu.12.

435 Rectius tamen & vtilius esse censeo,in rebus arduis & ambiguis,vt in captura nobilium & religiosorum,& in relaxatione reorum, vt nuperrimè per epistolas supremi Senatus decretum fuit,ad superiores negotium

omni-

omnibus meritis atque suffragijs instructum remittere, & ante eius executionem eos consulere. l. solent. l. si quid erit. ff. de offi. proc. & leg. hoc verborum tenore, Si quid erit quod maiorem animaduersionem exi-
436 gat, remittere legatus ad proconsulem debet. l. diui fratres. l. ad bestias. ff. de pœn. l. 1. & l. fin. C. de relat. ca. Inquisitores. de hæret. lib. 6. ibi, tenebitur sedi Apostolicæ nuntiare. c. fin. ubi Abb. nu. 14. de re iud. Et id habetur Exod. cap. 18. ibi, maiora autem referant ad te. Ia. Sep. in Enchi. tit. 7. nu. 6. & in instru. Granatæ, anno. 1499. c. 13. & Hispalen anno, 1500. & de Madrid. anno, 1561. c. 5. & 66. In quacunque verò causa, etiam
437 minima, si Inquisitores & Ordinarius, vel alter eorum discordant, processus sufficienter instructus ad Inquisitorem generalem, & proceres supremi Senatus Inquisitionis remittendus est. c. per hoc. de hæret. lib. 6. c. ab arbitris. de offi. deleg. eo. li. 6. l. duo ex tribus. ff. de re iud. l. si in tres. ff. de recep. arbit. c. fin. vbi Abb. & alij, de re iud. d. instruct, de Madrid. c, 66. quod in sacro Inquisitorum foro nimis vsitatum est.
438 Quod solummodo in causis fidei procedere intelligẽdum est, in quibus Inquisitores sunt iudices Apostolicæ sedis delegati ad vniuersitatem causarum. gl. in verb. ipsorum. in clem. nolentes. de hæret. Ioan. And. Perus. & alij in cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. contra Archid. ibi. Abbas in cap. causam matrimonij. num. 7. de offi. deleg. & in c. cum. i. & a. nu. 9. & in c. fi. nu. 14. & 19. de re iud. & in cap. causam restitutionis. in princ. de in integ. rest. Decius cons. 137. & diligenter. numero 3. Villadieg. de hæret. quæst. 23. num. 6. dixit esse cõem. Alciat. in rub. de offi. ord. in antiq. nu. 19. Ia. Sep.
439 in Inst. catho. c. 34. num. 6. Nam Inquisitoribus iu-

risdictio simul & in solidum competit.cap.ut officium. c.ut cõmissi.in prin.de hære.lib.6.Abb.in d.c.fi.nu.19. & in d.c.cãm matrimonij nu.10.ubi pleniùs Dec.& Albert.in c.1.q.6.de hæret.lib.6.Dicimus in solidum,si solus iurisdictioni in diffiniendis fidei negotijs præest, nã
440 collega in ciuitate,uel territorio existens, nullum in causis iã decisis suffragium habet:ut cautũ est in 4. instruc.Tolet.c.j.quam refert Iac.Sep.in Insti. cath.c.34. nu.17.Quod nuperrimè per epistolas supremi Senatus sanctæ Inquisitionis comprobatum est. Sin autem oẽs
441 essent præsentes, alter sine altero ad capturam reorum,publicationem testium, torturam, purgationem indicendam,atq; sñiam diffinitiuam proferendam minimè procedat.ut in cle.1.de hæret.& in d. 4.instruct. Toletan.& in alia Granaten.anno 1499. c. 1. & in alia de Madrid,anno 1561.c.32.& c.48. Et quod ad Ordi
442 narios attinet, Inquisitores iurisdictionẽhabent cumulatiuam,& non priuatiuam,in his tantùm articulis, uidelicet in proferendis sententijs tormentorum; & alijs tam diffinitiuis,quàm ab instantia iudicij. In om
443 nibus uerò aliis articulis Inquisitoribus competit iurisdictio priuatiua & non cumulatiua.clem. 1.§.1. de hæret. extrauag.Bonifacij Papæ. viij. Ex eo quòd de hæret.inter comm.ibi, dummodo teneantur sibi inuicem communicare processus.

444 In alijs enim causis ciuilibus, ac criminalibus non tangentibus fidem, Inquisitores sine Episcopo procedunt.quia earũ cognitio potiùs ex Regia, quàm Apostolica autoritate cõpetit,uel ex diutina consuetudine, præsertim in hoc regno Valentiæ, Aragoniæ,& in principatu Cathaloniæ; quæ sanè consuetudo iurisdictionem tribuit.l.prima,& fin.C.de emanc. liber.cap.dilecti.

cti.de arbit.c.irrefragabili.de offi.ordin.cap.cum contingat.de foro com.Proh dolor,nostra hac tempestate huiusmodi iurisdictio,quàm destructa,debilis,& infirma sit aliquorum incuria, non sine paruo negotiorum fidei detrimento referre pudet. Verissimam hac
446 in re philosophi sententiam non temere censeo, scilicet, accidentia plurimum conferre ad res peragendas,vt inquit philos.j.lib.de anima.& refert Bal in l.con uenticula.nu.7. in fin. C. de Epis.& cler. Nam oēs iudi
447 ces tenentur suam defendere iurisdictionē pro virib. pęnali iudicio vsque ad sanguinis effusionem.l.1.ff.si q. ius dicen.non obtem.l.obseruandum.ff.de offi.præsid.
448 In causis huiusmodi diffiniendis, quod à maiori Inquisitorum parte fuerit iudicatum, habita etiam discordia, sine remisione executioni tradendum est. l. Pomponius.vbi gl.& dd.& l.duo ex tribus.ff.de re iud. l.si pater.ff.de liber. caus. Ita anno præterito per prudentissimos fidei defensores supremi Senatus proceres fuit definitum: vt habetur. 2. vol. literarum huius sancti officij Valen.fol.190. Quod ipsiusmet principis præceptum esse censetur,cùm sint de latere principis. Et quòd huiusmodi decretum legis autoritatē & vim
449 in omnibus alijs similibus causis obtineat, est. l. fin. C.de legib.§.sed & quod principi placuit.Instit.de iur. nat.gen.& ciuil.c.in causis. de re iud. c. consultationi. de frig.& malefi.
450 Pręterea,ut ad nostrū principale institutum reuertamur,uidelicet,qui factū hęreticū confitetur,prauamq; intentionem,& credulitatem abnegat, tanquam negatiuus,& uerè hæreticus,est relaxandus. Hæc siquidem conclusio subtili iuuatur ratione. Ex pluribus actio-
451 nibus fidei cognoscitur fides, cū fides sine operibus

ſit mortua,vt dicitur in epiſtola D. Iacobi. cap.2. & in
cap.Sicut urgeri. 1. q. 1. & in cap. non eſt mirum. de
452 pœnit.diſt.2. Iuſtus euim ex fide viuit.ad Hæbr. ca.
10. cap.vbi ſana fides,24.q. 1. Et ſine fide impoſſibile
eſt placere Deo. 1.Pet.2. Vnde dicit Chryſoſt. quem
refert Card.in clem.uni.num.5.de ſum. Tri. & fide ca-
453 tho.quòd fides religionis catholicæ eſt lumen animę
oſtium vitæ,& fundamentum ſalutis ęternæ.Itaq; con
feſſio exterior fidei, ſiue fiat verbis, ſiue operibus, aut
alijs ſignis,eſt actio fidei,ut dictum eſt: ergo ex operi-
454 bus & actibus exterioribus cognoſcitur fides, quæ
455 eſt in mente,& per contrarium infidelitas. Nam co-
gnito vno de contrarijs,cognoſcitur & reliquum.l.etſi
contra tabulas.in fin.ff.de vulg. & pup.l. ſi hæres inſti-
tutus.ff.ad l.falc.l.Si mandato.§.quoties. ff.mand.cum
contrariorum,iuxta regulam vulgatam, eadem ſit di-
456 ſciplina,quoad cognitionem.l.j. vbi Bal.ff.de his qui
ſui,uel alien.iur.ſunt.& in prin.Inſtit. eo.ti.& de tutel.
457 in prin.quia quod operatur propoſitum in propoſi-
to, idem operatur oppoſitum in oppoſito. l.fin.§.fin.
qui ita ſummatur.ff.de legat.3.§. plus autem.Inſtit. de
458 action. Etſi contingit vnum oppoſitorum eſſe mul-
tiplex, reliquum per conſequens eſt multiplex. l. cum
proponebatur.vbi glo.ff.de legat.2. quam allegat Bal.
ad ſing.q.in l.fi.C.de fideic.Alex. in rub.ff.de acq.poſſ.
459 Rectè igitur prædictum argumẽtum ſequitur, cùm
hæreſis ſit ſpecies infidelitatis,quæ opponitur fidei. S.
Tho.2.2.q.10. Card. de Tur. Crem. in ſum. de Eccle.
460 lib.4.par.2.cap.1.& ca.6. Id verò intereſt inter infi-
delitatem & hæreſim, quod inter genus & ſpeciem,
nam ad poſitionem generis non ſequitur poſitio ſpe-
ciei.l.fin.C.de reb.alien.non alien.glo.in l.ſi cauſa co-

gnita.

gnita.C.de transſ.alia glo.in §.plebiſcitum.Inſt. de iur. nat.gen.& ciuil.Decius in l.in toto.ff.de reg.iur. latius ipſe retuli in mea Epitome ſucceſſionum. cap. 19.nu. 8.cum ſequen. Iſta conſequentia non eſt bona, quia fallibilis eſt iſte infidelis,ergo eſt hæreticus,non ſequitur;ex eo quia poterit eſſe Sarracenus,uel paganus, &
461 non baptizatus. Ad hoc autem vt aliquis ſit hæreticus,requiritur quòd ſit baptizatus, vt ab Inquiſitoribus poſſit puniri.cap.contra Chriſtianos.de hæret.lib. 6.cap.maiores. §.ſinautem. de bap.c.qui ſincera.cap. licet.45.diſt.glo.in Clem.vni.de vſur.Villad.de hæret. q.2.in prin.Nam de his qui foris ſunt nihil ad nos.Pau. Apoſt.prima ad Corin.c.5.& ca. gaudemus. de diuor.
462 Neque iſte qui non eſt baptizatus poteſt dici diuiſus ad Eccleſia,quia nunquam in ea fuit. d.cap.gaudemus.de diuort.c.multi. 2.q.1.Et nullus inuitus ad fidẽ
463 eſt cogendus.cap. maiores.§.item quæritur.de bap. c.de Iudæis.45.diſtin. Alber.de agnoſ.aſſer.q.30.num. 10.pleniſsimè Ferd. à Loazes in ſuo tract. de conuerſ.
464 infid.E contra affirmatiuè, ſpecies rectè comprehenduntur ſub genere.l.2.§.doli mali. ff.de ui bon. rap.l.ſi quid earum.§.doli mali, ff. de vi bon. rap. l.ſi quid earum.§.j.ff.de legat.3.& ita, eſt hæreticus: ergo eſt in-
465 fidelis,rectè ſequitur. Negatiuè verò de ſpecie ad genus argumentum minimè procedit, ſed è contra. l. duobus.§.ſi quis iurauerit.ff.de iur.iuran.gl.& Ang.in d.§.plebiſcitum.veluti,non eſt hæreticus, igitur neque infidelis,non ſequitur, per ſupradicta, ſed è conuerſo.
466 Error quoque reſpectu hæreſis eſt genus, & ob id ſpecies continetur ſub genere. l. fin. C. de reb. alien. non alien. ut puta, omnis hæreſis eſt error, & non
467 vice verſa, cum hęreſis ſit falſum dogma fidei or-

thodoxæ repugnans. capit. hæc est fides. 24. q. prima vt plenius in princ. exposuimus. Error verò est falsi,
468 pro vero approbatio, vel aliter vera pro falsa, aut falsa pro vera assertio, vel certa pro incerta, aut incerta ꝓ certa affirmatio, docet August. in Enchir. cap. 17. & in lib. de Academ. optimè declarat Card. de Turr. Crem. in sum. de Eccl. lib. 4. part. 2. cap. 1. & 11. Archiep. Flor. 2. par. sum. tit. 12. cap. 5. in princ. & Alphon. de Castro. aduersus omnes hæreses lib. 1. cap. 1. pag. 12. & in 2. li. verb. anima in fine. pag. 285. l. error. C. de iu. & fac. ign. l. errore. C. de testam. l. 1. C. de errore cal. l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. vt sunt errores circa interpretationem iuris Canonici, vel Ciuilis, de his quæ fidei catholicæ non sunt contraria, & errores de rebus naturalibus, ut de numero elementorum, de effectu & ordine syderum, & de figura cœli: vel de generatione & natura animalium, de quibus fides orthodoxa nihil contrarium asserit, seu de alijs scientijs.

469 Itaque hæreticum non facit quicunque error, veluti si quis affirmauerit terram sole esse maiorem, contra communem Astrologorum sententiam, qđ refert glos. in cap. solitæ. de maio. & obed. in verb. inter solem & lunam. Et quamuis sit error hoc asserere, non ob id est hæresis, quia non est de his quæ sunt fidei. Sicque non omnis error est hæresis, sed omnis hæresis est er-
470 ror, cum hæresis sit species, quæ sub suo genere continetur. Ita Archiep. Flor. vbi supra. & Castro in d. pag. 185. Albert. in rub. de hæret. lib. 6. q. 2. num. 47. melius in cap. 1. q. 13. num. 9. cum sequen. & de agnos. asser. q. 1. num. 3. & q. 6. num. 8. Iac. Sep. in Inst. catho. cap. 24. num. 5. & in Enchi. tit. 24. num. 5. & tit. 48. num. 2. & 3.

471 Aliud etiam inter errorem & hæresim est discrimen. Hæresis, vt pluries dictum est, habet principium, & complementum: principium in intellectu, cõplementum in voluntate: hæresis enim secundum dom. Hieronymum super episto. ad Galat. & habetur in cap. hære
472 sis. 24. q. 3. ab electione dicitur: quia vnusquisque eã eligit disciplinam, quam putat meliorem, electio autẽ habet firmam animi & voluntatis adhæsionẽ: in errore verò non est uoluntas, ut inquit Iureconf. nihil tam
473 contrarium est voluntati, quàm error. l. non fatetur qui errat. ff. de confes. l. Si per errorẽ. ff. de iur. om. iud. Et in hunc modum intelligendnm est vulgatum dictũ D. Augustini libro. 1. de Trinit. errare potero, sed hæreticus non ero. de quo supra latiùs. num. 47. & sequent.
474 Vel aliter dicendum esse arbitror, quòd propriè propositio hæretica est illa, quæ in aliquo aduersatur articulis fidei, uel sacramentis Ecclesiæ, uel eius traditionibus aut diffinitionibus, uel concilijs generalibus legitimè congregatis, in his quæ ad fidem pertinent. cap. ad abolendam. in prin. de hæret. Innoc. Io. de Imol. & alij in c. j. de sum. Trin. & fide cath. Iac. Sep. in Enchi
475 rid. tit. 24. in prin. Sed si aliqua in sacra pagina proponuntur credenda, non principaliter propter se, sed propter aliud, & de re non graui & ponderosa, assertio cõtraria potiùs erit error, quàm hæresis. Veluti si quis errore etiam cum credulitate ductus dixisset Isaac nõ fuisse filium Abrahæ, quod est falsum & sacræ paginæ contrarium, ut Gen. cap. 21. uel quod Thobias non habuit canem, uel Aaron, quòd non habuit barbam: iste est propriè error, & non hæresis, uel dicere quòd non corrumpunt bonos mores colloquia praua, contra assertionem Pauli Apostoli. j. ad Corint. cap. 15. quia ista

non

non sunt principaliter de his quæ ad fidem pertinent, & non sunt de re graui & ponderosa, ut uoluit Albert. in d.q.13.num.14.& de agnos.asser.q.30.num.15.quapropter hunc absolutione & reconciliatione non indigere arbitror, data etiam credulitate, qđ lõgè aliter esset, si assereret non esse Purgatorium, aut non esse necessariam confessionem uocalem, uel aliud quid simile hæreticum formale.

476 Eruditissimus uerò dominus Iac. Sept. Episcopus Pacen.in suo Enchir.titu.24.num.5.inquit, quòd erronea propositio, in quo ab hæretica differat, Theologi certant, & adhuc sub iudice lis est. Erronea quidem

477 propositio minùs significare uidetur, quàm hęretica, & ea fortè est, quæ continet errorem contra ueritatẽ aliquam, nondum plenè ab Ecclesia diffinitam, uel obscuram, & non omnib.manifestam. Quam theoricam iuri & rationi consonam esse censeo, quamuis in iure

478 reperio hæresim & errorem esse nomina synonyma, idem iuxta subiectam materiam significantia, ac iura uno pro alio: & uice uersa passim utuntur, ut patet in cap.ad abolendam.& in cap.excommunicamus. 2.§.fi. de hæret.cap.accusatus.§.ille quoque.eod. tit. lib. 6.& in extrauag.vas electionis.eod.tit. inter com.

479 Solet simili modo in dubium verti, in quo secta ab hæresi differat. Qua in re dicendum est, quòd secta tã quam genus comprehẽdit sub se plures species, uidelicet, hæreticos, Iudæos, Sarracenos, Gentiles, & alios infideles: sed hæresis tantum Christianos comprehendit

480 cap.accusatus.§.cui uerò.de hæret.lib.6.glo.in uerb. secta.in clem.ne in agro.§.statuimus. de stat. monach.

481 gl. in cap. quibusdam.32.distin.Nam sicut hæresis di

482 citur ab eligendo, ita secta à sequendo. Secta autẽ est quidam

quidam habitus animorum ad malum, circa falsam disciplinam; & ita ij dicuntur secti, idest, separati, seu diuisi ab vnitate Ecclesiæ & fidei. Ita Isidor. in lib. Etymolo. S. Thom. 2.2. q. 11. art. 1. & 3. Card. de Turr. Crem. in sum. de Eccl. lib. 4. par. 2. cap. 4. Alberi. de Rosate in suo dictionario, uerbo, secta. Castro lib. 1. cap. 1. aduer. om. hæreses. Aiberti. in rub. de hæret. lib. 6. q. 2. in prin.

483 Multoties uerò secta capitur pro religione. l. falsi qui dem crim. ibi, secta mea non patitur. C. de fal. l. fi. C. de pact. in fine, ibi, secta temporum nostrorum non patitur. iuncta. l. uni. C. de Senat. consul. Clau. tollen. ibi, religio temporum meorum nullo modo patitur. l. in honoribus. §. philosophis. ff. de uacat. & excus. muner. Alberic. in d. uerb. secta. Lucas de Penna. in l. 2. C. de delator. lib. 10.

484 Maximum etiam discrimen est inter hæreticum & apostatam. Apostata enim uox Græca est: Latinè uerò sonat, defectio, & ita omnis apostata est hæreticus: non tamen è cōtra, omnis hæreticus est apostata. Ideo
485 apostasia deterior est quacunque hæresi; loquimur tamen de proprio apostata, qui est ille qui in totum à fide Catholica recedit: ut fuit Iulianus apostata. c. non potest. 2. q. 7. ca. Iulianus. 11. q. 3. Diffinitio autem propria apostasiæ est, temerarius à statu fidei catholicæ recessus, taliter quod à fide orthodoxa in totum recedat. Veluti si aliquis de Christiano Iudæus, uel Sarracenus efficiatur: ut sunt omnes neophyti huius regni Valentiæ, qui potiùs apostatæ, quàm hæretici sunt censendi, quia in totum à fide catholica recedunt. Hæreticus
487 uerò in aliquo, uel aliquib. fidei articulis errat, & non in totum à fide deuiat. cap. non potest. 2. q. 7. cap. beatus. 3. q. 4. cap. non obseruetis. 16. q. fi. cap. contra Christianos.

ſtianos.de hæret.lib.6.l.1.C.de apoſtat.Innoc. Abb.& alij in cap.1.de apoſtat.Bart.in rub.C.de apoſta.Anan. in rub.de ſciſmat. S.Thom. 2.2.q. 12.art.1.Alex.de Ales.2.part.q.183.Alfon.Caſtro.de iuſta hære.punit. lib.1.c.7.& 23.Lud.Carer.de hæret. §.circa ſecundum. num.73.Paul.Grillan.de hæret.q.2.num.8. Villadi.de hæret.q.20.Albert.in rub.de hæret.lib.6.q.11.num.4. Iac.Sept.in Inſtit.catho.cap.7.& in enchiri.tit.4. Hoſt. Sylueſt. atque alij ſummiſtæ in verbo apoſtaſia.

488 Veruntamen gloſ.1.in cap.1.de apoſtat.quam Doctores modò citati ſequendo referunt,inquit,quòd triplex eſt apoſtaſia. Prima, quando omnino receditur à fide,de qua eſt noſtra controuerſia: Secunda eſt inobedientiæ,qua quis ſpõtè tranſgreditur præceptum Dei, vt patres noſtri Adam & Eua, Gene. cap.3.cap.ſi quis venerit.cap.illud.de maior.& obedien. Tertia eſt irregularitatis,qua retroceditur ab ſtatu ordinis, vel reli-
489 gionis.cap.1.& 2.de apoſtat.cap.placuit.& cap.fi.50. diſtin.Prima verò apoſtaſia & hæreſis à pari procedũt, eiſdemq; pœnis puniuntur.Contra tamen hos apoſtatas à fide catholica recedentes tanquam contra veros & formatos hæreticos Inquiſitores hæreticæ prauitatis procedunt.l. nos reddentes. §. manifeſtum. C. de ſum. Trin. & fide catho.ibi,Iudaicæ atque apoſtaſiæ.c. contra Chriſtianos.de hæret.lib.6.& patet in ſupraſcriptionibus tex.cap.filij,vel hæredes.& cap.vt commiſſi. de hære.lib.6. vbi dicitur Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis. Denique vt vnica omne apoſtaſiæ genus diffinitione amplectatur, dicendum eſt, quòd apoſtaſia
490 eſt temerarius à ſtatu fidei, obedientiæ, vel ordinis receſſus;quæ diffinitio ex iuribus ſupra citatis probatur.

Non

491 Non verò me latet vltra differentiam heresis & apo stasiæ superius à me relatam, Matthæ. de Afflictis in consti. Neapo. lib. 3. rub. 3. in prin. alias differẽtias, meo iudicio non iuridicas, scripsisse. Quarum prima est, ꝙ hæretico pœnitenti ac conuerso Ecclesia non claudit gremium suum. cap. ad abolendam. de hæret. sed apostatis pœnitentibus & conuersis non parcit. l. 2. & l. hi
492 qui. C. de apostat. Quod omnino falsum esse censeo per text. expressum in c. a nobis. de apostat. ibi, vita sibi misera reseruetur, vbi gl. & dd. Delicti tamen veniam pœnitentibus non negamus, ait Imp. in l. Manicheos. C. de hæret. cap. quod quidam. de pœnit. & remis. cap. vni. de schismat. li. 6. reg. peccati venia. de reg. iur. lib. 6. Hierem. cap. 3. dicens, tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Et proph. Malach. cap. 3. Reuertimini ad me, & ego reuer tar ad vos. cap. reuertimini. 16. q. 1. Epistola, Inter claras. in fin. C. de sum. Trinit. & fide cathol.
493 Aliam etiam differentiam refert idem Matth. de Afflictis. in loco supra citato num. 3. dicens, quòd contra hæreticos mortuos potest procedi, ut damnetur eorũ memoria, & etiam respectu bonorum vsque ad triginta annos. l. Manichæos. C. de hæret. notatur in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. ut concludit Alberi. de Rosat. in l. 1. C. de apostat. sed contra apostatam mortuum solũ intra quinque annos põt procedi, post quinquennium verò talium memoria non accusatur. Poterat Afflictus
494 allegare tex. in l. 2. C. de apostat. vbi Bart. & Salyc. dicunt, nota ex ista. l. ꝙ leges & canones, qui disponunt quòd de crimine hæresis potest cognosci post mortẽ, debent intelligi intra quinquennium, quod tene menti propter Inquisitores, qui inquirunt post mortem, &

publicant bona. idem tenuit ipse Bart. & Alex. in l. fin. ff. de sicar. & Phil. Fran. in cap. 2. de præscrip. lib. 6. & gl. sing. in l. Manicheos. C. de hæret. & Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, che hai tradita la tua patria. nu. 17. Rom. singu. 431. incip. de crimine. Thom. Gram. decis. 105. incip. magnificus. num. 22. Et hanc affirmat esse * communem opinionem Fran. Balbus. de præscrip. par. 2. 5. par. prin. q. 1.

495 Contrarium verò expresse probat tex. in cap. 2. de præscrip. in 6. quòd bona hæreticorum, etiam si nunc detegantur hæretici extitisse, publicari debeant, dummodo bona fide à filijs, uel alijs quadraginta annorum spatio, & non minori tempore, eorum bona non fuissent possessa. quo casu propter huiusmodi præscriptionem, bona non publicarentur, ut est glos. ad id in verb. post mortem. in cap. accusatus. §. in eo verò casu. de hæret. in glo. 6. in summ. 24. q. 3. Angel. & Alberic. in l. 1. C. de apostat. Abb. in cap. cum nobis. num. 8. vbi Felin. num. 11. & 12. de præscrip. licet nitatur hoc soluere distinguendo inter ius ciuile & canonicum. Corrad. Bru. de hæret. lib. 5. c. 17. Villadiego. de hæret. q. 22. Repert. Inquisit. verb. præscriptio. uers. sed dato quòd quadragenalis. Iac. Sep. in Inst. Catho. cap. 7. num. 4. & meliùs. cap. 17. nu. 7. affirmans hanc opinionem esse veriorem: & allegat ad id instruct. Hispalen. 1. c. 20. Quam quæstionem in sex conclusionibus vberrimè examinauit Licentiatus Quemada in suis quæstionibus. q. 16.

496 Hæc tamen opinio vltima mihi semper placuit, propter tex expressum in d. cap. fin. de præscrip. in 6. cuius dispositio in vtroque iure est seruanda, cùm ad Ecclesiam pertineat huiusmodi criminis cognitio. cap. ut Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6, Bald. in l. priuilegia.

uilegia.num. 3.C.de ſacr.ſanct.Eccleſ. gloſ. in cap.poſ-
ſeſſor.de reg.iur.in 6.gloſ.in §.hactenus.Inſtit.de gra-
dib.affin. Abb.in cap.fi.de præſcrip.Felin.in cap. 2. nu.
3.de teſtib.& in cap.Ecclebaſanctæ Mariæ.num.42.de
497 conſtit.Nam,ut inquit gloſ.fin.in cap.fin.29.diſt. ine-
ptè agunt qui ad canones & leges concordãdas dicũt,
aliud eſt ſecundum leges, & aliud ſecundum canones.
Quam gloſ.refert Iaſ.in l.filium quem habentem.num.
28.C.famil.herciſcun.& in auth.nouiſſima. C.de inoſ.
teſtamen. Et ego id latiùs retuli in mea Epitome ſuc-
ceſ.cap.8.num.10.cum ſequent.

Omnes denique differentias inter hæreſim,& erro-
498 rem, ſectam, atque apoſtaſiam latè ſupra ſcripſimus;
modò quid interſit inter hæreſim & ſciſma, eſt uiden-
dum. Diuus Hieronymus in Epiſtola.j.Pauli ad Titum.
cap. 3.huiuſmodi differentiam ſcripſit,dicens,inter hæ-
499 reſim & ſciſma hoc intereſſe arbitror, quòd hæreſis
peruerſum dogma habeat, ſciſma propter Epiſcopa-
lem diſſenſionem ab Eccleſia pariter ſeparat. & habe-
tur in cap.inter hæreſim & ſciſma. 24. q. 3.ſciſma enim
500 nomen Græcum eſt, Latinè ſciſſuram ſignificat. cap.
ſciſma.cap.quicunque.24.q.1.Eſt autem ſciſma ſecun-
dum Hoſtien.in ſum. de ſciſ.in princ. illicita diuiſio per
501 inobedientiam ab vnitate Eccleſiæ facta. quã diffini-
tionem probat.cap.loquitur.cap.alienus.24. q. 1.cap.
vni.in prin.de ſciſm.in 6.S.Thom.2.2.q.39.art.j. Alex.
de Ales.part.2.q.182.S.Bonauent.in 4.diſtin. 13. Vbi
Gabr.Biel.latius.q.2.Et Alph.de Caſtro aduerſ.hæreſ.
lib. 1.cap.9.Card.de Turre Crem.in ſum.de Eccle.lib.
4.par.1.cap.1.Archiepiſc.Flor.2.part. ſum. tit. 3.c.11.
Felician.Ninguarda,de hæret.art. 10.primæ confeſſio-
nis.fol.50.cum ſequen. Repert.Inquiſit. uerbo ſciſma.

Innoc.

Innoc. Abb. & Anan. in Rub. de ſciſmat. Idem Abb. in cap. quia diligentia. de elect. latius in lectura ſuper Cōcil. Baſilien. Paul. Grillan. de hæret. q. 2. nu. 6. Villadieg. de hæret. q. 3. Lud. Carrer. de hæret. §. circa ſecundum. num. 50. cum ſequen. Bal. in ſuo diuino conſ. ſciſmat. ti. C. ſi quis aliq. teſtar. prohib. Ioan. Lup. de reten. & iure regni Nauarræ. part. 5. §. 7. Bernar. Diez in pract. crim. canon. cap. 105. Albert. in Rubr. de hæret. lib. 6. 1. & 2. colum. Iac. Sep. in Inſtit. cathol. cap. 56. per totum, & in Enchirid. Inquiſit. tit. 5. Conrrad. Brun. de hæret. lib. 3. cap. 18. & in lib. 1. cap. 16. Dec. conſ. 151. incip. maximi ponderis. nu. 8.

502 Quæ ſanè diffinitio inter cæteras à Doctoribus relatas, præſertim à Turre Crem. ubi ſupra, ſufficienter comprehēdit uim & naturam proprij ſciſmatis, & cauſam eius originalem. Loco enim generis ponuntur illa uerba, illicita diuiſio, quia non omnis diuiſio eſt ſciſma, ſed illicita diuiſio per inobedientiam. Et poterit tribus modis diuiſio illicita contingere, ſeu conſidera-
503 ri. Primò largiſſimè dicuntur diuiſi omnes conſtituti in peccato mortali, quia ſunt extra charitatem. c. au-
504 di denique. 11. q. 3. cap. dixit. 24. q. 3. Secundò largè dicuntur diuiſi, ſeu ſciſmatici omnes excommunicati, quia ſunt extra Eccleſiam, & communionem fidelium. cap. ſi quem. de ſenten. excommu. cap. ad menſam. cap.
505 cum excommunicato. 11. q. 3. Tertiò propriè & ſtrictè dicitur diuiſus, & ſciſmaticus, qui ſpontè & intentione ſe ab unitate Eccleſiæ ſeparat, & ſummo Pontifici renuit obedire, ut fuerunt Ioannes & Petrus de Colūna. de quibus in cap. unico. de ſciſmat. lib. 6. & Epiſcopus Aquileien. de quo in cap. quia diligentia, de elect. & Guido, & Octauianus Epiſcopi. de quibus in cap. 1.

de

506 de ſciſmat. Nam de neceſſitate ſalutis eſt obedire ſummo Romano Pontifici.extrauag. Vnam ſanctam. de maior.& obed.inter commu.
507 Alij autem impropriè dicuntur ſciſmatici, nulliſq; pœnis ſunt obnoxij, quotiens ob ambiguã electionẽ duo aut plures de Pontificatu contendunt, vt tempore Vrbani Papæ vj. contigit, & vnus illorum, pro vero Pontifice,& Vicario Chriſti habebatur. Tunc etiam illum ſequentes non intendentes ſe diuidere ab Eccleſia Romana(vt fecerunt Græci tempore ſciſmatis)ſed ſemper vnitati Eccleſiæ inhærentes credunt electionem illam, tanquam canonicam probabiliter eſſe ſequendam.glo.ſing.in verbo.qui uerò.in cap.1.24.q.1. quam pro ſing.refert Abb.in rub.de ſciſmat. & in cap. quia diligentia.num.2.de elect.Paul.Grillan.de hæret. q.2.Lud.Care.vbi ſupra.nu.51.repert. Inquiſit. uerb. ſciſma. Franc. Marc. deciſ.949.incip.quæritur an ſciſmatici.num.5. Idem tenuit Caſtro aduerſus om. hære.lib.1.ca.6.& Picus Mirandul.de fide. Theorem.17. Sylueſt.uerb. ſciſma. quæſt.5.Iac.Sep. d.cap.56.num. 6.&in Enchir. tit. de ſciſmat.num.2. Turr. Crem. vbi ſupra. cap.10. & melius cap. 13. Archiepiſ. Floren. 2.
508 par.Sum. titul.3. capit. 11.§. 6. ſicut contigit anno. 1378. vt refert Platina in vita Vrbani. 6. & Turr. Crem. ubi ſupra cap. 12. & Bald. in d. conſ. ſciſmatis, & Archiep. Floren.in loco modo citato.cap.11.§.6.& Fran.Marc.deci.838.incip.quando aliquis eſt electus. aliàs.938.
509 Mortuo enim Gregorio. xi. Cardinales metu uel violentia forſitan coacti, quia Romani armati proclamabant ad Conclaue, *Romano lo volemo, almanco Italiano*, elegerunt in Pontificem Archiepi-

ſcopum Barenſem Italicũ, qui Vrbanus vj. fuit dictus.
510 Et lapſis aliquibus menſibus in ciuitate Fundenſi
Cardinales præfati alium in Pontificem elegerunt, qui
fuit uocatus Clemens. vj. qui tranſtulit curiam ſuam
in Auinionem, cui vniuerſa Hiſpania, Francia, & Ca-
thalonia obediebat. Vrbano uero vj. obediebat Ita-
lia, Alemania, & Vngaria. Quod horrendum ſciſma in
511 Eccleſia triginta annis, & ultra permãſit, ex eo quòd
ex una parte Vrbano ſucceſſit Bonifacius. ix. & Boni-
facio Innocentius, vj. & Innocentio Gregorius xij. Ex
alia verò parte Clementi ſucceſſit Petrus de Luna re-
gni Aragoniæ dictus Bened ctus. xiij. Sub his Grego-
512 rio xij. & Benedicto. xiij protenſum fuit ſciſma vſque
ad annum. 1410. quo tempore Piſis, per Cardinales
depoſitis illis duobus, videlicet Gregorio, & Benedicto
electus fuit in Pontificem Petrus de Candia ordinis
513 Minorum, Alexander. v. nuncupatus, quo mortuo
ſucceſſit Ioannes. 23. Bononiæ electus, cui omnes ferè
principes Chriſtiani, dimiſſo Gregorio & Benedicto,
obedientiam præſtiterunt. Et propter magnum ſcan-
dalum, quod in Eccleſia oriebatur, quia vltra Ioannem
23. Gregorius & Benedictus pręfati, pro ſummis Pon-
tificibus ſe gerebant, congregatum fuit concilium
Conſtantien. per Imperatorem Sigiſmundum, ubi
514 Gregorius. 12. ſpontè iuri ſuo renuntiauit. Ioannes
uerò. 23. & Benedictus. 13. fuerunt depoſiti, atque
communi voto totius concilij aſſumpti fuerunt ex
omni natione, uidelicet ex Hiſpania, Gallia, Alema-
nia, Anglia, & Italia, nonnulli prudentia, ac religione
præſtantiores uiri, qui ſimul cum Cardinalibus uo-
515 cem in electione ſummi Pontificis habuerunt. Tan-
dem communi uoto canonicè electus fuit in Pontifi-

cem Cardinalis Otho cognomento Columna, qui vocatus fuit Martinus Papa. v. quia in festo sancti Martini, in 11. Nouemb. anno Domini. 1415. fuit celebrata prædicta electio. Sic habitus fuit ab omni clero & uniuersis principibus Christianis pro uero & indubitato Pontifice Petri successore, ac Christi uicario, permanẽte in sua duritia & pertinacia Petro de Luna, Benedicto. xiij. nuncupato, in suo castro de Paniscola regni Va
516 len. Post cuius mortem à paucissimis fuit electus quidam canonicus Barchinonen. Antipapa dictus Aegidius, sed statim iuri suo spõtè renuntiauit, & omne scisma euanuit.

517 Vnde illi qui Vrbano. vj. prædicto, uel alij qui ex alia parte Clementi adhærebant, non fuerunt propriè scismatici, quia præter intentionem, & uoluntatem eorum fuit illa diuisio & scisma. at dubium erat, quis eorum rectè, & Canonicè fuisset electus. Et an fuisset metu, uel sine eo facta electio prędicta, & an ignorantia facti dubij excusaret credentes: quæ ignorantia prudentissimos sæpè fallit, ut inquit Iurisconsul. in l. secunda ff. de iur. & fact. igno. l. fin. ff. pro suo, & inferius est uidendum.

518 Aduertendũ tñ est, ꝙ qñ duo, uel plures in summos Pontifices, ut in scismate superius dicto, eligunt̃, Concilium gñale est congregandum, ad hmõi seditionem sedandam, & tunc ille erit uerus Romanus Pontifex, quẽ Concilium approbauerit. sing. est tex. in cap. si duo fortè contra fas. 79. distin. ubi glos. Hugo, & Archid. dicunt, quòd ad collegium Cardinalium pertinet in huiusmodi casu Concilium generale congregare: quem tex. pro sing. allegat ad hoc Abb. in ca. quia diligentia. nu. 3. de elect. & in c. licet de uitanda. nu. 8. eo. tit. dicẽs,

520 quòd in prædictis Concilijs Pisis, & Constantiæ congregatis, prædictus tex. ab omnibus iuris peritis, pro singulari fuit allegatus. Idem Abb. in cap. cùm venissent. num. 7. de Iudic. Archid. in cap. in fidei fauorem. de hæret. in 6. Turr. Crem. in d. Sum. lib. 4. par. 1. cap. 10. Archiep. Flor. in dicta. 2. par. tit. 3. cap. 11. §. 6. in prin. Franc. Marc. decisi. 937. in fine. & decis. 942. incip.
521 quæritur quando fit electio. nu. 2. nam non possunt esse simul duo Romani Pontifices: ut Cantic. ca. 6. una est columba mea, perfecta mea; una est matri suæ electa genitrici suæ. cap. aliud est, de consecr. distin. 4. cap.
522 loquitur. 24. q. 1. Pau. ad Ephes. cap. 4. unum corpus, unus spiritus, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus: & habetur id in c. hanc regulam. 1. q j.
523 & in dict. c. loquitur. Et quoniam sicut Domini uestimentum id est tunica scissa non est, ita neque Ecclesia scindi debet. c. sicut. 16. q. 7. quia est unum ouile, & unus pastor. Ioan. cap. 10. & in Nicena Synodo dicitur; Et unam sanctam catholicam, & apostolicam Ecclesiam. &c. Vnde inquit Bal. in c. pastoralis. nu. 7. de
524 rescrip. quòd scisma est uelut unum mõstrum in natura, sicut quando unum corpus habet duo capita, & ad id licet non allegauit, poterat tamen ipse Bal. allegare. l. queret aliquis. ff. de verb. sig. & l. non sunt liberi. ff. de stat. hom. qui tex. hoc exactissimè probant.

525 Hæresis autem & scisma secundum ea in quibus per se, & directè opponuntur, in hoc differunt. Nam hæresis per se opponitur fidei, scisma uerò opponitur vnitati Ecclesiasticæ charitatis. Quia sicut fides & charitas sunt diuersæ uirtutes, quamuis quicunque caret fide, careat etiam charitate: ita hæresis & scisma sunt diuersa, & quicunque est hæreticus, est scismaticus.

ticus: ſed non è contra. Verba ſunt formalia diu Thom.2.2.q.39.art.1. in fine, quem referendo ſequitur Archiep.Fleren.in d.cap.11.in prin.Turr.Crem.in dict.ſum.lib.4.par.1.ca.4.& 6.& Marian.Socin.in rub. de hæret.num.6. & in rub.de ſciſmat. nu. 5. Villadiego de hæret. q.3. Albert.in rub.de hæret. lib. 6. q. 11. num.2. Nam hæreſis,ut ſœpiſſimè dictum eſt,peruerſum eſt dogma circa ea quæ ſunt fidei: ſciſma verò,ut
527 in diffinitione ſuperius tradita, eſt quædam illicita ſciſſura ab vnitate Eccleſiæ, & ita eſt intelligendus tex.in dict.c.inter hæreſim & ſciſma. 24. q.3, quia hæ-
528 reſis ſe habet ad ſciſma per additionem, & omne quod ſe habet per additionem ad aliud (vt diui Thomæ verbis vtar) potentius, & efficatius eſt illo, cui additur, ſiue in bono, ſiue in malo. l. nunquam plura delicta.ff.de priuat.delict.l. & ſi contra tabulas. in fine. ff. de vul.& pubil.ibi,portio accreſcens auget. l. ſi hęres inſtitutus.ff.ad l.falcid.

529 Ob id maxima cum ratione ſciſma: maius peccatum eſt, quàm hæreſis, quia grauiori pœna punitur, iuxta illud Deuteron.cap.25.pro menſura peccati erit & plagarum modus: pœna enim delicto commen-
530 ſuranda eſt,l.reſpiciendum.ff.de pœn.l. ſancimus, C. eo. & ex genere pœnarum cognoſcuntur qualitates delictorum.l.nemo clericus.ubi Bal.num.6.C. de ſum. Trin.l.2. ff. de pub. iud. ſed ſciſmatis crimen grauiori vindicta punitur,ut patet in Nume. c.16.& in Deuter. c.11.& in Pſal.105.tranſumptiue in c.licet de vitanda. de elec.& in c.deniq; 7.q.1.& in cap.didicimus. 24.q.
531 1.ubi Dathan & Abiron, & Chore fecerunt ſciſma in deſerto contra Moyſen & Aaron, quærentes ſibi Ducatum & Principatum pro Moyſe uſurpare, &.

ſummum ſacerdotium pro Aaron, qui p.p hoc grauiter fuerunt puniti à Deo, quando vniuerſo populo ſeparato, à tabernaculis, Choræ, Dathan, & Abiron, con feſtim dirrupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiẽs os ſuum deuorauit illos, cum tabernaculis ſuis, & uniuerſa ſubſtantia eorum, deſcenderuntq; uiui in infernum. Et ſciſmatici etiam ipſo iure ſunt excommunicati. cap. quia diligentia. de elect. cap. 2. de ſciſmat. cap. de liguribus. 23. q. 5. Abb. in rubr. de ſciſmat. vbi plenius Maria Soc. in num. 7. Paul. Grillan. de hæret. q. 2. nu. 2. latiſſimè Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. cap. 18. Turre.

532 Crem. in d. Sum. lib. 4. par. 1. c. 8. ubi inquit, quòd ſciſmaticus eſt etiam deponendus, allegat cap. in nomine Domini. 23. diſtin. poterat etiam allegare, cap. ſiquis præsbyter. 11. q. 3. & c. licet. de elect. & cap. uni. de ſciſmat. lib. 6. idem uerò Cardin. Turr. Crem. in prædicto loco cap. 9. magiſtraliter. 22. ſciſmata ſcripſit quæ fuerunt in Dei Eccleſia: quæ nota, & tene menti.

533 Inſuper, ut ad meam ſententiam reuertar, quòd ex prauis & reprobatis actibus, præſumatur animus, probatur ſic. Voluntas & conſenſus interior interiùs operantur, ſi nihil exteriùs infunditur: & iſta uoluntas quò ad iuris effectum non eſt uoluntas neque conſenſus,

134 iuxta notiſſimam iuris regulam, qua voluntas in mente retenta, nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condic. ob turp. cauſ. l. ſi mater. C. de donat. ant. nup. l. quidam cùm filium. vbi Bar. ff. de hæred. inſtit. Sed quando voluntas operatur exteriùs, & ad facta procedit, validum

535 habet conſenſum. Nam in factis præſumitur animus & voluntas operantis, niſi in contrariũ ipſe fuerit proteſtatus. l. repetenda. C. de inſti. & ſubſt. ſub condi. fac. l. vnica. §. ſed & qui domini. ibi, fiant itaque ciues. C. de

latina

Latina libert.tollen.Quia voluntas in actibus humanis complendis debet esse extrinseca & sensibilis, & non interior & spiritualis,vel mentalis tantùm. l. Paulus.ff. rem ratam hab.l.recusari.vbi glo.& Bart. ff. de acquir.
536 hæred. Quæ sanè voluntas cùm sit inuisibilis, per actus exteriores cognoscitur, in quibus animi effectus exprimuntur.l.plures.§.si parentes.ff. de administ.tut. l.cùm debitum.C. de iur. deliber. Qui actus cum sint manifesta quædam signa interioris dispositionis,& verum experimentum animi & voluntatis est concorda-
537 re cum rebus sensatis.l.conficiuntur.ff.de iur. codicil. l.non aliter.ff.de leg.3. vnde colligitur quòd qualitas factorum apertè demonstret intentionem actorum.

538 Vsque adeo id uerum esse dicimus, quia ex propria vi & natura factum in se includit animum, & voluntatem: nam impossibile est probare animum à voluntate abesse. Hoc autem optimè probant duo iura sing.videlicet cap.tua nos.de sponsal.ibi,nec habebat propositum contrahendi,& ibi, qualiter constet nõ videmus. Vbi iudicatur validum & perfectum esse matrimoniũ, etiam si contrahens animum, & voluntatem contrahẽdi non habuisse affirmet.tex in cap.vidua.de regular.id etiam probat,vbi vidua, quæ spontè se ingerit actibus professarum,censetur professa, & non auditur etiam si probare voluerit, talem animum, & uoluntatem abfuisse.

539 Ex actu etiam nullo & inualido, ac minus solenni, agentis intentio, & uoluntas colligitur.l.fin.ff.de reb. eor.qui sub tutel.& cura sunt. l. qui testamento. ff. de fideicommis.libert.auth ex causa. C. de lib.præter.uel exhæred. & in facto etiam propter aliud emisso inest voluntas præsumpta.l.pro hærede.§.1.ff.de acq.hære.l.

cum debitum.C.de iur. deliber.vbi soluendo debitum hæreditarium animum adeundi hæreditatem habere uidetur.c.accedẽtibus.de priuileg.c.ex ore, de his quę fiunt a maior.par.cap.c.solicitudinem.de appellat.ubi si appellans ab inferiori,coram eo super concernentibus ipsam appellationem compareat, ipsi appellationi renuntiare videtur. Vnde in facto non propter se,sed propter aliud emisso, quadam iuris fictione agentis animus,& præsumpta voluntas inest.

540 Ex quo meritò à nostri iuris professoribus traditum est,contrahentem secũdum matrimonium prima vxore viuente,ab Inquisitoribus hęreticę prauitatis posse puniri,quasi non rectè sentientem de sacramento matrimonij.Ita Domin.& Phil.Fran.in c.accusatus.§.sanè nu.7.de hęret.in 6.allegando Lapum.ibi. Villadiego. de hæret.q.9.nu.5.Fel.in c.ad abolendam, in princ. de hæret.Franc.Squill.de fide catho.cap.15.nu.2.Alfon. de Castro.de iust.hæret.pun.lib.1.c.1.Conra.Brun.de hæret.lib.2.ca.2. Summa Rosella.in uerbo hæreticus. nu.6.Repert.inquisit.verb.hæreticus.ver.ex quibus supra traditis. Io.Lupus in d.cap.per vestras.§.12.num. 15.Lud.Carer.de hæret.§.circa secundum.num.60.in fin.Couarr.in 4.decretal.par.2.cap.7.§.3.nu.6.Alber. plenissimè omnium,de agnos.asser.q.23.per totam. q. Iac.Sep.in Enchi.tit.12.dicens,quòd omnino reijcien

541 da est opinio multorum distinguentium inter matrimonium occultum,vel publicum: quæ opinio omni ratione caret. Et ab eo illa opinio plenius fuit confutata,in Instit.catho.cap.40.nu.3.& hoc iure vtimur, siue matrimonium occultè,aut public fuerit contractum. Nam ad Inquisitores hæreticę prauitatis cognitio huiusmodi delicti pertinet,contra distinctionem per Doctores

ctores modò citatos relatam, inter publicum & occultum matrimonium: præserti m quia per concil. Triden. sess. 24. cap. 1. de reform. matrimonij. clandestina matrimonia sunt nulla.

542 Communiter autem iuris professores affirmant, cognitionem huius criminis esse mixti fori, & cõsequenter inter Inquisitores, Episcopum, & iudices seculares locum esse præuentioni, vt concludit Abb. per tex. ibi, in c. 1. de offic. ordin. idem in cap. cùm sit generale. de for. comp. & in cap. cum haberet. nu. 3. de eo qui dux. in matri. quam poll. per adult. Albert. de agnos. asser. q. 23. num. 76. & Couarr. in d. cap. 7. §. 3. nu. 6. allegando Rom. sing. 531. de qua re est. l. eum qui duas. C. de. adulter. ex qua. l. iuncta gl. in verbo infertur, cõtrahens secundum matrimonium, viuente prima coniuge, uer-
543 beratur, cum relegatione ad quinquénium, & amissione dimidiæ partis bonorum. Alex. optimè, consilio 165. uol. 7. Regia. l. 2. tit. 19. par. 7. De iure autem nouissimo regio regni Castellæ, contrahenti binas nuptias candenti ferro in fronte imprimitur litera q. vt habetur. lib. 6. tit. 15. libro 8. ordin. & l. 3. tit. 1. lib. 5. or-
544 din. Quidam verò putant prædictam legem vitio scriptorum esse deprauatam, & quòd in codicibus antiquis hoc signum. ij. erat positum, quasi duas haberet vxores, & ex his duobus characteribus. ij. in parte superiori iunctis, propter nimiam similitudinem, facta fuit litera q. Et ista pœna in regno Castellæ ad praxim recepta est. Didacus Couarruuias insignis Doctor, in d. cap. 7. numero septimo, in fine, refert in vetustissimis ordinationibus regni Castellæ loco literæ, q, signum ✠ inuenisse, quasi contrahens binas nuptias malè sentire videatur de signo crucis. In hoc ve-

rò regno Valentiæ est pœna pecuniaria mille solidorũ, cum relegatione à toto regno, & est forus. 44. Regis Iacobi. 1. sub tit. de criminibus.

545 De iure verò canonico per iudices ecclesiasticos publica ignominia imponitur. cap. de Benedicto. 32. q. 1. ubi glos. in uerbo, & caluatos. quia pannis abscissis, id est, de honestatis, vestes, & capilli inciduntur ante & retrò in ignominiam, etiamsi sit mulier. ca. Episcopi. 26. q. 1. cap. nuper. de bigam. refert Abb. in d. cap. cum haberet. num. 3. & Couarru. vbi supra. Vsus tamen obtinuit, hos, & sortilegos, ac diuinatores in scala ante portas ecclesiæ poni.

546 In sacrosancto Inquisitionis hæreticæ prauitatis officio, contrahentes binas nuptias, primis vxoribus viuentibus, fustibus cædi solent, cum relegatione ad tempus, ut refert Iaco. Sept. in Insti. catho. cap. 40. num. 1. in fine. sed in Enchirid. tit. 12. num. 6. inquit, quòd plebei flagellis cæsi ad remos, uel triremes dimittãtur; nobiliores verò alijs iustis pœnis coerceantur. Et quòd ad triremes hi condẽnentur, sic nuperrimè per æquissimos ac prudẽtissimos fidei defensores Regij senatus sacrosancti officij generalis Inquisitionis consiliarios superioribus hisce diebus decretum est. Quod sanè
547 decretum uim legis, & autoritatem Canonis, & constitutionis in omnibus alijs similibus causis obtinet. l. fin. C. de legib. cap. in causis. de re iud. cap. consultatio-
548 ni. de frig. & malefi. Nam pœnarum genera sunt distinguenda ex qualitate personarum. l. aut facta. §. persona. ff. de pœn. l. Pedius. & l. fi. de incend. ruin. & nauf. l. fin. C. ad l. Fa. de plag. cap. cum quidam. de iur. iuran. cap. sicut dignum. de homicidio. Et est aduertendũ, quòd in casu dubio consuẽtudo in pœnis imponendis est

est seruanda.l.hodie.iuncta glos. fin. ibi. ff.de poen. & gl.in cap.cum uenerabilem.uerb.migrasse.ubi Abb.de consuetudi.Idem Abb.in cap.inter cætera. ubi Felin.in fin.de rescrip.& in cap.de causis.de.offic.delegat.Idem Abb.per tex.ibi in cap.1.de secun.nup.Bald.in l.etsi seuerior.C.ex quibus caus.infam.irrog.& in l.quid ergo. §.pœna grauior.ff. de his qui not. infam. Plenè Tiraquel.de pœn.temperan.in præfat.nu.4. & in causa.42.

549 Cognitionem tamē huius criminis suspicor ad solos Inquisitores hodie pertinere, per extrauag.Clementis vj. per Albert.relatam, in lib.de agnoscen. asser.q.23. num. 75. in fine. Quia iste talis qui duas vxores simul habet,interrogandus est de intentione,si credit sibi id licere,vt constituatur uerè hæreticus: quia malè uidetur sentire de illo sacramento Ecclesiæ.cap. ad abolendam.in princ.de hæret.Albert.de agnos.asser.q.23.nu. 53.cum sequen.

550 Et eadem ratione contra clericos in sacris ordinibus constitutos,& monachos professos, contrahentes de facto matrimonium,Inquisitores hæreticæ prauitatis procedunt.Bald.in l.nemo clericus.num.5. & 6.ubi Paul.de Cast.& Salyc.C.de summ.Trin.& fide catholi. Abb.in cap.cum quidam.num.4.de iureiuran. & in ca. de homine.de celeb.missar.Squillacen.de fide catholi. cap.15.num.2.Felin.in d. cap. ab abolendam.in princ. ubi pleniùs Ioan.de Anan.num.27.Ludo.Carer.de hæret.§.circa secundum.num.60. Bernar.diaz.in practica crim.canon.cap.4.post princ.Albert.in rubr.de hæret. in 6.q.13.num.36.& de agnos. asser.q.23.num.54.Iac. Septim.in d.cap.40.num.1.& 2.& in Enchirid.Inquisi. tit.12.in princ.Matth.de Afflict.in constit.Siciliæ.lib.1. tit.1,num.25. Abb. uerò in cap. licet de uitanda.num.

4. de

551 4.de elect.inquit,quòd Petrus habebat uxorem quãdo fuit promotus in Pontificem. Vbi Philippus Decius dicit.num.9.quòd contra Papam electum non potest poni quòd sit uxoratus:allegat glos. mag. in cap.si quis pecunia.70. distinct. Idem Abb. in cap. Ioannes. de regular.ait, quòd intelligẽdum est iuxta distinctionem glos. in d. cap. siquis pecunia. Martin. Lauden.de Principibus.not. 250. plenissimè de sacerdotum cœlibatu Felician. Minguarda in asser. catho.fidei.par.1. art.9.

552 Neque hoc in loco prætermittendum est tãquam in hoc regno Valentiæ quotidianum,Inquisitores præfatos optimè procedere posse contra Iudæos, uel Sarracenos,uel alios infideles non baptizatos dogmatizãtes inter Christianos,præsertim si sunt illi qui vulgò Alfaquini uocantur. glos.est celeb.in uerb.hæreticum.in fin.in clem.vni.§.fin.ubi Card.nu.10.de usur. idem Io. And.in cap.quod super his.post Innoc. ibi. num. 8. de voto.& idem Ioan.And.in cap. contra Christianos.de hæret.in 6.ubi ad id allegat quasdã sum. Pontif. extrauag. Optimè Oldrad. cons. 36. incip. infrascripti sunt articuli,per totum consil.Felin.in cap. postulasti. num. 4.de iudæis.Villad.de hæret.q.9.in fi.Conrad.Brun.de hæret.lib.4.cap.2.Bald.cons.315.incip. Iudæis tutela. volum.1.& cons.156.incip.quia sæpe reuocatur in dubium.uolum.1.Albert.in rub.de hæret.in 6.q.3.in fin. & q.2.num.51.& q.7.num.6.Ioan.Bertachin.de Gabellis.7.par.principali.num.39.Repert.Inquisit. uerbo ceremoniæ.in fine.

553 Item Inquisitores præfati procedunt contra Iudæos,& Sarracenos non baptizatos, impedientes iurisdictionem sancti officij Inquisitionis hæreticæ pra-

uitatis

uitatis.cap.ut officium §.compescendi. de hæret. in 6. tenet Innoc.in d.cap.quod super his.num. 8. de uoto. Abb.in cap.gaudemus. num. 12. de diuort.Repert.Inquisit.uerbo.Iudæus.uers. an ex qua causa Inquisitorũ.
554 Ratio tamen est, quia Inquisitores sunt fidei defensores, atque eis commissa est religionis Christianæ defensio.cap.accusatus.§.sanè. & §. de quæstionibus.& c. ut officium.§.denique.de hæret.in 6.clem. 1. de hæret. Et per consequens censentur omnia eis concessa, sine quibus iurisdictio exerceri non potest. l. 2. ff. de iuris. omn.iud.cap.præterea.cap.suspitionis.de offi. delegat. huic enim conclusioni suffragatur tex. in cap. 1. & in c. significasti.& in cap. prudentiam. de offic. delegat. ubi
555 delegatus nõ solùm iurisdictionem contra partes in rescripto cõtentas obtinet, sed etiã contra alios quoscunque impedientes suam iurisdictionem. Ideo meritò inquit Innoc. in cap. dilectus. de pœn. quem sequitur Stephan. Aufrer. nonnulla notatu digna referẽdo in tractatu, de potestate sæculari super Ecclesiasticas
556 personas.num.23.dicens, ordinario omnimodam iurisdictionem competere contra extraneos, & exẽptos suam iurisdictionem impedientes. Quod ego ipse existens in Episcopatu Pampilon.Prouisor ac Vicarius generalis pluries in praxi contra Canonicos regulares illius Ecclesiæ,& quosdam monachos diui Bernardi obtinui.
557 Insuper Inquisitores fidei procedunt contra Iudęos Sarracenos,uel alios infideles non baptizatos, circuncidentes pueros,& contra hæreticorum receptatores, & contra compellentes aliquem, ut fidem abneget, uel inducentes illum ad eorum ritus, & publicas cæremonias, aut ad alia similia in offensam diuini nominis,

& op-

& opprobrium nostræ fidei Christianæ, ut est tex. in c. nonnullis. de Iudæis. & in clem. vniuersa. eod. tit. ita tenet Oldrad. in d. cons. 35. Conrad. Brun. optimè. lib. 4. de hæret. cap. 2. Villadig. de hæret. q. 9. num. 11. Card. in d. clem. vnica. de Iudæis. num. 1. in fine. per tex. ibi in illis verbis, nominis ipsius sacrilegi Mahometi publicè. &c. Et Alberic. de Rosate in suo diction. verb. Sarraceni. Hostien. in rub. de Sarracen. Albert. in d. rub. de hæreti. q. 3. & Repert. Inquisitorum verbo. cæremoniæ. & verbo. Iudæus. Ioan. Bertachin. de Gabel. 7. par. prin. num. 39. Belluga in Specul. princip. tit. de propo. graua. §. viso. rub. 11. num. 21. Contrarium verò tenuit
558 Iac. Sep. in Inst. Cath. c. 35. nu. 8. & in Enchir. Inquis. tit. 17. num. 2. dicens Inquisitores contra prædictos minimè posse procedere, cuius opinio, salua summa eius autoritate, reijcienda est, & etiam opinio Bar. Socin. in cons. 119. incip. pręsupponitur. volum. 4. ubi referendo pro parte affirmatiua. 14. fundamenta, & pro negatiua 18. concludit Iudæum illum dicentem aduersus Christianum illa verba turpissima, uidelicet, *La fede vostra, è fede di catzi*, ab Inquisitoribus nō posse puniri. Idem tenuit Aretinus cons. 157. incip. copiosè & subtiliter. Et Ancharan. cons. 15. ubi consuluit, quòd iudex secu-
559 laris debet punire Iudæū, qui proiecit immunditias super crucem, quæ in litanijs deferebatur. Quod cons. non rectè allegatum refert Felin. in d. cap. postulasti. num. 5.

560 Sed tutiùs est opinionem primam supra relatam sequi, nam illius non debemus dissimulare opprobriū, qui probra nostra deleuit, ut inquit tex. in d. cap. nonnullis. Quia quòd in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriā. l. Arriani. l. Manicheos.

C. de

C.de hæret.l.2.C.de apoſt.& in Leuit.cap.24.habetur de illo homine alienigena, qui in deſerto maledixit Deo Iſrael,quem Deus mandauit lapidari. Et eadem rõne,qui vicem Dei gerit in terris, prout eſt ſummus Pontifex.cap.ſignificaſti.de elect.cap.ſolitæ. de maior. & obedien.cap.2.de maledic. poteſt punire huiuſmodi delictum. Nam tex.in cap. 2. de maledic.indefinitè,& generaliter loquitur,& ſic in omni caſu eſt intelligendus.l.ſi plures.ff.de legat.3.l.j.§.& generaliter. ff.de
561 de legat.præſtan.cap.ſi Romanorum.19.diſtin. quia vbi lex non diſtinguit,neq; nos diſtinguere debemus.l. de prætio.ff.de pub. in rem act. maximè quando certũ eſt quòd ratione delicti eccleſiaſtici,ideſt ad forum eccleſiaſticum ſpectantis,delinquens efficitur de foro Ecclesiæ.cap.Iudæi.2.cap.ad hæc. c. poſtulaſti. de iud.vbi in illis delictis Eccleſia punit Iudæos, & in alijs relatis per gloſ.ſing.uerbo,principium.in clem.1.de teſtib.Et horum omnium optima ratio eſt illa,quæ pro religione facit,ut hiſce uerbis inquit.l.ſunt perſonæ.ff.de religi. & ſump. fun. Et præſertim,quia ad id eſt quædam
562 conſti. Nicolai Papæ quarti,quæ habetur in Direct. Inquiſit.& eam refert Iac. Sep. d.tit.18.in princ. Aliæ etiam extant conſtitutiones Gregorij.x.& Clementis. vj.quas refert Ioan.And.in d.cap. contra Chriſtianos. & Villad.de hæret.q.9.in fin.

563 Neque prædictis obſtat notiſſima iuris regula, dicens,quòd de his qui foris ſunt nihil ad nos attinet iudicare,ut inquit Paul.Apoſt.1.Corint.cap.5. & c.gaudemus.de diuort.cap.multi.2.q.1.Nam illud intelligẽdum eſt, quòd Iudæos, uel infideles excommunicare, uel ad fidem ſuſcipiendam compellere minimè poſſumus.cap.ſicut de Iudæis.cap.maiores.§.Item queritur.

de

de batiſ.cap.ad fidem.23.q.5.cap.de Iudæis. 45. diſtin. Et ita quoad hæc nihil ad nos: quia tales non ſunt de Eccleſia.& ſic Inn.in d.cap.quod ſuper. de voto. Abb. in cap.gaudemus.num.12.de diuor. & in cap. poſtulaſti.num.2.de Iudæis. vbi pleniùs Felin. & Marian. Soc. per tex.ibi,quòd Iudæus percutiens clericum,in excõmunicationem non incidit: ſed pœna pecuniaria vel corporali eſt puniendns.

564 Sed indubitatum exiſtimo per principes & iudices ſeculares, poſſe Iudæos paganos ſeu infideles in huiuſmodi delinquentes puniri.l.nullus.l.Iudęos.C.de Iudæis.l.1.& l.nemo.C.de pag.cap.ſicut Iudæi.de Iudęis. Nam ratione delicti efficiuntur de eorum iuriſdictione.l.fin.ff.de accuſat.auth. qua in prouincia. C. vbi de crim.agi oport.cap.poſtulaſti.cap.fin. de foro compe. Ob id meritò Iudæi à regibus & principibus Chriſtianis expelli à ſuis regnis & prouincijs poſſunt, ne ſua perfidia noceant catholicis. Immo in Concil. 6. Toletan.ſub Honorio Papa celebrato c. 3. cautũ eſt, quòd Hiſpaniarum reges tempore adipiſcendæ regni poſſeſſionis,iuramentum præſtare teneantur,de expellendis à ſuo regno infidelibus. Quo ſaluberrimo ſtatuto Chri

565 (at "fidia noceant catholicis")

566 ſtianiſſimus rex Ferdinandus cognomento Catholicus,anno ſalutis.1492.vſus fuit.Qui à tota ditione ſua omnes Iudæos expulit,edita ſuper hoc pragmatica ſanctione Granatenſi, vltima die Martij dicti anni. 1492. & alia anno. 1499. Quod vtique maximis laudibus refert Picus Mirandulan.lib.5.aduerſus aſtrologos. cap. 12.& Bartholomæus Miranda, nunc Archiepiſcopus Toletanus in ſumma parua Concil.ſuper.d.c. 3. & Repert.Inquiſit.verbo,Iudæus. verſ. ſed an poſſunt Iudæi

567 expelli. Et fuerunt tunc expulſi quadringenta viginti millia

cti millia Iudæorum,& refert Abert.in rub. de hæret.q. 3.nu.6.& Iac.Sep.in Instit.cathol. cap.34. num.7.& in Enchirid.tit.17.in fine. Et tempore religiosissimi Hispaniarum Regis Zizebuti, Iudęi coacti fueruntbaptizari,ut refert.c.55.concil.4.Toletan.& cap.de Iudæis. 45.distin.

568 Sed qua ratione hodie in ciuitate Romana, atque in aliquibus Italiæ partibus; sicut olim in Hispania ante prohibitionem religiosissimi principis Ferdinandi, Iudæi habitare, & suos ritus, & festiuitates celebrare permittuntur,potius quàm Sarraceni, uel alij infideles,ut in c.Iudæi de ciuitate.& ca.consuluit. de Iudæis. Probant enim ueteres Synagogas Iudæos posse habere.& ca.sicut Iudæi. eod.tit. quòd Iudæi in festiuitatum suarum celebratione à Christianis minimè molestentur.& l.Iudæos.C.de Iudæis.quòd Iudęi ritus suos & consuetudines citra contemptum Christianæ religionis retineāt.& l.die sabbato. C. eo. tit.quòd Iudæi in die sabbati,& in alijs suis festiuitatibus non possunt conueniri,neq; ad iudicinm trahi.Et in c.qui syncera. 45.dist.Grẹgorius Papa scripsit Episcopo Neapolitan.

569 dicens,quòd nullo modo permittat Iudæos Neapolitanos in terris Christianorum suas festiuitates celebrantes molestari, sed quòd prædicti Iudæi liberam habeant facultatem suos ritus & festiuitates celebrandi: quod aliter est in Sarracenis, & alijs infidelibus.l. secunda,C.de pagan.l.secunda.C.de summ.trin.& fid. catho.l.conuenticula.C.de Epis.& cleric.elemen. unica.de Iudæis.vbi Card.numero 3.& Ioan. de Imol. referunt ratiouem discriminis, uidelicet, quia Iudæi colunt Deum unum & verum,Sarraceni verò Mahome-

570 tum hominem facinorosum & nefandum. Et Ioan.

An.& Abb.in d.cap.consuluit, de Iudæis. dicunt, quòd ex eo Iudæi sustinentur, quia est spes de eorum conuersione: atque vt facilius ad fidem trahantur. Bald.in
571 d.l.2.C.de summ.Trin.nu.4.inquit, quòd Iudæi non sunt adeò detestabiles sicut hæretici: quia fides Iudęorum habuit principium veritatis. Fel.in rub.de Iudæis. latè Petrus de Carcassona in l. quoniam. in fin. C. de hæret. Paul.ad Hæbreos.cap.7. ex tribu Iuda ortus est Dominus noster. & in Euangelio Ioan. ca.4. Salus ex Iudæis est.

572 Idem comprobatur principalis nostræ controuersiæ assertio per text.in l. si tamen sine culpa, §. ei qui seruum.ff.de ædil.edict. ibi, multò enim amplius est id facere quàm pronuntiare.l.qui statuas. & l. famosi. §. fin. ibi, crimen maiestatis facto committitur, uiolatis statuis & imaginib.principis.&l.1.ff. ad l.Iul. maiest. A fortiori igitur hęreseos crimen solo facto perpetratur, cùm longè grauius sit diuinam, quàm temporalem læ-
573 dere maiestatem.ca. vergentis.de hæret.ca.sicut qui Ecclesiam.17.q.4. Equum enim est, ut tantò grauior sit in Deum iniuria, quantò Deus est homine superior l.aut facta, §.persona. ff. de pœn.l.omnis. §. 1.ff. de re milit. Nobilitas enim subiecti delictum auget & aggrauat.l.atrocem.C,de iniur. l. Prætor edixit. §.atrocem, ff.eo.Auth. Vt nō lux.hom.cont.nat.in prin.col.6.Hę-
574 retici ponunt os in cælum, alij verò delinquentes in homines, ideo Bal.in l.1.nu.31.in fine.C.de his qui accus.non poss.affirmat hæresim, in quam quis ex lubrico
575 ignorantiæ cadit grauius delictum esse, quàm dolosum homicidium, refert Anani.in rub. de hęret.nu.2. & Conrad.Brun.de hæret.lib.1.cap.3.in prin. Si enim læsæ maiestatis humanæ crimen grauissimum in iure censetur,

censetur, ex eo quòd honori & gloriæ principis detra
hitur, vel eius statuæ corrumpuntur, uel consilio, uel
dolo malo quicquam in Rempub. fuerit perpetratum,
ut in l. 1. & 2. & in d. l. qui statuas. ff. ad l. Iul. maiest. quan
tò magis erit grauissimum crimen eorum qui ipsam di
uinam maiestatem lædunt, & Ecclesiæ sacramenta, sa-
crificia & cæremonias ad gloriam & honorem Dei
pertinentes corrumpunt, & omnino subuertunt?
576 Et quia hæretici ipsa Christianæ religionis funda-
menta radicitùs conantur euellere, meritò sancti Pa-
tres, hæreticos. fures, latrones, sacrilegos, lupos rapa-
ces, canes rabidos, vasa iræ, pseudo prophetas, & orga-
na diaboli uocarunt, ut refert Faber contra Lutherũ,
tract. 5. tex. 5. & 16. & 25. Conrad. Brun. in d. c. 3. & 13.
& Iac. Sep. in instit. catho. cap. 31. num. 10. Ex genere
577 enim pœnarum, quibus hæretici & scismatici puni-
untur, qualitates delictorum cognoscuntur. l. 2. ff. de
pœn. ut patet in Dathan, & Abiron, & Core, quos tan
quam hæreticos & scismaticos terra deuorauit cum
tabernaculis suis & uniuersa substantia eorum, ut in
Deuteronom. c. 11. & Nu. cap. 16. & habetur in ca. licet.
de elect. cap. didicimus. 24. q. 1. hoc autem tam dete-
stabile crimen inultum & impunitum esset, si per signa
& actus exteriores animus, intentio, & uoluntas non
probarentur. Quæ alioquin essent difficilis seu impos-
sibilis probationis, cum in animo & intellectu consi-
stant: quæ à solo Deo, ut dictum est, cognoscuntur,
578 meritò per actus exteriores declaratur, & euidenter
probatur mens & uoluntas alicuius, ut in d. c. tua nos,
de sponsal. & in c. accusatus. de hæret. in 6. cap. à nobis.
2. de sen. excom. quem tex. ibi notat Marian. Socin. in
no. 7. & Palat. Rub. in alleg. hæresis. §. 7. in fin. dicens,

quòd ea quæ in animo consistunt probantur per signa exteriora.l.ob quæ vitia. ff. de ędil. edict. l. quidam in
579 suo.ff.de cond. instit. ubi furor & dementia, quæ in mente & in intellectu inest, & soli Deo cognita est, & tanquam rem inuisibilem neque oculus videt, neque aures audiunt, nihilominus testibus per actus exteriores probantur, vt docet Bar.in tract.de testib.§.opposita prudentiæ.nu.95.& in l.fi.ff.de bon.possess.furios. uel infan.delat.Optimè declarat Curtius Iunior cons. 151.nu.8.& Corneus cons.85.nu.5.uol.2.
580 Et quamuis furor & dementia sint res quę in intellectu consistunt, tamen ex his quæ sensu corporeo percipiũtur, per testes probantur, absq; alia ratione causę. Quo casu testis testificari videtur per sensum corporeum, saltim sensu intellectus, nam iuris præsumptione actus interior præsumitur, & per consequens probatio, etiam si testis in nostro casu de credulitate deponat, nullam aliam suæ credulitatis causam reddens, nisi quòd credit illum esse hæreticum, ex eo quòd ritus, & cæremonias hæreticales fecit. Bal.in l.conuenticula, nu.5.C.de Epis.& cler. & in l. data opera. nu. 35. C.de his qui accus.non poss.Io.de Imol. sing.in ca.literis.post gl.ibi.nu.4.& 5.de præsump. & in c. quotiens. numero 7. de testibus.singul. Anton. Gabriel. in suis
581 com.opinion. pag. 386. verbo, testis. Nam in actibus qui non cadunt in sensum corporalem testium, provt est actus credulitatis, demẽtiæ, doli boni vel mali, sat est testes de actibus exterioribus deponere, quos sensu corporeo percipere valent, ex quibus iuris pręsumptione concludatur actus intrinsecus, de quo
582 quęritur. Talia enim sunt, uel esse præsumuntur subiecta, qualia eorum prædicata demonstrant. l. hære-

des palàm.§.1.in fin.ff.de testam.l.cùm quid.ff.si cert. petat.l.3.ff.de legat.3. Ex quibus apertè communis.
583 dd.theorica declaratur, quòd quamuis regulariter testimonium de credulitate non sit efficax ad probandum.l.testium.C.de testib.c.cùm causam.1.de testib. Abb.in cap.quoties.num.6.de testib.& in cap.vnico. num.27.de lit.contest. neque fidem testibus esse adhibendam non reddentibus rationem per sensum corporeum:puta per visum,auditum, gustum, odoratum, uel tactum l.diem proferre.§.coram.ff.de recep.arbit. l.testium.C.de testib.cap.cum causam.1.vbi Innoc.& alij,præsertim Felin.num.5.de testib.Subtiliter Bald.in rub.C.si ex fals.instrum.uel testim.iud.sit.Tamen illud limitandum & intelligendum est, nisi testes deponant de actibus qui suapte natura in sensum corporeum nō cadunt,vt proximè dictum est.
584 Prædictorum autem ratio ea est, quòd iura secundùm diuersas rerum ac negotiorum qualitates,diuersas formas ac varios probandi modos statuerunt. Ita inquit Feder.de Sen.cons.119.incip. nulli dubium est. quod refert Felin.in cap.ueniens.num.21.de testib.de quo pleniùs per me in sing.meo 189.incip. testis crimi-
585 nosus. num. 15. Et ob id probationum materia in iudicantis arbitrio consistit,& eius iudicio relinquitur l.3.ibi,tu magis scire potes.ff.de testib.cap.constitutus. in fin.de fideiussor.Paul.Castren.in l.admonendi.ff.de iureiuran.Nicol.Boer.decis.101.incip. difficile esse.nu.
586 8.Indiciorum quoque materia est arbitraria. Bart.in l.fin.num.5.ff.de quæstion.Bald.in l.1.num.21.C.de confes.Io.And.in reg.cum in contemplatione.de reg. iur.Thom.Gramma.consil.57.in causa mihi transmissa.num.24.

587 Vſque adeo id uerum eſſe cenſemus, quod pulchrè inquit Bar. in l. Lutius Titius. num. 8. in fin. ff. de his qui not. infam. in arbitrio iudicis eſſe, non adhibere fidem teſtibus clarè & apertè deponentibus, dummodo cauſam in ſententia, ne puniatur in ſyndicatu, exprimat. Idem tenuit Bald. in l. cum magiſtratus. nu. 6. C. quan. prouoc. non eſt neceſ. Sequitur Paris de Puteo de ſyndicatu. uerbo, poteſtas. & uerbo, conſulo. Felin. in c. licet cauſam. num. 5. & in cap. quoniam contra. num. 49. de proba. & in cap. de cætero. & in cap. ſicut. de re iud. Quod vtique dictum Bart. dixit eſſe ſtupendum Tho.
588 Gram. ubi alios refert, voto. 24. nu. 20. Tutius tamen eſſe arbitror, ꝙ etiam in præſentia teſtium eorum vacillationes & trepidationes, aliaq; ſigna, quibus iudicis animus formatur, in ſcriptis reddantur, vt docet Inno. in d. cap. quoniam contra. num. 5. ubi latius Felin. nu. 49. idem Felin. in cap. ſicut. nu. 16. de re iudicata. Hyppol. in l. eos qui diuerſa. ff. de falſ. & in ſing. 103. incip. varietas. iuxta illud, ò quàm difficile eſt crimen non pro-
589 dere vultu. l. 3. ff. de teſtib. auth. apud eloquentiſſimũ. C. de fide inſtrum. c. in capite quadrageſimæ. 50. diſtin.
590 Poſtremò noſtra aſſertio apertè conſtat, ex eo ꝙ qui facta, uel uerba hæretica dixiſſe, ſeu commiſiſſe inficiatur, negatq; ſtante legitima probatione, tanquã impœnitens & negatiuus eſt relaxandus. cap. ad abolendam. in prin. de hæret. cap. ſuper quibuſdam. de uerb. ſign. cap. conuenientibus. cap. quotiens. 1. q. 7. Verùm qui factum hæreticum confitetur, eiuſque intẽtionem
591 impiam & prauam credulitatem renuit, virtualiter & & in effectu, cùm credulitas & intentio ſit principalis forma & ſubſtãtia, quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. ff. ad exhiben. l. uerum. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. totum factum &

delictum negare videtur, vt docet Bart. in l. inter stipulantem. in prin. ff. de verb. oblig. & in l. fin. §. fin. post gl. ibi. ff. de doli mal. & met. excep. Optimè Dec. in ca. cum venerabilis. num. 20. de excep. Felin. in cap. de hoc. nu. 5. de Simon. plenè Tiraquel. de pœn. temper. caus. 30. num. 17.

592 Ratio prædictorum euidens est, quia in parte substantiali, videlicet in credulitate & intentione est diminutus, ac per consequens pertinax & negatiuus est censendus. cap. perfecta pœnitentia. de pœnit. distin. 1. ca. fin. de pœnit. distin. 5. Necessaria enim est peccati confessio ad pœnitentiam, neque veniam meretur qui peccatum non agnoscit. cap. super quibusdam. de verb. sig. cap. non potest. cap. serpens. de pœniten. dist. 1. regul.

593 peccati venia. de regul. iur. in 6. Nam in corde creditur ad iustitiam, ore aūt confessio fit ad salutem. Paul. ad Rom. cap. 10. & cap. quis aliquando. de pœn. distin. 1. & in psal. 50. quoniam iniquitatem meā ego cognosco. & psal. 31. delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. c. fin. de pœnit. distin.

594 1. Quia taciturnitas peccati ex superbia cordis nascitur, ut inquit tex. in d. cap. quis aliquando. & omnes hęretici sunt sunt superbi. cap. hæreticus. 24. q. 3. Optimè Philastrius Brixiensis de hæret. pag. 66. qui in illo tract. 27. hæreses quæ ante aduentum Christi saluatoris nostri, & 128. post aduentum scripsit.

595 Eadem rōne dicendum est de eo qui de pluribus erroribus plenè conuictus, nonnullos confitetur, alios uerò negat; qui tanquam impœnitens, & in parte substātiali diminutus, est relaxandus. cap. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1. hisce uerbis, quem pœnitet omnino pœniteat, & dolorem lacrymis ostendat. ubi gl. in uerbo,

omnino pœniteat, inquit. id est, perfectè conteratur de omnibus peccatis. cap. sunt plures. de pœnit. distin. 3. c. consideret. de pœnit. dist. 5. cap. qui vult. de pœnit. dist. 6. c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remis. ibi, om-
596 nia sua peccata. Impium enim est mediam sperare veniam. cap. sunt pluries. de pœnit. distin. 3. cap. fin. de pœnit. distin. 5. quo casu præsumitur ficta & simulata conuersio, & locum sibi vendicat decisio tex. in cap. ut officium. vers. prouiso solerter. de hæret. lib. 6.
597 Quidam simili modo arbitrantur non confitentes omne errorum tēpus, de quo per legitimos testes plenè constat, esse impęnitentes, diminutos, & negatiuos, & iudicio seculari tradendos, ut uoluit Iac. Sep. in Insti. Catho. cap. 47. num. 22. in fine. Quod neque iuri, neq; rationi consonum esse arbitror. Inquit enim Arist. lib.
598 1. Ethi. cap. 4. vero omnia consonant, falso autem cito dissonat verum: nam ratio est adæquatio ad intellectum. Bal. in l. omnes populi. 3. oppo. ff. de iust. & iur. & in l. non omnium. ff. de legib. Quia non est verisimile, quòd qui omnes errores confitetur, si longioris temporis esset memor, illud occultaret; cum ob id neque augenda, neque diminuenda esset pœna: ideo potiùs
599 obliuio in hoc casu præsumenda est, facilè enim tempus à memoria hominum recedit, ut inquit Innoc. in c. qualiter & qnando. 2. de accus. num. 4. Bald. in l. 1. num. 45. C. de his qui accus. non pos. & in auth. præsbyteri.
600 num. 6. C. de Episc. & cler. Propterea testis non dicitur singularis, neque eius dictum vitiatur, si non deponat de tempore quo res fuit gesta, & interrogatus iureiurando affirmet se non recordari. cap. cùm Ioannes. de fide instrum. ibi, anni uerò. uel mensis, uel diei, quo venditio facta fuit ijdem testes dixerunt minimè recor-

dari.

dari.glo.fin.in l.ob carmen.§. fin.ff. de testib.gl.in uerbo, præsto.in l.testium.C.de testib.Innoc.& Bald. in locis modò citatis.Bart.in l. si librarius. in fin. ff. de reg. iur.& in l.in summa.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcē. Lanfran.in c.quoniam contra falsam.in uerbo,testium depositiones.nu. 154.de probat.Felin. in cap. ex tenore.num. 3.& in cap.cùm causam. 1. num. 13. de testib. vbi hanc fatetur esse communem opinionem & regulam,& nonnullas fallētias ibidem scripsit: quarum vna est,quando tēpus est de substantia probationis, & principalis controuersia est de probando tempore,ad effectum probandi negatiuam, & ad alios iuris effectus: tunc ita intelligendus est text. in c. ex tenore.& c. cùm causam. 1.de testib.& c.si à sede Apostolica.de præben.
601 in 6.& cap.duobus.de rescrip.eod.lib. Meritò tamen ipsemet Iac.Sep.meliori ductus cōsilio sibi contrarius oppositam tenuit sententiam in Enchirid.tit.16.nu.5. dicens non esse diminutum,qui non confitetur omne tempus suorum errorum.

602 Et quemadmodum ex factis & cæremonijs reprobatis & hæreticis quispiam hæreticus, ut superius latè dictum est,indicatur; ita pari ratione ex uerbis hæreticis censendus est hæreticus,cùm in eis violentissima iuris præsumptione malus animus,peruersa atque impia intentio & credulitas pręsumat. l.si non conuitij. C.de iniur.l.non aliter.l.ille aut ille.ff. de legat. 3.c.1.de præ-
603 sump.cap.is autem.cap. humanæ aures. 22. q. 4.hoc uerborum tenore:humanæ aures talia uerba nostra iudicant, qualia foris sonant. Nec est præsumendus quisquam dicere,quod non priùs mente cogitauerit. l.Labeo.§.idem Tubero.ff. de supellect.legat.quam ad id ad legat Bald.in d.cons.scismat.posito in rub. C.siquis aliquem

quib.testa.prohib.num.21.& in l.uoluntatis.in prin.C. de fideicom.& in l.de quibus. in fin. ff. de legib. & c. 1. num.15.de constit.Felin.in rub.in prin. de fid.instrum. Dec.in l.semper in stipulationibus.nu. 4. ff. de reg.iur. Thom.Gram.voto.22.num.16.& in decis.37. num.6. & 9.Palac.Rub.in alleg.hæresis. §. 7. Hyppol. in l. 1. §. diuus Adrianus.num.8.ff.de Sicarijs,& in l. j. num.31. C.eod.& cons.21.incip.uocem meam. num. 12. Boer. decis.1.num.8.Albert.de agnos.asser.q.22. num.35.& q.25.num.10.Lud.Carer.in prac.crim.§. homicidij au tem.fol.105.num.75.Reper.Inquisi.verbo, credentes. Iac.Sep.in Instit.Catho.cap.49.num.11.& in Enchiri tit.29.num.7.& tit.40.num.13.Tiraquel.in glo.5.post .ll.Connubial.nu.51. Latissimè omnium in l. si vnquã. in verbo,libertis.num.17.cum sequen.C.de reuoc.donat.ubi plurimas allegationes.dd.ad id refert.

604 Idem autem quod prædictus.§.idem Tubero, probat,l.in ambiguo.ff.de reb.dub. & l. nepos Proculo. ff. de uerb.sign.& l.si deiussores magistratuum.ff.de fideiuss.& l.si quis stipulatus sit Stichum.ff.de uerb. oblig. & l.fin.C.com.utriusq; iud.& l. 1.C.si quis imp. male. Vnde egregiè inquit Bal. allegando dictum Cassiodori,quòd nullum maius mentis & fidei nostræ est testimonium,quàm qualitas inspecta uerborum,in l.gene-
605 raliter.prim.not. C. de non num. pecun. & in l. tres denuntiationes.nu.5.C.quom. & quan. iud. & in l. ad cognoscendos.in prin. C. de ingen. & manumiss. & in rub.de testib.in decretal. Ias.in l. neque professio. nu. 6.C.de testam.& in l.si quis filium.in fine.C.de lib.prę ter.uel exhæred. Decius in d. l. semper in stipulationibus.nu.4.ubi alios refert.latius Tiraquel. in d. l. si unquam.in uerbo,libertis.nu.18.C.de reuoc. donat.

Alibi

606 Alibi ipsemet Bald. inquit, quòd si habemus sonum uerborum, non egemus interprete. Bal. in c. 1. nu. 15. de constit. quem Ias. in locis modò citatis refert, & Thom. Gram. uoto. 22. in causa deuotæ mulieris. nu. 16. & uoto. 23. in causa magnificæ. nu. 8. Idem Bald. in
607 c. mandatum. in prin. de rescrip. dicit, quòd mens est radix uerborum, & eius substantia prima; & cor est Imperator linguæ, & eam habet sicut dominus mancipiũ
608 sub iurisdictione sua; & uoces sunt notæ earum quæ in anima sunt passionum, ut ait Arist. allegat ad hoc. d. §. id Tubero. Idem refert in d. l. de quibus. in fine. & in l. unica. §. sin autem ad deficientis. in prin. C. de caducis tollen. & in c. bonæ. 2. nu. 3. de postul. præla. & cons. 160. facta fuit. uol. 1. & in d. consi. scismat. nu. 27. dicẽs, quòd lingua est nuntius & organum intellectus, & tuba & præco. Et in l. ea quæ. nu. 2. C. quom. & quan. iud. quòd uox est mentis euidentissimum argumentũ.
609 Idem Bal. in cap. ex transmissa. num. 2. de restit. spoliat. ait, quòd uox est instrumentum nostræ uoluntatis & intellectus; & data fuit ad significandum per labia, cor & uoluntatem hominibus. Et in d. l. uoluntatis. in prin. dicit, quòd non credimus hominem uelle,
610 nisi illud uerbis exprimat. l. si repetendi. C. de cond. ob caus. l. quicquid astringendæ. ff. de uerb. oblig. Idem Bal. in l. sed & reprobari. in prin. per tex. ibi, ff. de excus. tutor. ait, quòd ex loquela hominis animus iudicatur, & ob id sunt nomina & uerba inuenta, ut ostendatur uoluntas dicentis: ut in Euang. dicitur, loquela tua manifestum te facit. Matthæi. cap. 16. Tradit Tullius lib. 1. de leg. orationem esse mentis interpretem, iuxta vulgare prouerbium, loquere & cognoscam te. quod refert Bal. in rub. de testib. in fin. uerbis. & in c. super li-

teris.num.11.de reſcrip. Et auis cognoſcitur à cantu,
611 refert idem Bal.in l.comparationes. nu.18.C.de fid.
inſtrum.Ex aſpectu quoque homo cognoſcitur, iuxta
illud,ò quàm difficile eſt crimen non prodere vultu,
refert Alberic.in d.l. Labeo. in fine. Fertur etiam in
prouerbium,qualis uir, talis eius oratio ſeu locutio:
ex abundantia enim cordis os loquitur. l. nepos Pro-
culo.ff.de uerb.ſig.l.fin.C.com.utriuſq. iud. Omne ſu-
peruacuum,inquit Horatius,pleno de pectore manat.
613 Atq; in Euangelio dicitur, Lucæ,c.19. ex ore tuo te
iudico ſerue nequam. Et bonus homo ex bono the-
ſauro cordis ſui profert bona, & malus homo ex malo
theſauro cordis profert mala. Et mala mens malam
614 linguam prodit.c.etſi Chriſtus. de iureiuran. ibi, ſi-
cut procedit ex ore,ita procedit ex corde.ca.homines.
12.q.2. Per auditum cognoſcimus intellectum. Bal.in
615 d.conſ.ſciſmat.num.27.qui allegat.l.qui teſtamento.
§. fin. ff.de teſtam.& d.cap.humanæ aures. Itaque in
malis verbis ſeu malis factis, malus præſumitur ani-
mus.

616 Ratio autem prædictorum eſt, quia in opere, ſeu
verborum prolatione,animus, intellectus, ratio, & vo-
luntas concurrunt. Intellectus examinat & illuminat,
ratio determinat,voluntas operando ſeu loquendo ac
ceptat: ideo quicquid eſt in uerbis,dicitur eſſe in men
te,& qui contrarium allegat, apertè confitetur ſe men
tiri,& expreſſiſsè falſæ vocis actum, & tanquam ſibi ip-
ſi contrarius minimè audiendus eſt.l.j.C.de furt.l.pro-
feſſio tua.C.de mun.patri.lib.10.l. quod in hæredem.§.
eligere.ff. de tribut. maximè quia turpitudinem ſuam
allegat.l.cum precum.C.de li. cauſ. cap.ſolicitudinem.
in fin.de appellat.cap.vnico.§.omnib.ut Eccleſ. benef.

fine

617 ſine dimi.confer. Voces enim ſine mente,& volun-
tate ſunt fictitiæ & ſimulatæ, & ſine radice. l. 1. & 2. C.
plus val.quòd agit.l.diuus.ff.de teſtam.milit. quia uer-
bum procedit de corde,& ſcriptura de vtroque. Bal.in
d.conſ.ſciſmatis.part.2.num.12.
618 Ex omnibus igitur ſuperiùs dictis liquidò conſtat,
impiam intentionem,peſſimamq; credulitatem, ex fa-
ctis ſeu uerbis hæreticis (violentiſſima iuris p̄ſumptio-
619 ne) probari. Præſertim ſi uerba,ſeu facta fuerint ge-
minata, quæ maiorem animi affectum & deliberatio-
nē oſtendunt,& eſt perſona ſuſpecta;ueluti ſi eſt de re-
gno vel prouincia,in qua vigent hæreſes, ut Anglicus,
ſeu Gallus,uel Germanus.l.quod ſi nolit. §.qui manci-
pia.ff.de ædil.edict.cap.excommunicamus. 1.§.quiau-
tem.ibi,ſuſpitionis, & qualitatem perſonæ.de hæret.c.
ſi gens Anglorum.56.diſtin.Plenè Tiraquel.de nobili.
cap.12.Albert.de agnoſcen.aſſer.q. 25. num. 14. Pala.
Rub.in allegat.hæreſis.§.7.Iac.Sep.in Inſti.Catho.cap.
49.num.7.& in Enchrid.tit.40.num.40.nu. 13. De fa-
620 ctis autem & uerbis geminatis eſt l. fin. C. ad l. Fal. l.
antiquæ.C.ad Velleia.l.3.C.de Epiſ.aud.l.cum ſcimus.
ubi Bart.num.7.& pleniùs Alex.C.de agric.& cenſ. lib.
11.l.eum qui.ff.de conſtit.pecun.l.balliſta.ff. ad Trebe.
cap.ſuper eo.cap.accuſatus.§.1. de hæret. in 6. Bald.in
l.nec damnoſa.C.de pre.Imper.offeren.Ioan.de Pla.in
l.1.per text.ibi, C. de ſuperexact. libro.10.Iaſ.in l.cùm
procurator.§.ſi dominus.num.6.cum ſequen.ff. de no.
oper.nunt.Hyppol.in l.j.§.quæſtioni.num. 4. cum ſeq.
ff.de quæſtion.& in conſi.2. opportuna animaduerſio-
ne.nu.58.& in ſing.378. inci. geminatio actus. Albert.
de agnoſ.aſſer.q.32.num.18. Latiſſimè omnium Ant.
Corſetus in tract.ſuo de uerb.geminat.& habetur in j.
vol.tractat.

621 Vnde meritò inquit glos. in uerbo iterare, in cap. si quis iratus. 2. q. 3. confessionem geminatam, tanquam cum deliberatione factam, prætextu erroris non posse reuocari. quam pro singulari refert Bald. in procem. ff. Alex. in l. vnica. C. de error. calcul. Decius in l. quicquid iracūdiæ. in princ. ff. de reg. iur. Hyppol. in d. §. quæstioni. num. 8. & 10. Pala. Rub. in rep. rub. de donat. inter virum & vxor. §. 17. num. 14. Anto. Corset. in d. tractat. nu. 20. Idem dicendum est quando reo datus fuit terminus ad deliberandum & respondendum: quia con-
622 fessio post deliberationem facta, propter errorem non reuocatur. glo. est nimis sing. in uerbo, admoniti. in c. ex literis. de diuort. quam allegat Bal. in l. cum precum. num. 6. C. de liber. caus. in l. siquidem. in fine. nu. 6. de exceptio. & in l. unica. colum. 10. C. de confes. & in cap. dudum. 2. de electio. Archid. in cap. fin. de iureiuran. in 6. & in cap. 1. de accus. eod. lib. 6. Decius in d. l. quicquid. num. 5. Hyppol. in d. §. quæstioni. num. 11. & in rub. C. de probat. num. 102. Abb. in cap. fi. num. 11. de confes. & in cap. cum venerabilis. post glos. 2. ibi, de exception.

623 Veruntamen aduersus prædictam glos. in d. c. ex literis (eam reprobando) tennit Bart. in l. error. in fine, vbi latè Ias. num. 28. C. de iur. & fact. ignor. Bal. in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiuran. & in cap. fin. num. 21. de confes. Optimè Lud. Rom. in l. si verò. §. de viro. fallen. 31. ff. solut. matri. dicens se ita de facto Florentiæ consuluisse, & in cons. 391. incip. ut proposita
624 consultatio. Etiam si talis confessio esset iurata, tanquam erronea potest reuocari, vt concludit Ias. in d. l. error. num. 30. & in l. serui electione. nu. 29. ff. de legat. 1. Thom. Gram. voto. 10. cælestis curiæ. num. 33. Deni-

que

que vnico tantùm uerbo omnibus iuribus,rationibus, & fundamentis pro contraria parte adductis respondetur, quòd omnia supradicta procedunt, dummodo non sit proteruus atque pertinax,obstinatus,vel induratus,aut incorrigibilis hæreticus,cùm paratus sit corrigi. Sed certum est eum qui errorem habuit in intellectu, esse, uel fuisse hæreticum. Et ne longius noster protendatur sermo, sub breui verborum Laconismo, quinquaginta assertiones analyticas hoc in loco annectam,quibus omnes fidei causæ,quæ in sancto Inquisitionis foro passim uersantur, facile diffiniri ualeant.

Annotationes domini Francisci Pegnæ.

Sub num.53.ibi, inaduertenter.) dic. neque adhuc erat per ecclesiam diffinitum.

Sub num.240.ibi. Excommunicatos.) Dic, quòd hæc theologorum sententia communis est, & uera, & in practica obseruatur,nec ab ea est recedendum, quia ecclesia non iudicat de actibus interioribus.

Sub nu.246.ibi.Excommunicatus.) Dic quòd eandem opinionem sequitur Auctor in hoc eodem tractatu par.2.assertione 37.num.319.sed in hoc nullo modo est ei assentiendum.

Sub num.474.ibi. Propositio hæretica.) Videatur omnino Melchior Canus lib.12.ca.8.de locis theologicis.

Sub num.475.in prin.ibi.Sed si aliqua.) Circa hanc auctoris doctrinam cōsule omnino theologos,& præsertim D.Thom.prima par.q.32.art.4. & Aymericum in Director.Inquisit.par.1.q.7.& Melchior.Can.lib.2. de locis theolog.cap.16.& seq.

Sub

Sub num.552.ibi in prin. Contra Iudæos.) In quib. casibus procedere possint Inquisitores contra Iudæos statutum est a Gregorio. xiij. Pont.Max. per Extrauagan.incip. Antiqua Iudæorum improbitas. editam anno.1581.Kal.Iunij.Pontif.sui anno.10.

S V M M A R I A.

1 *Inquisitorum arbitrio committitur,quæ ad hæreticorum capturam necessaria sint.*

2 *Capturam præcedere debet aliqualis summaria informatio de maleficio,nisi sit probabilis suspitio de recessu.nu.3.vide contra.nu. 8.pro limitatione num. 5.*

6 *Capere delinquentem in flagranti cuilibet licet, & indici infra viginti horas præsentare. & etiam ex interuallo tam in publicis quam in priuatis delictis.num.7.& etiam hæreticum. nu.8.quia est hostis communis.num.9.quem propria authoritate occidere licet.10.cum declaratione.num.11.*

12 *Officium inquisitionis quibus medijs ad capturam procedat. & num. 13.*

15 *Captura in materia hæresis magna prudentia & matura deliberatione committenda est. quia in tam graui crimine oportet cum magna cautela procedere. num.14.in quo sola captura vehementer infamat,16.secus est in alijs criminibus. 17. assignatur ratio. num. 18.*

19 *Carceri secreto in materia hæresis quando quis mancipandus sit vel non.*

20 *Inquisitores fidei in crimine hæresis poßunt contra aliquem ex leui & modica suspicione procedere , vt suspectus interrogetur quid sentiat de fide. Declara ut nu. 21.34.35.*

22 *Testes quot & quæ indicia sint neceßaria in crimine hæresis ad reos compræhendendos.& num. 23. & quod unus sufficiat omni exceptione maior.num.24.25.26.27.32.*

28 *Tortura grauior est quàm captura, & quàm vtriusque manus abscisio.29.*

30 *Probatio plena requiritur,ut aduersus hæreticum defunctum procedatur.contra uiuum semiplena sufficit. nu. 31.considerata personæ qualitate.33.*

109 Suspi-

109 Suspitio de mendacio ex quibus oriatur non modica in teste.
110 Testes quomodo depræhendantur mendaces.
111 Iudici non licet testes pro ratificatis a reis haberi, quamuis delati plene & sponte delictum sint confessi. & quare, nu. 112. 113
114 Appellationis remedium est quædam naturalis defensio.
115 Hæresis crimen tribus tantum minus idoneis testibus plene non probari, nec per testes singulares. nu. 120. 134. 135.
116 Testes duos omni exceptione maiores, multis suspectis præferri, paucos nobiles multis rusticis, & duos Cardinales multis pannosis clericis.
117 Testium defectus non supplentur ex numero in causa criminali, nec in ciuili ardua. & nu. 118. 119.
121 Singularitas obstatiua quid operetur in testibus.
122 Singularitas in testibus triplex, obstantiua, subalterna, adminiculatiua.
123 Prædicamenta decem in exponenda testium singularitate, ex Bal. remissiue.
124 Testes in dubio præsumuntur contestes, non singulares.
125 Actuum pluralitas non præsumitur.
126 Testes ad concordiam sunt reducendi si id commode fieri potest.
127 Testis non dicitur singularis quamuis alios contestes non alleget, & dicat de aliorum præsentia non recordari.
128 Testes dicuntur contestes, non singulares, quando in facto principali, in quo negotij substantia principaliter consistit, concordant per eadem uel æquipollentia uerba, licet in alijs discordent.
129 Testes quando teneantur testificari per uerba formalia, & non æquipollentia, ut probent. & quid in probanda propositione hæretica. nu. 130.
131 Verborum uirtus & substantia non in superficie, sed in intentione consistit.
132 Testes non dicuntur singulares si in effectu & uerborum substantia concordant, quamuis uerbis vtantur diuersis.
133 Testes testificantes uno eodemque præmeditato sermone præsumuntur suspecti.
136 Fama delicti etiam si simul cum testibus singularibus concurrat, nihilominus hæresis crimen non plene probatur.
137 Probatio una & integra & perfecta in criminalibus ex pluribus imperfectis probationibus non fit.

138 Regula, singula quæ non prosunt multa collecta iuuant. non habet locum in criminalibus.
139 Hæreticus in genere quis probatur per testes singulares probantes diuersas illius hæreses. Declaratur nu. 142.
140 Hæretici omnes habent caudas ad inuicem colligatas. & nu. 141.
143 Indiuiduum est collectio proprietatum quæ alteri non conuenit, & de vno tantum prædicatur.
144 Hæreses in specie, & in errore alicuius articuli fidei sunt probandæ, at in specie testes testificari tenentur.
145 Opinio Episcopi Pacen. circa hæresis probationem, dubia & periculosa demonstratur.
146 Testes tres singulares sufficere ad condemnationem in causa hæresis, ex Albertino, cuius opinio falsa demonstratur.
147 Probationes in sua specie imperfectæ in criminalibus ad plœnam probationem non coniunguntur.
148 Lex. C. de hæreti. in suo intellectu difficilis declaratur. & nume. 149. 152.
150 Probationes luce clariores necessariæ sunt in criminalibus ad condemnandum.
151 Pœnarum genera omnia concurrunt in crimine hæresis.
153 Socio criminis fidẽ esse adhibendã ẽt sine tortura in negotijs fidei.
154 Socius & particeps criminis ad testimonium regulariter non admittitur, nisi in casibus læsæ maiestatis Diuinæ & humanæ, & alijs, ut ibi, cum declaratione. & nu. 155. De primo 151. nu. 290.
156 Testis falsus in crimine hæresis plectendus est pœna talionis. & nu. 157. 158. ratio nu. 159. 160.
161 Depositioni primæ iudiciali minor fides adhibenda est, quàm secũdæ, etiam in articulo mortis in causa hæresis. & nu. 162.
163 Capitulum, accusatus. §. licet. de hæret. in sex. declaratur.
164 Verba omnino dubia & ambigua potius in sensum catholicum quàm hæreticum sunt exponenda.
165 Absurdum nihil dici aut excogitari poterit, quod si in aliquem sensum fictum detorqueas uerum non sit, ac rationi tam humanæ quam Diuinæ consonum.
166 Consultorum suffragia non esse decisiua, sed tantum consultiua.
167 Inquisitores fidei contra blasphæmos & sortilegos procedere regulariter non ualent, nisi hæresim hæc delicta sapiant. & nu. 168.
169 Blasphemia sapiens heresim est apostasiæ crimen.

339 Lex

339 Lex diuina magistris errorum seu Dogmatistis nullo modo pepercit.
340 Hæresiarcha non pertinax sed conuersus an pœnam ignis euadet.
341 Pœna maiori dignus est qui audaciam & occasionem damnationis alijs tribuit.
342 Pœna maior a iure Seductoribus quàm delinquentibus imponitur.
343 Hæresis crimen grauissimum est, tum propter nobilitatem subiecti, tum etiam propter nobilitatem rei quæ offenditur. & etiam ignoranter prolatum grauius est quàm dolosum homicidium.nu.344.
345 Delinquentibus licet aliquando uenia concedatur propter multitudinem, primis tamen authoribus non solet ignosci. & assignatur ratio.& ui.nu.348.ubi de indulto Pauli. iij.concesso Regno Valentiæ.
346 Iura quæ de crimine simpliciter loquuntur non sunt in fauorabilibus ad crimina qualificata extendenda, quando simul alia delicta concurrunt, & dantur exempla.
347 Qualitas adueniens uel adiuncta enti qualificat illud, & reponit in diuersa specie.
349 Dogmatizare est delictum qualificatum uniuersæ Reip. Christ. nimis perniciosum.
350 Iura permittunt procedere contra dogmatizantes etiam non baptizatos. & contra celebrantes suos ritus & cæremonias publicas. num.351.
352 Ius canonicum potius quàm ciuile sequẽdum est in hæresis crimine, quod est mere ecclesiasticum, & de eo iudex secularis neque indirecte potest cognoscere.
353 Lex canonica adiuuari potest a ciuili per pœnæ impositionem.
354 Filios hæreticorum etiam natos ante crimen commissum sub pœnis & prohibitionibus compræhendi.contra nu.355.tamen prima est magis communis. 356.
355 Pertinax non tantum est relaxandus, sed etiam uiuus a seculari potestate comburendus.& num.403.
358 Pertinax quis dicatur, ex Isidoro.& 359.ex glo.& 363.
360 Hæretici obstinati quomodo uiui cremandi sint. & nu.361.
362 Pertinacia quibus modis cognoscatur in hæretico.
364 Pertinax hæreticus aspidi surdæ aßimilatur.
365 Hæresis in quantum in se habet pertinaciam est species peccati in Spiritum sanctum.
367 Pertinacia oritur ex superbia, elatione, & inani gloria, qua plus

sibi

tatem abnegans quomodo ſit relaxandus.

401 Accuſatus de pluribus erroribus ſi aliquos confiteatur & aliquos neget, an ſit relaxandus.

402 Reus negatiuus, crimine legitime probato, eſt relaxandus. & qualiter crimen probatum dicatur.

404 Torturæ quando locus ſit in crimine hæreſis, & ibi de effectu torturæ.

405 Relapſus relaxandus eſt, idem de dogmatiſta.

409 Hæreſis crimen grauiſſimum eſt, & aſsignatur ratio.

410 Inquiſitores hæreticæ prauitatis nuncupantur defenſores fidei, & ſunt deputati ad gloriam Dei & augumentum fidei.

411 Inquiſitores ſunt iudices delegati ſedis apoſtolicæ ad uniuerſitatem cauſarum.

412 Inquiſitores tam in uita quàm in morte plenariam conſequũtur indulgentiam, & remiſsionem omnium peccatorum.

413 Conſiliarij & omnes alij officiales & miniſtri qui perſonaliter exiſtunt in executione ſancti officij, quibus priuilegijs gaudeant.

414 Inquiſitores in omnibus diebus etiam feriatis in cauſis fidei procedere ualeant: & habent ptãtem conferendi indulgentias 40. dierum. & ſoli edicta contra hæreticos publicare poſſunt. num. 415. Soli poſſunt abſoluere ab excommunicatione pro hæreſi contracta, & non alij, uirtute Iubilei uel literarũ ſedis Apoſtolicæ. 416. ſunt exempti a iuriſdictione ordinarij, neque coram iudicibus ordinarijs conueniri poſſunt. 417. ſuis prioribus & prouincialibus obedire non tenentur. 418.

419 Offendẽs Inquiſitores, uel alios ſancti officij officiales, eſt tradendus curiæ ſeculari: nedum ſi offendat perſonas, ſed etiam ſi damnificet bona.

420 Inquiſitores integros ſuarum præbendarum fructus, ſimul cum diſtributionibus quotidianis in abſentia percipiunt: ab omnibus muneribus realibus & perſonalibus ſunt immunes. 421. habent familiares qui etiam tẽpore prohibito poſſunt portare arma, & ab ipſis ſolis iudicantur. 422. ſi incidant in irregularitatem poterunt a coinquiſitore abſque alia diſpenſatione abſolui. 423. ipſis, eorumque officialibus hoſpitia, alimenta, & alia neceſſaria iuſto pretio ſunt miniſtranda. 424. poſſunt ſub pęna excommunicationis præcipere, ut populus & clerus ſint in eorum ſermonibus. 425. poſſunt cum ordinario interpretari ſtatuta edita contra hæreticos. 426.

cos.426.in causis fidei procedunt de plano, sine strepitu & figura iudicij.427. Procedunt ad inquirendum nulla pręcedēte infamia delicti.428. Possunt uices suas delegare & commissarios in districtu constituere.429. contra omnes etiam exemptos procedere possunt, quibusdā exceptis.430. simul & separatim de causis fidei cognoscere ualent.441. ipsis cum ordinarijs competit officium cumulatiue, nō priuatiue.432. possunt procedere contra eū qui discedit a communi usu & conuersatione fidelium, ut suspectum, etiam non pręcedente infamia.433. possunt quoscunque excommunicatos & inhabiles in testes recipere, & Reos citare extra suam diocesim.434.

435 Inquisitores an possint recusari, sunt opiniones.

436 Inquisitorum officium morte concedentis non expirat, etiam re integra. Et eorum iurisdictio extenditur ad negotia non cępta, & de nouo exorta.437.

438 Testium nomina in causis fidei nō publicantur, etiam si nullum immineat periculum.

439 Hæreticus non solùm ubi deliquit, sed ubicunque inuenitur puniri potest.

440 Inquisitores possunt statuta contra hereticos condere, augendo cōtra eos pœnas.

441 Iudex publice excommunicatus, & habens iurisdictionem de facto, poterit iurisdictiouem legitime exercere contra hereticos.

442 Monachi etiam ordinis minorum possunt esse notarij & tabelliones in officio inquisitionis.

443 Hęretico spoliato denegatur restitutio.

444 Inquisitores possunt in causis fidei testium examinationem alijs cōmittere. & omnes cuiusuis gradus & dignitatis possunt torquere. 445. suas sententias per alios recitare & proferre.446. cum ordinarijs sententias iam prolatas diffinitiuas corrigere & mutare. 447. in causis fidei procedunt appellatione remota.448.

450 Iudices seculares ab inquisitoribus pro exequendis suis sententijs requisiti, non possunt de causa cognoscere, neque processum petere, sed sententias exequi tenentur.

SECVN-

SECVNDA PARS
HVIVS TRACTATVS,
IN QVA CONTINENTVR QVINquaginta analyticæ Aſſertiones, quibus omnes fidei cauſæ facilè diffiniri valeant.

PRIMA ASSERTIO.

1 QVAE ſummaria cognitio ad hæreticorum capturam ſit neceſſaria, Inquiſitorum arbitrio, inſpecta delicti, & perſonæ quali-
2 tate, relinquitur.

In omnibus cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus, à captura reorum minimè inchoandum eſt, niſi præhabita priùs de maleficio contra reum aliquali ſummaria inquiſitione. l. nullus in carcerem. l. fin. ubi Bart. Bal. & Salyc. C. de exhib. & tranſ. reis. l. nemo carrerem. C. de exacto. tribu. lib. 10. l. 1. C. de execu. rei iudicat. Bal. in l. quod euitandi. num. 2. in fi. C. de cond.
3 ob turp. cauſ. dicens ꝙ reus non debet capi ante ſummariam informationem, niſi ſit probabilis ſuſpitio de receſſu, & in l. ſeruum quoque. §. publicè. ff. de procura. Salice. in l. abſentem. num. 9. C. de accuſ. Iaſ. in l. pleriq;. num. 12. ff. de in ius vocan. & in l. vinum, nu. 4. ff. ſi cert. petat. Archid. in cap. 1. de iudicijs, in 6. Idem & Io. And. in cap. ſi clericos. de ſenten. excom. in 6. Felin. in c. cum non ab homine, num. 2. de iudi. Sebaſt. Vancius de nullitate proceſſus ex defectu citat. nu. 32. Aegid. Boſ. de

captura reorum.num.3. & in tit.de indicijs ante tortu ram.num.180.Anto.Gom.lib.3.resolut.cap.9. colum. 1.& 2.Hyppol.in l.1.in prin.ff. de quæst. & in pract. §. constante.nu.5.& in sing.93.incip.iudex.Franc. Marc. decis.946.& 912.part.j.optimè Nicol.Boer.decis.215. incip. & ante quàm veniam. nume. trigesimoquarto; vbi refert quatuor esse in captura reorum necessaria. Bald. verò sibi contrarius in l. consentaneum. numer. 14.C.quom.& quando iud.inquit,quòd quando iudi-
4 ci visum fuerit,ipse poterit in criminalibus ad capturã, non præcedentibus indicijs,procedere, & in l.2.nu.3. C.de his qui latro.occulta.Ang.in l. item apud Labeonem.§.quæstionis.ff.de iniur. Plenè Robert. Maranta. de ordin.iudicior.par.6.memb.j.num.6.Thom.Gram.
5 cons.56.incip.proponitur dubium.num.6. dicit tutiùs esse iudici primam tenere opinionem, nisi sit persona suspecta,vel sit timor de fuga.l. ait prætor. §. si debitorem.ubi Bart.ff.de his quæ in fraud.credit. Bald.in d.l. consentaneum.num.32.Hyppol.in d.§. constante.nu. 5.Ias.in l.plerique.num.26.ff.de in ius vocan. & in l.2. num.15.ff.de iur.omn.iud.& in d.l.vinum.ff.si cert.petat.& in prin.Instit.de actionib. num 70. cum seq. ubi singulares declarationes & limitationes scripsit. Sed si
6 in fraganti delicto reus fuerit inuentus, eo in casu quilibet etiam priuatus de populo delinquentem capere poterit;& iudici infra viginti horas præsentare.l.capite quinto.ubi glo.Bart.& alij.ff.de adulter. l.interdum.2. §.qui furem.ff.de furt. l.unica.C.de priuat.carcer.quã ibi tonat Bal.num.4.& in l.nec timorem. ff. quod met. caus. & in cap. 1. §.si quis verò. r.num.6.de pace iuramen.firman.Ias.in prin.Instit.de actionib.nu. 68.Anto.
7 Gom. in d.cap.9.num. 3.ubi concludit quòd id licet ẽt

ex interuallo non ſolum in delictis publicis, ſed etiam priuatis.

8 Ideo meritò cuilibet de populo hæreticum manifeſtum comprehendere, & ſtatim coram Inquiſitoribus
9 fidei trahere permiſſum eſt: quia hæreticus eſt hoſtis communis, authen. Gazaros. C. de hæret. Hoſt. in ſum. tit. de hæret. §. qualiter de... entur. Alberic. in rub. C. de hæret. num. 5. Iac. Sep. in inſtit. cath. cap. 16. in prin.
10 Nam cùm liceat propria autoritate hæreticum occidere, à fortiori capere. d. authen. Gazaros, ibi, diffidamus atque bannimus. cap. excommunicamus. 2. §. Catholici. de hæret. Ioan. And. in cap. præſidentes. de hæret. in 6. Villadieg. de hæret. q. 24. Lud. Carer. de hæret. §. nūc de pœnis. num. 7. & habetur in lib. Numer. cap. 25. ibi; occidat vnuſquiſque proximos ſuos qui adorauerunt Deos alienos. & in 4. lib. Reg. c. 22. 23. & in lib. Machabeo. cap. 2. cap. ſi audieris. vbi gloſ. in uerbo mœchaberis. 23. q. 5. Archid. verò in d. cap. præſidentes, inquit,
11 tutiùs eſſe omnia proximè dicta, iudicis autoritate, & non propria fieri: quod mihi placet, niſi ſit probabilis ſuſpitio de fuga, ut paulò ante diximus.

12 In ſacroſancto Inquiſitionis officio mos iuri atq; rationi conſonus viget, vt receptis teſtibus, propoſitionibusq; qualificatis, Promotor fiſcalis coram Inquiſitoribus petat inquiſitos compræhendi, & carceribus mā-
13 cipari, ut animaduerſione debita puniantur. Inquiſitores uerò in cauſis arduis, ratione delicti, uel perſonarum (ut puta) ſi inquiſiti ſunt religioſi, uel nobiles ſimul cum Conſultoribus, excuſſis informationibus deliberare debent, atque ſuperiores ante executionem cōſulere, an rei in carcerem ſint mittendi, iuxta inſtru. de
14 Madrid anno 1561. cap. 4. & 5. Nam in tam graui cri-

mine

mine oportet cum magna cautela procedit.cap.ut of-
15 ficium. § verum. de hæret.in 6. ob idque in reorum
16 captura magna prudentia & deliberatione opus est: quia captura pro crimine hæresis vehementer infamat, vt inquit Villadieg.de hære.q. 11. Iac.Sep.in enchir.tit.25.num.3.allegando.l.1.§.diligentes.ff.de ser.
17 fugi.quod secus est in alijs criminib.l.1.C.ex quib.causis infam. irrog. vbi ob id solum quòd in carcerē quis coniectus est, famæ detrimentum minimè patitur.

18 Cùm enim maior ratio in crimine hæreseos, quàm in alijs criminibus vrgeat; maiori inquisitione atque summaria cognitione ad capiendos reos opus est. ca. ad abolendam.c.excommunicamus.j. §.adijcimus. de hæret. Villadieg.de hæret.q.11. nu.4. Alber.de agnos. asser.q.32.nu.22.& q.34.nu.21.Iac.Sep.in Instit.cath. c.16.in prin.Repert. inquisit.verbo, captura. Et ipse Sep.in enchirid tit.15.instruc.Hispalē.anno Virginei partus. 1484.c.2.Instru.Abulen.an.1498.c.3.instruc.
19 de Madrid, anno.1561.c.4.Ideo propter leuia delicta, seu propositiones malè sonantes, uel scandalosas, uel blasphemas, uel alias, quib.hæreses formatę non cōcluduntur, nō facilè quis in carceribus secretis mancipandus est, sed in aliquo monasterio, vel propria domo, seu ciuitate detrudendus est.l.leuia crimina. ff.de accusat.l.respiciendum.§.1. ff. de pœnis, & d.instruct. Hispalen.c.4.optimè Alex.cons.13.nu.11.uol.6.

20 Nam certum & indubitatum est, Inquisitores fidei contra aliquē, in crimine hæresis posse ex leui, & modica suspitione procedere, ut suspectus interrogetur quid.sentiat de fide, casus est in c.accusatus. de hæret. in 6.ibi, si autem leuis, & modica suspitio, ubi Domini. & alij numero 2.notant ad hoc.c.vt officium. eo.tit.in

6.& Matth.de Afflict.in constit.Neap oli.rub.1.nu.58. allegando auth.Gazaros.C.de hęret.Fran.Squilacen. de fid. catholi.cap.26.Lud.Carer.de hæret.num.116.
21 Iac.Sep.in Instit.catho.cap.49.num. 20.dicens illud esse intelligendum ex iusta causa,& cum homine alioqui abiecto. Sed quando quis dicatur leuiter, uel vehementer suspectus de hæresi, optimè explicat Alber. de agnos.asser.q.34.nu.46.
22 Solet plerunq; iuxta superius dicta dubitari, quot testes, uel indicia ad reos pro crimine hæresis comprehendendos sint necessaria:& videtur tres testes esse necessarios,ca.excommunicamus.j.§.adijcimus. de hæret. ibi, tres, aut plures boni testimonij viros. Ille
23 verò tex.secundum uerum eius intellectum,in inquisitione generali est intelligendus.Iac.Sep. in Enchiri. inquisit.tit.25.nu.5.inquit duorum uel trium testium testimonio opus esse,allegat.ca.accusatio.2.q.7. quod procedit in pręsbytero accusato,ut de eius tenore ap-
24 paret. Meo quidem iudicio unius testimonium omni exceptione maioris deponentis de uisu, uel auditu proprio sufficere,non temere arbitror,cùm vnus integer testis sufficiat ad torturam, gl.cōmuniter recepta in l.3.in uerbo conuictus. C. ad l.Iul. maiestat. Bart.in l.mari tus.in prin.post gl. ibi, in uerbo à quæstionib.ff. de quæstioni.Hyppol.post Bar.& dd.in l.fi. nu.5.cum seq.ff.eo.& in pract.in §. diligenter. in prin. & nu. 6.& 12.Bal.in l. miles.C.eo.Abb.& alij in c.cùm in contemplatione.de reg.iur.Lud.Carer.in pract.§.qui autē.fol.
25 48.Aegid.Bos.in pract.tit. de indicjs ante torturā.nu. 16.Thom.Gram.optimè uoto.3.nu.21.etiam in causa hæresis.Card.& Ioan.de Imol.in cle.1.de hæret.Fran.
26 Squillacē.de fide cath.c.31.Iac.Sep.in Insti. cath.c.63. num.13.

num. 13. à fortiori igitur ad reorum capturam unius testimoniũ esset sufficiens, cùm maior solennitas in tor
27 tura, quàm in captura à iure requiratur. clemen. 1. de hæret. & 4. instru. Toletana, vbi Inquisitores sine Episcopo ad reorum capturam, & non ad reorum torturam procedere valent; cùm grauior sit tortura, quàm
28 captura. l. 1. §. quæstioni. ff. de quæst. unde Bald. in l. j. in fine. C. unde vi. dicit quòd cruciatus corporis morti æquiparatur, & grauior est tortura, quàm utriusq; manus abscisio. auth. ut nulli iudi. §. fin. collat. 9. Hyppo. in l. diuus. num. 2. ff. de quæstio. & in l. 1. §. præterea. num. 8. ff. ad l. Cornel. de sicar. Præterea Instruct. Hispalen. anno nostrę salutis. 1484. & alia Granaten. anno. 1499
30 & instruct. de Madrid, anno. 1561. c. 61. disponunt plenam probationem requiri, ut aduersus defunctum hæreticum procedatur, uidelicet si duo legitimi testes existant. cap. in omni negotio. cap. licet. 1. de testib. ca. cùm esses. cap. relatum. 1. de testamen. Per argumentum au-
31 tem a speciali satis colligitur, cōtra non defunctum semiplenam probationem sufficere, quæ vnico integro testimonio fit. glos. in uerbo, conuictus. l. 3. C. ad l. Iul. maiestat. glos. ubi Bartol. num. 36. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & Ias. ibi in 2. lectura. num. 187. & Francis. de Cur. numero 204. glos. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credi.

32 Item ad id considero prædictam instru. de Madrid. ca. 4. ibi, *si la testificacion no fuere bastante para prision.* Quæ sanè instructio in numero singulari loquitur, & id annuere vr̃. s. unicum legitimũ testimonium ad capturã sufficere, p̃sertim si est abiecta, vilis, & suspecta persona (prout sunt) in secta Mahomethica omnes huius
33 regni Valētiæ neophiti, & in secta Lutherana, Galli, &

Germani: in illis enim prouincijs secta Lutherana, & hæreses pullulant, ut refert Cassaneus in consuet. Burgun. rub. 1. in prin. nu. 44. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edicto. c. excommunicamus. 1. §. cum au-
34 tem. de hæret. c. si gens Anglorum. 56. dist. Sin autem accusatus esset nobilis ac bonæ opinionis, & famæ, ad eius capturam vnius testis dictum minimè sufficeret; sed plures testes & indicia. casus sing. in c. accusatio. 2. q. 7. meritò id inspecta delicti, & personæ qualitate iudicantis arbitrio relinquitur, ut in nostra habetur asser-
35 tione; dummodo fidei Inquisitores ad reos capiendos non sint proni, sed magno consilio, prudentia, & deliberatione vtantur: quia sola captura pro crimine hæresis, ut sæpe dictum est, vehementer infamat.

36 Inquisitores verò hæreticæ prauitatis in tam graui crimine sint omni tempore prouidi atque circunspecti, præsertim in testibus examinandis: qui in primis testes moneant, quàm horrendum & nefandum scelus sit falsum testimonium proferre in omnibus causis, maximè in sancto Inquisitionis officio; & Deũ atq; eius terribile ac tremendum iudicium præ oculis habeant, ne prece, vel prætio, odio, aut coniuratione, alioue iniusto affectu, de tanto crimine innnocentem infament. ca. dignum est. c. hortamur. 3. q. 9. diligentissimeque ad eliciendam veritatem testes interrogent
37 de antea dictis & inde secutis, & qua occasione uel causa illa uerba hæretica fuerunt prolata. Nam sequen-
38 tia declarare solent præcedentia, & præcedentia sequentia, vt inquit iureconsul. Papinian. in l. cùm pater. §. cum imperfecta scriptura. ff. de legat. 2. l. qui filiabus. in prin. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. c. clericũ nullus. 2. 11. q. 1. ibi, ex sequentib. datur intelligi. &c.

sicut

ſicut vna pars legis per aliam declaratur l. vtrum. ubi Bart.in prin.ff.de petit.hæreditat.l.inciuile eſt.ff.de le-
39 gibus.Item teſtes prudenter interrogent de loco,tempore, viſu,auditu; an ſemel vel pluries actum iterauerit,aut hæretica verba protulerit, & qua pertinacia ſeu furore affirmauerit,& de alijs perſonis ibidem præſentibus,de cauſis, & rationibus,& occaſione qua præſentes fuerunt,ac de alijs neceſſarijs circũſtantijs, ad hoc vt ueritas,uel mendacium detegatur, docet tex.in cap. cùm cauſam.quæſt.1.cap.cum clamor. de teſtib.l. vbicunque.ff.de interrogat. actionibus.

40 Iudicantem enim oportet cũcta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.cap.cùm Ioannes. in fine.de fide inſtrum.cap.iudicantem.30.q.fi. & quo vultu, quàue trepidatione,vel uerbis,teſtes deponant, ſummopere eſt conſiderandum:ut ſi ſunt ridentes, vel lacrymantes, uel triſtes, aut pallentes,ſeu ſaliuam de-
42 glutientes: Nam ex modo loquendi facilè deprænditur falſitas.l.3.§.1.ff. de teſtib. & cuncta hæc plenè in proceſſu conſcribantur.d.cap.cùm cauſam.quæſt.1.
43 & d.l.3.ubi optimè gloſ. in verbo, inimicitiæ.ff.de teſtib.Bald.in l.præsbyteri.in princ.C.de Epiſ.& cleri.dicit,quod pallor,& trepidatio,vacillatio, & mutatio coloris in facie ſunt ſigna falſi teſtimonij. Innoc. & alij in
44 cap.quoniam contra.de probat.Felin.in cap. ſicut.nu. 16.de re iud.Hippol.ſing.103.incip.varietas. Iac.Sep. in Inſtit.cathol.cap.62.num.7.

SECVNDA ASSERTIO.

45 Bonorum ſequeſtrationem pro hæreſi vera & formata ſolummodo fieri.

46 Quando reus compræhenditur & carceribus sancti Officij mancipatur, statim fieri debet sequestratio bonorum illius, ne bona surripiantur, vel abscondãtur, & penes aliquam personam idoneam coram tabellione, & executore ponãtur, quæ persona eorum custodiam
47 & curam habeat. Et illa bona quæ seruando seruari nõ possunt, Inquisitorum mandato per custodem vendantur. l. fi. ff. de requi. reis. & in l. 1. C. eo. vbi Sali. nu. 5. l. si quis intra. C. de bon. proscrip. Instruct. Hispa. anno salutis. 1485. alia Abulẽ. anno. 1498. alia de Madrid an-
48 no. 1561. cap. 7. & 8. In omnibus verò casibus, in quibus propter enormitatẽ delicti bona delinquentis confiscantur, ut in l. quis quis. C. ad l. Iul. maiest. & in auth. incœstas nuptias. C. de incœst. nup. & in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fis. & alijs quàm plurimis congestis per Matth. de Afflict. in constit. Neapolita. lib. 1. rub. 2. nu. 13. cum seq. necesse est in his criminibus quòd præcedat bonorum descriptio, quæ est ad confiscationem p̃paratoria. Idem meritò dicendum est in crimine hæreseos, vt expresè decisum est in d. instruc. de Madrid. cap. 6. in qua principaliter nostra fundatur assertio: im-
49 mò in hoc crimine maior ratio vrget, cum sint ipso iure bona hæretici confiscata. cap. cùm secundum leges. de hæret. in 6.
50 Ex quibus optimè deducitur, bonorum sequestrationem, seu descriptionem minimè fieri, quoties Inquisitores contra blasphemos, seu sortilegos procedunt, seu contra secundò nubentes, prioribus uxoribus viuentibus, seu contra clericos in sacris, vel monachos professos matrimonium contrahentes, seu contra proferentes propositiones temerarias vel scandalosas, seu
51 iniuriosas, uel malè sonantes, & in omnibus denique

causis, in quibus non inest de iure bonorum publicatio, eius præparatoria, quæ est descriptio, per cōsequēs cessat. Id etiam iure communi comprobari potest. c. vergentis. cap. excommunicamus. 1. §. damnati. de hæret. cap. super quibusdam. de verb. signific. & in d. cap. cùm secundum leges. nam ibi hæreticorum bona publi
52 cantur. Sed prædicti & alij similes propriè & uerè non sunt hæretici: ergo eorum bona non debent publicari, neque aliqua opus est in ijs bonorum descriptio-
53 ne. Quia dispositum in sensu directo, oppositum arguit in sensu contrario. l. qui testamēto. §. mulier. ff. de testamen. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

TERTIA ASSERTIO.

54. Hæreticum etiam emendatum coram Inquisitoribus fidei esse necessariò denuntiandum, contra nonnullos contrarium tenentes.

55 Omnes catholici necessariò tenentur indicare Inquisitoribus fidei hæreticos, etiam occultos. cap. 2. ubi gl. & dd. de hæret. Innoc. in c. 1. nu. 4. de testib. cog. S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. Archid. in cap. si peccauerit. num. 29. 2. q. 1. Abb. in cap. 1. num. 9. de restit. spoliat. Villadieg. de hære. q. 6. nu. 9. & q. 10. nu. 7. Soto de iust. & iure. lib. 5. q. 5. art. 2. Castro de iusta hære. punit. li. 2. c. 26. Ia. Sep. in Insti. cath. c. 18. & c. 42. nu. 10. & in Ench. Inquisiti. ti. 23. nam pro salute communi una omnibus debet esse vigilantia. l. Arriani. l. Manchæos. C. de hæret. l. quisquis. §. fin. C. ad l. Iul. maiestat. Neque caret scrupulo societatis occultæ, qui manifestò facinori desinit obuiare, ut inquit tex. hoc verborum tenore in c. neglige-
58 re. 2. q. 7. & error cui non resistitū approbatū, c. error. 83.

 dist.

dist.Quia qui alios cum potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.c.2.de hære.c.Etsi Iudæos. de Iudæ. Et in Leuiti. c.5.ibi,nisi indicauerit,portabit iniquitatem suam. Et in Deuteronimi.c.13.ibi,si tibi voluerit persuadere frater tuus, aut filius, vel filia tua, seu vxor quæ est in sinu tuo,aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens, eamus, & seruiamus Dijs alienis,non acquiescas ei, neque audias, neque parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eum. De hac re
59 regulã,& octo ampliationes,& tres fallentias, in meis specialibus in fidei fauorem,in verbo, accusare. specia-li.3.pleniùs scripsi:vbi,num.32.cum sequen. confutaui sententiam illorum, qui asserebant hæreticum emendatum & correctum non esse coram Inquisitoribus fidei denuntiandum, pro vt tenuit Domin. de Soto,de iusti. & iure.libro 5.q.5.arti.1.& Mincha.controue.16. num.4.

60 Ratio autem aduersus prædictos euidens est, nam hæretici suaptè natura sunt callidi,ut inquit Cõra.Bru. lib.1.de hæret.c.7.& 8.Epyphanius, de hæret.li.j.tom. 3.hæresi.38.& lib.2.tom.1.hæresi.59. Et hæretici etiã
61 fingunt se esse correctos & emẽdatos, ut hoc pacto ca tholicos decipiãt,qui bona fide & synceritate credunt hæreticos iam esse emendatos, &(re vera) non sunt,
62 cùm peruersi difficillimè corrigantur.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.l.si aliquid. C. de suscep.& arca. lib.decimo,nam semel malus, semper præsumitur ma-
63 lus.cap.illo vos.de pignori.regula,semel malus.de reg. iur.in 6. Et ita qui semel fuit hæreticus,semper præsumitur hæreticus.Bald.expressè in l. non ignorabit. nu.
64 5.C.ad exhiben.Albert.de agnos.asser.q.25.num.14. Sed qui nũc est hæreticus, non p̃sumitur retrò fuisse hæ

reticus,

reticus, ut optimè tradit Baldus in d.l. non ignorabit. num. quarto, quia hæresis est qualitas accidentalis, & non naturalis.

65 Et quanquam huiusmodi hæretici essent correcti, nihilominus nimis vtile ac necessarium esse arbitror denuntiandos fore, vt Inquisitores fidei eos interrogẽt, quos magistros illorum errorum habuerunt, vel quos discipulos ante suam conuersionem docuerunt, vel si aliqui amici, vel familiares sua peruersa doctrina fue-
66 runt corrupti. Operationes enim animæ velociores sunt operationibus corporis, ut Paul. Apost. ait 2. ad
67 Thimo. cap. 2. & hæresis ut cancer serpit, & modicum fermentum totum massam corrumpit. 1. Corinth. c. 5. Scabiosa enim ouis à caulis est repellenda. cap. resecan-
68 dæ. 24. q. 3. nam morbida facta pecus inficit omne pecus. cap. ea quæ. de statu monach. cap. sed illud. 45. dist.
69 cap. sæpe malorum. 28. q. 1. hoc verborum tenore, sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt. Vnde dominus per Moysen. Num. 16. inquit, recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuolamini in peccatis eorum. Et leprosus extra castra, & ciuitatem propter vitandã contagionem ponebatur, donec mundaretur. Nume. cap.
70 12. Ideo hæresis in iure aliquando pestis appellatur. c. accusatus. §. sanè. ibi, impediri pestis. de hæret. in 6. cap. excõmunicamus. 1. §. credentes. de hæret. Labes quo-
71 que & prauitas, hæresis vocatur. clem. 1. §. verum. de hæret. Paul. Grillan. de hæret. q. 1. num. 2.

72 Minimè hac in re omittendum est illud memorabile exẽplũ. c. oĩs q̃. 24. q. j. de sanctissimo illo viro Polycarpo, qui cùm apud Ephesũ balneũ lauãdi cã ĩgressus fuisset, & vidisset inde Cherinthũ hæreticũ exire, continuò

lotus

lotus discessit dicēs, fugiamus hinc, ne & balnea ipsa nos corrumpant, in quibus Cherinthus lauatur ini-
73 micus veritati. Vitanda enim est hæreticorum communicatio: nam qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Ecclesiaſ.cap.13.& qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Prouer. c.13.& cum sancto sanctus erit & cum peruerso peruerteris. Psal.17. instar regis Saulis, qui cum prophe-
74 tis prophetabat, & cum iniquis insaniebat. lib.1. Reg.
75 cap.10. sinistra verò oritur suspitio contra aliquem ex mutua communicatione cum malis hominibus. l. ædiles.§.Pedius.ff.de ædil.edic.l.si plures.§.quamuis.ff. de
76 administr.tutor.& in c.etsi Iudæos, de Iudęis. dicente, illam retributionem solent impij exhibere suis hospitibus, quam mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu.

77 Vnde tex.singu.in ca.inter solicitudines.de purga. canoni.ibi, in pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæretico scienter habuisse dignoscitur. probat magnam suspitionem contra aliquem oriri ex familiaritate, & hæreticorum conuersatione. Et ita per d. tex.tenuit Hostien.in summa.de hæret.§. qualiter deprehendatur.num.4. Alfon. Guerrero, in thesa. relig. Christianæ.tit.de hæret.nu.9. in fine. Castro. de iusta
78 hæret.puni.lib.2.cap.17.Bald.conſ.79.uol.3. ubi consuluit quendam Episcopum posse torquere aliquem conuersantem cum hæretico, si de hæresi accusaretur. Quod conſ.refert Lud. Carer. in pract. crim. fol.63. vigesimo quinto inditio. sicut contigit duabus ciuitatibus propinquis & vicinis Sodomorum, quæ propter vicinitatem similiter perierunt. Geneſ.ca.19.

cap.

cap.sed & continuò.de pœnit.dist.1.cap.clerici.de ex-
79 cess.prelato.nam cùm proniores sint homines ad ma-
lum,facilius alliciuntur & trahuntur ad illud, quàm ad
bonum.c.procliuus.20.q.3.c.1.12.q.1.

Simili modo uiolenta oritur suspitio contra eum
80 qui nouit aliquem esse in hæresim lapsum, & illum
iudici statim non manifestat. Alfons.de Castro. de iu-
sta hæret.punit.lib.2.cap. 25.quem refert Iac. Sep. in
instit.cath.cap.18.num.2.dicens, quòd ex varijs cir-
cũstantijs maior uel minor suspitio potest oriri,ex quo
sumpta est Inquisitorum fidei consuetudo puniendi,
81 uel saltem reprehendendi testes tradius denuntian-
tes: nam ad id quilibet tenetur nulla monitione seu
fraterna correctione præcedente. Villadieg.de heret.
q.10.num.6.optimè Castro.in d.cap.25.ubi plures ra-
tiones & fundamenta scripsit. Iac. Sep.in instit. catho.
cap.42.num.10.& in Enchirid.Inquisi.ti.24.num.5.&
6.Domin. de Soto, de ratione tegendi secretum, 2.
mem.q.4. Dictum autem Alfons. de Castro iuuatur
ex sing.dicto Bart. in l. vtrum.num.3. ff.ad l.Pomp.de
82 de parricid.dicentis,quòd sciens proditionem contra
principem,vel Rempub. si non reuelauerit, pœna ca-
pitali est puniendus: quem optimè sequitur Salicet. in
l.quisquis.in fin.C.ad l.Iul.maiest.ubi Angel.inquit il-
lam opinionem Bart.seruari in practica. Contra eam
83 tenet Hippol.in d.l.vtrũ.in prin.& in sing. 164. nemo
debet.Anan.in rub.de his qui fil.occid.nu.6. referen-
do quoddam cons.Bald.quod non reperitur, dicentis
propter illam opinionem animam Bart. sepultam es-
se in inferno. Ioan.de Neuizanis, in sylua nup. fol. 22.
Ang.de malefic. uerbo, *che hai tradita la tua patria.*
in fin.Felin.in cap.de cætero. numero 17. de re iudica.

Con-

Concludendum igitur cum nostra assertione est, hæreticos etiam correctos, & emendatos esse denuntiandos: quod satis colligitur ex Instruc. de Madrid anno salutis, 1561. cap. 53. in fine.

QVARTA ASSERTIO.

85 Per duos tantùm testes omni exceptione maiores hæresis crimen plenè probari contra, Hostien. Alberti. & alios.

86 Commùnis.dd.extat opinio, duos testes legitimos,
* omniq; exceptione maiores, ad integram probationẽ in hoc crimine sufficere. Ioan. And. Domin. in cap. ut officium. ubi Philip. Franc. nu. 3. de hæret. in 6. Card. in clem. 1. §. uerum. eo. tit. Hanc fatentur esse communem Marian. Soc. & Felin. in cap. excommunicamus. j. nu. 27. de hæret. vbi Io. de Anan. num. 2. Villadi. de hæret. q. 13. num. 9. Lud. Carer. de hæret. nu. 126. Alfon. Guerrero, in thesau. relig. Christ. tit. de hæret. nu. 20. Conrad. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 9. Nicol. Boer. decis. 331. incip. & uidetur. Albert. de agnos. asser. q. 34. in prin. & in rep. cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 16. num. 4. & 25. Syluest. in summa. uerbo, hæresis. 2. q. 4. Villad. de hæret. q. 13. num. 9. Iac. Sep. in instit. catho. cap. 50. nu. 3. & in enchirid. tit. 34. num. 4. Pal. Rub. in allegat. hæresis. §. 13. Aegid. Bos. de hæret. num. 4. Anto. Gabriel. in suis communibus opinionibus, uerbo, testes duo. pag. 395. Iul. Clar. in pract. §. hæresis. uers. habet etiam. per regulam vulgatam, in ore duorum, uel trium testium stat omne uerbum, cap. in omni negotio. cap. licet. 1. de testib.

87 Duo legitimi testes, etiam contra summum Rom. Pontificem,

Pôtificem, vel Imperatorem, in hoc crimine plenè probant. gl. 1. in c. præsul. 2. q. 5. quam pro sing. refert Abb. in c. tertio loco. nu. 6. de proba. & in c. at si clerici. nu. 3. de iudi. & in c. quoties. in prin. & in c. super eo. 2. nu. 2. & in c. licet vniuersis. in prin. de testib. in cap. 1. nu. 5. de procur. in rep. c. cùm esses. nu. 16. de testa. in c. per tuas. vbi plenè Fel. de maio. & obed. Pet. de Rauen. in alphabe. aureo. verbo, testis. Ant. Corsetus in sing. incip. Papa pôt. Aegip. Bos. de hæret. nu. 5. & in tit. de confessis, in princ. Albert. in cap. 1. q. 16. nume. 8. de hæret. in 6. Villad. de hæret. q. 13. nu. 9. Decius cons. 100. in causâ inquisitionis, in prin. & cons. 342. Bernardiaz de Luco, in pract. cap. 120. in fine. Anto. Gabriel. in loco supra citato.

88 Testes dicuntur legitimi, vel legalissimi, omniq; exceptione maiores, qui aliqua exceptione repelli non possunt; neque contra eos aliquis defectus opponi valeat. glos. ordinaria, in verbo, maiores. in c. 1. de consan. & affinita. quam allega. Bal. in l. optimam. C. de contra. & committen. stipul. vbi ad id est tex. & gl. & Bal. num. 8. îquit, ꝙ ille testis est omni exceptione maior, qui om
89 nem friuolam exceptionem superat, & nulla ei exceptio uera, uel legitima opponi potest. prædictam gl. ẽt refert Abb. in c. at si clerici. nu. 32. de iud. Feli. vbi optimè in c. cùm Ioannes. num. 44. de fide instrumen. Hippol. in l. de minore. §. plurimũ. nu. 57. ff. de quæst. Alex. cons. 70. nu. 12. volum. 2. Matth. de Afflic. in const. Neapol. lib. j. rub. 79. nu. 31. Pala. Rub. in alleg. hæresis. §. 13. Albert. de agnos. asser. q. 34. nu. 5. Thom. Gram. consil. 35. in causa magnifici. num. 35. Lud. Carer. in pract. fol. 72. nu. 26. Fran. Cur. in trac. de testib. nu. 73. gl. est similis in verbo idoneos, in 5. Item verborum. Inst.. de inut. stipul.

ſtipul.alias refert Alex.& Fran. de Cur. in locis modò citatis. Ideo meritò ſuperioribus annis fui in hac opinione per duos teſtes minores vigintiquinque annis crimen hæreſis non fuiſſe plenè probatum, cùm in criminalibus minores vigintiquinq; annis, licet aliàs ſint idonei, non tamen ſunt legitimi teſtes.l.3.§.lege Iulia. ff.de teſtib.l.in teſtamentis.ff.de teſtam.cap. ſi teſtis.§. cùm teſtimonium.4.q.3.l.3.tit.16.part.5. Alberi.in d. §.lege Iulia.Lanfran.in cap.quoniam contra.§.teſtium depoſitiones.num.142.de probat.& tres fortaſſis non ſufficerent,ut infra aſſertione quinta.

91 Neque Promotor fiſcalis aſtringitur probare teſtes cōtra hæreticos productos eſſe idoneos.De iure enim præſumuntur eſſe omni exceptione maiores, niſi contrarium probetur, gloſ.in verbo, idonei.in cap.1.de teſtib. pro qua eſt text. in cap. præſentium. de teſtib. l.ſi quis teſtibus.C.eo.ubi dictis teſtium ſtandum eſt, ſi nihil in eorum perſonas fuerit obiectum : nam quilibet bonus & idoneus præſumitur.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re milit.l.cùm pater.§.rogo.ff.de legat. 2.cap. dudum.de præſum.cap vnico.de ſcruti. in ordi. facien. Bald in l.neque natales.num.10.C.de probat.Ancha. in clem.1.de conceſ.præben.vbi Ioan. de Imol. nu.12. latè Fel.in d.cap.dudum. Alciat. de præſum.reg.3.præſumpt.3.d.gloſ.in d.cap.1. de teſtib. Sequitur Ioan.de Imol.in l.1.§.ſi quis neget. in fine.ff. quemadmo. teſta. aperian.Fran.de Cur.Iunior in d.tract.de teſtib. num. 75.& ſenior cōſ.56.ſuper proceſſu.Lud. Carer.in prac. crim.fol.72.nu.27.Thom.Gram.conſ.35. in cauſa magnifici.num.39.Alberti.in cap.1.q.15.num.28.de hæret.in 6.

92 Et ratio ꝑdictæ rationis eſt, quia idoneitas eſt qualitas

litas naturalis intrinſeca, quæ ſemper præſumitur. auth. contra qui propriam. C. de non num. pecun. c. ſicut. 1. q. 1. gl. in l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſat. dare cogan. gl. ubi optimè Abb. in cap. fin. de ſucceſ. ab inteſtat. melior glo. in verbo, ſcientiæ. in cap. ſi fortè. de elect. in 6. Non uerò mel atet contrarium tenuiſſe Angel. in l. tabularum. ff. quemad. teſtam. aperi. quem ſequitur Hippol. & alij ab eo relati in l. ſi quis ne quæſtio, nu. 136. cum ſequen. ff. de quæſtioni. Solutionem, uel potiùs eius reprobationem vide per Fran. de Cur. Iunior. & Albert. in locis ſupra citatis.

93 Hoſtien. verò in ſum. de hæret. §. qualiter deprehendatur, nu. 4. tenuit ad probandum crimen hæreſis duos tantùm teſtes non ſufficere, ſed tres, vel plures requiri; quia durum eſt hominem bonæ famæ duobus tantùm teſtibus conuictum de tanto crimine condemnari. Cui opinioni adhæret Conrad. Brun. lib. 4. de hæret. cap. 9. & Nicol. Aymer. in direct. Inquiſi. par. 3. q. 71. Archiep. Floren. in 3. par. ſum. tit. 18. c. 2. §. 5. Io. de Tabia. in ſua ſumma, verbo, Inquiſitor. num. 37. dicens opinionem Hoſtien. procedere de æquitate; communem verò opinionem de rigore. gloſ. magna. in 5. q. in fine. in l. 1. tit. 26. par. 7. dicens, quòd ad minus tres teſtes in hoc crimine requiruntur: quia de maiori præiuditio agitur, quàm in alio delicto. Albert. de agnoſce. aſſer. q. 34. nu. 5. inquit opinionem Hoſtien. ſeruari in practica, & ea communiter Inquiſitores fidei vti, & non communi

94 opinione. Idem Alberti. in rep. cap. 1. q. 16. num. 12. de hæret. in 6. opinionem communem, ſibi non placere affirmat, referendo præfatum dictum Hoſtié. pro quo ſolet allegari tex. in cap. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hære. ibi, tres aut plures boni teſtimonij viros.

Sed

95 Sed ille.§.adijcimus, loquitur de Inquiſitione generali, quam Inquiſitores viſitãdo ſuas prouincias per tres, vel plures teſtes in hæreſibus inquirendis informationem recipiunt,& nõ de probatione particulari, de qua eſt noſtra quæſtio.

96 Vehementer illud contra communem Doctorum ſententiam,& in fauorem Hoſtien. vrget: Nam in cauſis fidei teſtium tantùm dicta, & non eornm nomina reo publicantur, tacitis etiam omnibus circunſtantijs, quibus de teſtib. reus ſuſpicari poſſit, eorum dicta ędun tur & publicantur. cap. fi. de hæret. in 6. præſertim quãdo teſtium & accuſantium imminet periculum, ut ibi

97 dicitur. Et idem eſt in alijs quibuſcunq; delictis, quãdo hoc periculum ineſt. Ioan. And. in cap. quoniam frequenter. in prin. vt lite non conteſ. tex. in cap. prętereа. 2. ubi Abb. nu. 4. & 7. & alij, de ſponſal. Reper. Inquiſit.

98 uerbo, nomina. uerſi. ex prædictis. Ceſſante etiam omni periculo hodie nomina teſtium publicare minimè tenentur Inquiſitores, pro ut per extrauag. Innocenti ſexti. ibi, ſanè uolumus ut nomina tam accuſantium prauitatem hæreticam, quàm teſtificantium ſuper ea, nullatenus publicentur, propter ſcãdalum, uel periculum, quod ex publicatione huiuſmodi ſequi poſſit. Quam extrauagantem refert Nicol. Aymeri. in direct. Inquiſi. parte. 1. in fine. Et Pet. Paul. Pariſ. conſ. 2. volum. 4. Ia. Sep. in Enchirid. Inquiſit. tit. 35. num. 15. & Repert. Inquiſit. verbo, nomina. uerſ. nunc uidendum eſt. Et expreſsè cautum eſt in Instruct. Hiſpalen. anno Virginei partus. 1484. & in alia Mantuę Carpentanæ, vulgò Madrid. anno. 1561. cap. 31. quia ſemper imminere periculum præſumitur; & ut maior teſtificandi contra hære-

99 ticos audacia & ſecuritas teſtibus tribuatur, nomina

teſtium

reis occultari solent, eisq; integra defensionis facultas tollitur: ac proinde diminuta & truncata est reorum defensio.

100 Quonam ergo pacto delatus, in carceribus secretis detentus, amicorum, & cõsanguineorum suorum, atq; procuratorum solatio & consilio destitutus, defectus & obiecta aduersus testes obijcere poterit, cùm eorum nomina ignoret? Si fortè sunt eius inimici, uel criminosi, uel infames, uel excommunicati, uel aliàs inhabiles. Nam in tam graui crimine, in quo omnia pœnarum genera concurrunt, uidelicet, excommunicatio, bonorum publicatio, personæ relaxatio, perpetua sua & suorum infamia. cap. ad abolendam. cap. ex cõicamus. 2. in prin. & in §. fi. de hæret. c. super quibusdam. de uerb. sig. c. cùm secũdum leges. de hæret. in 6.

101 maiores probationes, quàm in alijs criminibus sunt necessariæ, ut inquit Oldra. consi. 210. incip. regularis habet traditio. Bal. in l. fi. nu. 4. C. de probat. dicens pleniores probationes esse necessarias, ubi maiores sunt condemnationes. Idem Bal. & gl. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. Alber. de agnos. asser. q. 34. num. 24.

102 Neque erit temerariũ asserere, testes, quorũ nomina non publicantur, respectu rei, non esse omi exceptione maiores, cùm non possit delatus propter ignorantiam, aduersus eos aliquid obijcere: siquidem illi dicuntur omni exceptione maiores (vt superius dictum est) qui aliqua exceptione repelli non possunt; & sic propter omissam iuris solemnitatem, quia eorum nomina non exhibentur, minus possunt opponi crimina defectus & obiecta. c. qualiter & quãdo. 2. §. debet. de accusat. Abb. in c. olim. num. 8. eo. tit. sed posteaquàm

103 uerba dictæ extrauag. Inno. 6. consideraui. ibi, & ad-

habeatur dictis huiusmodi testium nihilominus plena fides, ob id paratus sum palinodiam recãtare: nam, vt inquit Tullius in Philippicis, posteriores cogitationes solent esse sapientiores. Verùm meo tenuissimo ingenio, non auderem in tam graui crimine, truncata atque diminuta rei defensione duobus tantùm legitimis testib. quempiam condemnare: sed opinionem Hosti. tanquam æquiorẽ ipse sequerer, nisi delatus esset malæ opinionis & famæ, vel alia adminicula contra eum concurrent, quo casu communis Doctorum opinio esset tenenda.

104 Pleriq; tamen arbitrantur illam solemnitatem, quæ in reproductione testium adhiberi solet, quòd testes reproducantur, & in iudicio plenario coram Inquisitoribus, ac duabus personis religiosis examinentur. c. vt officium. §. verum. de hæreti. in 6. & instruc. Toletana. c. 14. supplere solemnitatem aliam omissam de non exhibendis nominibus testium in eorum publicatione: qui sanè, meo iudicio, hallucinãtur, ex eo ꝗ solemnitas omissa est de ordine substantiali iudiciario, vt in d. c. qualiter & quãdo; & illa solemnitas de religiosis personis, vt experientia docet, parui, uel nullius est effe-
105 ctus: Nam ea solet communiter esse hominum conditio, in sua assertione, uel inficiatione vera vel falsa persistere, & satis dicitur lucra capere qui volunratẽ suam adimplet. gl. in l. Paul. 1. ff. de soluti. glo. fin. in l. fin. ff. de cond. cau. dat. l. 3. l. eum qui. ff. de probat. maximè ubi periurij periculum vertitur. l. eos qui diuersa. ff. de fals. auth. de testib. §. qui verò. collat. 7. Et illa solemnitas
106 in omnib. alijs etiam causis poterit adhiberi. Bal. in l. nullum. nu. 5. C. de testib. præbens iudicibus consiliũ, quod in causis arduis & ponderosis testes examinẽtur

coram aliquibus fide dignis personis. Abb.in d.c.cum causam. Alex.in addit.ad Bart.in l.1.§.si quis neget.ff. quemad.testam.aper. Boeri. Decis.r. num.51. Franc. Marc.decis.900.incip.quæritur.parte.1.

108 Testes verò in iudicio summario recepti minimè probant, nisi reproducantur in plenario, prolata iam sententia interlocutoria ad probandum. l. si quando. C.de testib.c.veniens.2.c. cùm in tua.de testib. Bar.in l.maritus.nu.3.& in l.fin.nu.8.ff.de quæstio.Abb.in c.si clericus.nu.15.de foro compet.Boer.decis.43.num.3. Hippol.sing.95.& sing.580.incip.acta facta in iudicio summario. Albert.latissimè omnium.de agnos.asser.q. 34.nu.16.cum sequen.& in c.1.de heret.in 6.q.16.nu. 17.Villadie.de hæret.q.10.Iac.Sep.in Instit.cath.c.62. nu.16.& in enchirid.tit.35.nu.10.

108 Vsque adeò id verum esse censeo, quòd neque operatur indiciũ testis non reproductus.Bal.in l.iubemus. nu.4.C.de proba.Bar.in d.l.maritus.nu.3. & in d.l.fin. allegando ad hoc.l.si quis adulterium.ff.deadul. Salic. in l.fin.C.de quæsti.Inno.in c.per inquisitionẽ.de electio.Albert.de agnos.asser.q.34.nu.9. Sed summa cura aduertendum est in reproductione testium, ut prudenter & cautè ipsi examinentur, & quòd priora testimonia eis non ostendantur, sed saltim summatim prius repetant testes quicquid de re illa fuerunt testificati: Nam ex eorum variatione, seu contradictione, uel trepidatione, discretus & circunspectus Inquisitor facilè suspicari poterit, quanta fides eis est adhibenda, & an aliqua falsitatis suspitio subsit, intelligatur. Quę
109 omnia in actis processus cõscribantur, quia fidei eorum detrahitur, & non est parua suspitio de mendatio.l.2.in fine.ff.de testibus. cap. si testes. §. qui falsò,

vel uariè.4.quæstio.tertia.docet Bartolus in dicta lege fina.numero tertio.ff.de quæstio. Felinus in ca.cùm in tua.num.4.de testib. Boeri. decis. 108. Iac. Sep.in En-
110 chirid.tit.35.nu.10.Hoc pacto testes esse mendaces deprehenduntur, si obliti eorum quæ prius dixerunt, diuersa prioribus loquantur. Nam iuxta vetus prouerbium, mendaces memores esse oportet, licet posteriori,& non priori dicto standum sit.cap.accusatus. §.licet.de hæret.in 6.Io.Nicol.de hæret.no.13.Albert. in cap.1.q.16.nu.79. de hæret. in 6. & de agnos. asser.
* q.34.num.41.fatetur hanc esse communem opinioné. Couarru.libro 2.resolut. cap.13.num.9. declarando. d.§.licet.

111 Nulli iudicum, præcipuè Inquisitorum fidei, liceat testes pro ratificatis à reis haberi, nec tres monitiones solitas,& testium publicationem omittere, quamuis delati plenè & spontè delictum sint confessi. quia
112 sæpe solent suas reuocare confessiones,& processus, & testificationes absq; fide & probatione, vt superius dictum est,remanent. Id meritò ea potissimum ratione fieri non debet,quia rei in causis criminalibus de-
113 fensionibus renuntiare nequeunt; maximè si pœna corporali sunt plectendi.glo. est sing. communiter recepta in l.pactum inter hæredem.in uerbo,cùm liceat. ff.de pact. quam pro sing. allegat Bar.in l. qui vltimo supplicio.in fine.ff.de pœn.Ias.in l.si quis in conscribendo.num.17.C.de pact.& in auth. Iubemus. num.7.C. de iud.Fel.in c.si diligenti.nu.3. de foro competé.& in cap.cum dilecti. de accusat.ubi octo fallentias ad eam scripsit. Refert etiam Hippol. in l. 1. §. si quis vltrò. nu. 63. & in l.vnius.§.cogniturum.num.56. ff.de quæstio.& in pract.crimi.§.examinanda. numero 4. Ludo.

Carer.

Carer.de hæret.§.circa igitur.num.70. Thom.Gram. uoto.7.in causa nobilis.nu.6.Sac.Sep.in Insti. catho.c. 62.nu.38.& in c.26.nu.29.& in Enchirid.tit.35.nu.11. pro qua est sing. tex. in l. non tantum. ff. de appellat. Sed tex.uidetur contra supra dicta, ut in c. ut inquisitionis.de hæret.in 6.ibi,non obstantibus appellationi-
114 bus, vbi tollitur appellationis remedium, quod est quædam naturalis defensio. Abb. in c.1.num.2. de rescrip.Felin.in d.c.si diligenti.nu.7. Primum tenendum est,nam solutio omnibus notissima est.

QVINTA ASSERTIO.

115 Hæresis crimen tribus tantùm minus idoneis testibus plenè non probari.contra Franc.de Aretio.& Alberti.& Lud.Carer.

Pulchrè inquit Iureconsultus Arcadius in l. ob carmen.§.fin.ff.de testib. quòd non ad multitudinem testium respici oportet,sed ad eorum mores, dignitatẽ, & autoritatem. cap. in nostra.de testib.c.si testes.§. in criminali.4,q.3.Bal.in l.testium. num. 21. C. de testib. & in l.in bonæ fidei.nu.10.C.de reb.credit. dicẽs duos testes omni exceptione maiores multis suspectis præ-
116 ferri,& paucos nobiles multis rusticis, & duos Cardinales multis rusticis,& duos Cardinales multis pannosis clericis. Vnde inquit ipse Bal. in c. ad nostram. in prin.de probat.quòd neq; in causa criminali,nec ciuili ardua,plurimi testes infames, uel minus idonei plenè
117 probant,neq; numerus eorum defectus supplet, allegat tex.in c.licet causam. §. quamquam. de probat. Dictum Bal.sequitur Ias.in l.1.in prima lectura.nu.68. C.de sum.Trin.& fid.cath.& in auth. si verò.nu. 6.C.

de iud.Fel.in c.testimonium.nu.5.de testib.Dec.in d.c. licet causam.nu.8.& in cons. 133. uiso processu.nu. 3. Hippol.cons. 109.audito. nu.5. & in rub.C.de probat. nu.312.& pract.crimi.§.expedita.num. 82. & in sing. 437.in causis.& sing.477.in testibus.Ruinus, consilio 149.uol.5.Anto.Gab.de testib.conclusione. 6.

118 Neq; prædictis obstat gl.ordinaria. in l.3. in uerbo, numerus.ff.de testib.quæ in causis ciuilibus,& non in criminalibus,intelligenda est secundũ Bal.in d.c.ad nostram,& doctores superius citatos.& Bar.in l. excusantur.nu.7.ff.de excusa.tut.Fran. Squilla.de fide catho. c.34.Pal.Rub.in alleg.hæresis.§.fin.optimè Hippol. in d.sing.477.&in pract.§.expedita.nu.82.Thom.Gram. decis.11,nu.2.& cons.26.in causa matrimonij.nu.50.& Fran.de Curte.de testib.conclus.16.Alex. consi. 4. nu. 10.uol.6.Soc.Iun.consi. 146.in causa turbatæ posses-
119 sionis.nu.15.uol.1. Neq; huic conclusioni aduersatur tex.in cap.in fidei fauorem.de hæret, in 6. quia ex eius tenore apparet,quòd vltra numerũ testium, aliæ præsumptiones sunt necessariæ. ibi,ex numero testiũ, & personarum qualitate,& alijs circũstantijs. &c. Nostra uerò assertio loquitur quando tantùm sunt tres testes minus idoneic,ontra Fran. de Aretio. in c. fi.de testib.& Albert.de agnos.asser.q.34.nu.3.& Lud. Carer.de hæret.§.circa igitur.nu.52.

SEXTA ASSERTIO.

120 Per testes singulares hæresis crimen non plenè probari,contra Iac.Butrig.Bal.Sali.ac plures alios:dicentes in genere probari.Quam sanè probationem ad pœnam delicti ordinariam prorsus esse reijciendam.

Notissima

Notissima est iuris regula, testes singulares in omnibus causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, plenam probationem non facere. ca. bonæ. 1. §. contra verò. de elect. c. cùm Ecclesia Sutrina. §. nos igitur. de cau. posse. & prop. cap. licet causam. §. quanquam. de probat. cap. cùm dilecti. de accusat. cap. nihilominus. ubi glo. & Archid. optimè. 3. q. 9. l. qui falsa, uel uaria. ff. de testibus. Et ratio est, quia non est contestatio inter eos, nec numerus, nec pluralitas respectu unius actus (cùm singuli diuersa, uel separata dicāt) quæ facit eos contestari. Ob di meritò, tantū probāt mille testes singulares quantū unus testis: imò si est singularitas obstatiua, minus pro
121 bant mille, quàm unus: nam dictum unius debilitat dictum alterius. Bald. in l. iurisiurandi. nu. 4. C. de testib. & in l. de quibus. in fine. ff. de legib. Ias. in repet. l. admonendi. nu. 256. ff. de iureiuran. Alex. cons. 19. in his quæ in themate. num. 22. uolum. 4. & cons. 81. eo. vol. Dec. cons. 189. in casu proposito. num. 8. & cons. 310. visis diligenter. num. 7. & cons. 534. procedendo breuiter. nu. 12. Paul. Paris. cons. 57. uolum. 1. Hippol. cons. 109. audito & intellecto. nu. 3. & in sing. 114. incip. vulgatum. Nicol. Boer. decis. 341. & uidetur. num. 2.

122 Tria sunt in testib. singularitatum genera, quarum una est singularitas obstatiua, alia subalterna, alia adminiculatiua, idest, quòd aliquando singularitas est cum contrarietate: ut si vnus ait, alter negat, quo casu dictū unius dictum alterius debilitat. Aliquando cum diuersitate, quo casu dictum unius non infringit dictum alterius, imò adiuuat, si unus testis deponat de uno actu possessionis, alius de alio. Interdum est cum connexitate, ut puta si unus deponit de ueritate facti, alius de fama, ista etiam singularitas adiuuat. Ita singulariter

in effectu docet Bal.in cap. licet causam. nu. 11.de probat.& in d.l. de quibus.& in cap.bonæ.j. de electio.& in l.testium.C.de testib.num.9.& num. 14. Subtiliter mo-
123 re suo decem prædicamenta in exponenda singulari tate testium refert, quad optimè declarat Cæpola cõs. ciuili.3.in ordine.nu.9.& Aymon Craue. de antiquit. tempor.par.4.num.157.Felin.in cap. licet ex quadam. de testib.num.2.& Dec.in d. cap. licet causam. num.7. Albert.in cap.1.q.16.num.61.de hæret. in 6.Franc.de Curt.de testib.num.92. optimè Blan. in l.fi.ff.de quæstio.num.366.
124 Testes uerò contestes & nõ singulares in dubio prę sumuntur, ita in casu dubio eorum dicta interpretari tenemur.Innoc.in cap.qualiter & quando. 2. de accusat.Bald.in d.l.de quibus.Ias.in l.fin.num. 14.C.de bon. posses.cont.tab.Abb.in cap.cùm Ioannes.num.6.de fide instrum. Alex. cons.146. uolum.5.Aymon.Crauet. cons.78.num.9.& consi.151.num.15. Albert. in cap.1. q.16.num.57.de hæret.in 6.Fran.de Cur. de testib.nu. 28.&73.Ratio est,quia non p̄sumitur pluralitas actuũ.
125 l.fin.C si cert.petat.l.omnium.ubi optima glos. C.de testam.cap.in præsentia.§.uerum.2.ubi.dd.de probat.
126 & etiam quia testes,si id commodè fieri potest,ad cõcordiam sunt reducendi.cap.cùm tu.de testib.cap.periculose.ubi optima glos.de pœnit.distin. 1.Bald. in cap. fin.in fine.de consue.Ias.in l.interpositas. num. 3. C.de transa.& in l.si is qui pro emptore.num.10. ff. de vsuca. in l.3.§.ex contrario.nu.87.ff.de acquir.posses.Hippol. sing.418.incip.dicta testium. & sing. 571. incip.audiui
127 semel. Ideo testis non dicitur singularis quãuis alios contestes non alleget,& dicat de præsentia aliorum nõ recordari.Paul.Castr.in l.fin.in fine.C. de bono.posses.
secun.

ſecun. tab. Felin.in d.cap. licet ex quadam.nu.2.Alex. conſ. 185.volum.7.Carol.Ruin.conſ.36.volum.4. Hippol qui alios refert ſing.401.incip.neſcio aliquem. Si-
128 mili modo teſtes dicuntur conteſtes, & non ſingulares,quando in facto principali, in quo negotij ſubſtantia principaliter conſiſtit, concordant:per eadem, uel æquipollentia verba, licet in alijs diſcordent. cap. nihil obſtat narrandi diuerſitas.de uerb.ſignifi.l. qui ſententiam.C.de pœnis.l.quicunque.§.idcirco. Vbi Salic.C. de hæret.gloſ.in uerbo.ſubſtantia.in cap.dudum.de cõuerſ.coniug.gloſ. in uerbo,uacillaſſe.in cap.cum.eccleſia ſutrina.de cauſ.poſſeſ.& propri.Bald.in d. l. teſtium. num. 13.Iaſ.in l.quæ extrinſecus.nu.5.ff. de uerb.obli. cum alijs à me relatis in ſpeciali meo. 204. incip. teſtes ſingulares.num.9.

129 Sed Anto.de Butrio,& Abb. in d. cap.nihil.num.2. dicunt,quòd ſi eſt quæſtio de probandis uerbis formalibus alicuius ꝓpoſitionis , per eadem uerba formalia, & non æquipollentia teſtes teſtificari tenẽtur,alioquin non probant.Alex.in addit.ad Bar.in l. teſtiũ.§.ideoq;. ff.de teſtib.Fran.de Curte.de teſtib. num.24.Iaſ.in l.fi. nu.18.C.de bono.poſſeſ.ſecun.tab. Nicol. Euerardus in Topicis iuris.in loco ab æquipollentibus,ubi allegat Bald. in cap. bonæ. 1. de electio. idem tenet Catelian. Cotta in memorabilib.ſuis uerbo,teſtis. Albert.in d.c. 1.q.16.num.42.& de agno.aſſer.q.34.num.47. ubi allegando quoddam conſi.Domin.de S.Gemin.130.in ordine,per ſupradicta affirmat, unum,meo iudicio , ſatis
130 ſtupendum,quòd ad probandam propoſitionem aliquam hæreticam,ſi teſtes in uerborum forma ſunt diuerſi. quia non teſtificantur per eadem uerba formata,non plenè probant,quia eſt de uerbis quæſtio.Idem

tenuit

tenuit in dicto tractatu de agnosc.asser.q.35.nu.7. Quã
131 sententiam,salua summa eius autoritate,tãquam falsam reijciendam prorsus censeo,nam uirtus & substantia uerborum non in eorum cortice,uel superficie,sed in sensu & intentione consistit.cap.intellgentia.c.præterea.de uerb.sign.cap.Marchion.1.q.1.& non sunt verba intelligẽda Iudaicè,sed Iuridicè, ut Baldi uerbis vtar in l. quicunque. colum. 6.C.de ser.fugit.quem refert Ias.in l.non dubium.num.28.C.de legib.nam Iudæi nimis inhærent cortici uerborum & literæ. Et nihil refert ut docet iuris regula,quòd aliquid ex æquipollentibus fiat.l.mulier.ff.ad Trebell.l.si mater.C.de institu. & substit.sub cond.fact.ea denique est natura uerborũ æquipollentium.l.2.C.de usucap.pro empto. cap. licet ex quadam.de testib. Qnare meritò testes non dicun-
132 tur singulares,si in effectu & uerborum substantia cõcordant,quamuis uerbis vtantur diuersis, ueluti si duo testes producti, unus dicat audiuisse Titium dicentem indulgentias summorum Pontificum nullas esse, alter uerò eodem tempore & loco audiuisse affirmet, dictũ Titium dixisse nullam uim & uirtutem summorum Põtificum indulgentias habere: Huiusmodi.n.testes concordes & contestes in probanda dicta propositione hę retica sunt,& non singulares,per d. l.qui sententiam.& cap.nihil.& per alia iura superiùs relata. Immo quan-
133 do testes uno eodemq; præmeditato sermone testificantur,præsumuntur suspecti.l.3.§.j.ff.de testib.Abb. in d.cap.nihil.num.3.Hippol.latè in rub. C.de probat. nnm.358.cum sequen.Franc.de Cur. de testib.nu.29.
134 Nostram igitur assertionem, testes uidelicet singulares, & uarios, crimen hæresis non plenè probare,tenet Ioan.And.in cap.ut officium.§.1.in prin. de hæret.in 6.

Bal.

Bald.in l.ob carmen.§.fin.ff.de testib. Anto. de But.in in cap.veniens.1.de testib.& in cap. cum oporteat. de accusat.Card.in Clem.1.§. verum. de hæret. Conrad. Brun.de hæret.lib.4.cap.9.Palac.rub.in allegat.hæresis.§.12.Alex.consi.19.in his quæ in themate. nu. 22. volum.4.& cons.72.& 100.super primo. nu..6. volum. 1.Paul.Parisius.cons.2.volum.4. Abb.consil. 42.vol.1. Hippol.cons.90.audito.num.7.Nico.Boer. decis.342.
* Hanc fatetur communem esse opinionem Pala. Rub. in allegat.hæresis.§. 12. Albert. de agnos. asser. q. 34. num.9. latiùs in cap.j.q.16.num.49.de hæret.in 6.Iul. Clar.in pract.crimin.§.fin.q.53.versi.dixi etiam.Boer. decis.342.& videtur.num.2.qui respondit fundamentis contrariæ opinionis.Iacob.Sept.in Institu. catho.c. 62.num.18.& num.25.affirmat hanc opinionem seruari in practica:& in cap.50.num.1.& in Enchiridio. Inquisit.titu.37.Mincha.de successio.crea.lib.j.§.4.num. 35.Nicol.Aymeric.in Director. Inquisit.part.3.q.72.
135 vbi literas Papæ Clementis, Alexandri,& Vrbani.4. summatim refert. Ratio est,quia si in alijs criminibus testes singulares non probant, à fortiori in crimine hæresis,in quo vberiores probationes sunt necessariæ, tũ propter truncatam , & diminutam reorum defensionem,cùm nomina testium non publicentur:tum etiam quia in hoc crimine omnia pœnarum genera concurrunt,ut superius.abunde retuli.num.100. part.2.
136 Illa tamen hoc in loco doctrina Ioan.And. communiter recepta obliuioni minimè tradenda est. in cap.ut officium.in prin.de hęret.lib.6.quem sequitur Domin. ibi in §.uerum.num.6.Anto.in cap.cum oportet.de accusat.Oldrad.cons.120.Abb.consi.42.incip. ex multis cogitatis,volum.j.& dixit communem Palac. Rub. in alleg.

allegat.hæresis.§.12.Iac.Sep.in Instit. catho. cap.50.in prin.& Iul.Clar.in pract.crim.§.fin.quæst.53. vers. dixi etiam, in fine.quòd etiam si fama delicti simul cum testibus singularibus concurrat,nihilominus, hæresis crimen non plenè probatur. Huius rei ratio euidens
137 est,quia in criminalibus ex pluribus imperfectis probationibus, non fit una integra & perfecta probatio. glo.est sing.in uerbo.illorum.in cap.ueniens. de testib. Gandin.in rub.de præsump.& indicijs. Bald. in cap.1. de appellat.ubi optimè Decius num.21. Idem Bald.in l.2.§.1.ff.de excusat.tutor.& in l. si quis ex argentarijs. §.j.ff.de edendo.Hippo.in rub.C.de probat. num.310. & in cons.20 in hac præsenti.num.48. quo casu locum
138 non habet vulgata iuris regula,singula quæ non prosunt,multa collecta iuuant.l.rationes. l.instrumēta.C. de probat. quod longè aliter est in ciuilibus causis.gl. sing.in uerbo.legitimis testibus. in l.2.ff.de excusat.tutor.glos.in uerbo numerus in l.3.ff.de testib. glo.fin.in cap.cum causam.de probat.de quibus plenius per Decium,& Hippol.in locis paulò ante citatis, & per Fran. de Curte.de testib.nu.92.cum sequen.plura enim imperfecta non faciunt unum perfectum. l. unica. C.qui nume. tutel.se excus.l.si idem cum eodem.ff.de iu.om. iudi.

139 Contrariam uerò sententiam tenuere plures iuris professores,neque numero,neque autoritate proxime dictis inferiores, uidelicet ad probandum aliquem esse hæreticum in genere, sufficere per testes singulares probare diuersas illius hæreses: ueluti siquispiam dixerit audiuisse Lutherum dicentem, non esse obediendū Papæ:alius testis inquit eundem dixisse, vota castitatis neminem obligare,& alij de alijs diuersis hæresibus, ꝗ

tales

tales teſtes ſingulares probant in genere illum eſſe hæreticum. Hanc tenuit opinionem Iac. Butrig. in l. Arriani.C.de hæret.Bald.l.actor num.4.C. de probat.dicens, quòd ſi volo probare aliquem eſſe hæreticum in genere, produco duos teſtes, unus deponit de hæreſi in uno articulo fidei,alter de alio articulo:iſti teſtes ꝓbant identitatem generis per diuerſitatem ſpecierum. Idem Bald.in l.vnica.in fine.C.qui num.tutel.ſe excuſ. hoc verborum tenore ait: Si vnus teſtis dixit aliquem eſſe hæreticum,quia audiuit eum dicentem,non credo in vnum Deum:& alius dixit,non credo in catholicam Eccleſiam;iſti teſtes plenè probãt, quia ſunt conteſtes in genere.& in l.actor.num.4.C.de probat. & in c.cum omnes.num.28.de conſti.ibi, ſufficit probatio generalis ad probandum quem eſſe furem manifeſtum,uel hęreticum:quia omnes hæretici caudas habent adinuicẽ
140 colligatas. Sequitur Sali. in l. quicunque. C.de hæret.Ioan.de Imol.in d.cap.cùm oporteat. Anan.in c.1. num.7.in fine.de hæret.Decanus Segouin. de hæret.c. 12.Iaſ in repe.l.admonendi.num.256.ff. de iureiuran. Feli.in cap.licet ex quadam.in fine.de teſtib. Decius in cap.licet cauſam.num.7.de probat.Alex. conſil. 141.& conſ.72.num.4.volum.j.Calcan.conſ.19.Hippol. cõſi. 1. num. 28. & 41. Aymo Craue. conſil. 78.plenius in lib.de antiqui.tempor.parte.4.§.ſed enim.nu.11.Anto. Gab.in comm.opinio.tit.de teſtib.concluſ.2.num.40. Et hanc fatetur eſſe communem Ant. Gome. lib.3.reſolut.cap.12.num.12.Albert.in d.cap.j.q.16.num.51.affirmat hanc opinionem in actu practico ſeruari:rationem huius concluſionis aſſignans,quoniam omnes hæ
141 reſes connexæ ſunt & inuicem colligatæ. cap.excommunicamus.j.de hæret.c.accuſatus.eod. tit. in 6.

Diutius

142 Diutius hac in re mecum cogitaui, quo nam pacto prædicta conclusio, tanto egregiorum Doctorum suffragio munita, esset intelligenda. Iure optimo dicere possem quod Labeoni Celsus iureconsultus respōdit dicens, aut non intelligo quid sit de quo me consulis, aut valdè stulta est consultatio tua, ut ipse refert in l. Domitius Labeo. ff. de testam. Dicere profectò vel'em in quo distet hæreticus in genere ab hęretico in specie: cùm impossibile sit quempiam esse hæreticum in gene
143 re. Nam indiuiduum, vt Petrus, vel Ioannes genus esse non potest, cùm indiuiduum sit collectio proprietatum, quæ alteri non conuenit, & de vno tantùm prædicatur, vt ait Philosophus in lib. prædicabilium. cap. de specie. Probatio verò in genere, Petro, vel Ioanni, qui sunt species, minimè nocet: sequeretur igitur quòd Petrus, vel Ioannes, tanquam genus, per probationem in genere factam damnarentur, quod est ineptissimum
144 & absurdum. Quia hæreses in specie, & in errore alicuius articuli fidei sunt probandæ, ac in specie simili modo testes testificari tenentur. Ideo opinionem dicentium per testes singulares probari, aliquem esse hæreticum in genere, salua summa eorū autoritate, somnium & chimeram esse arbitror, præsertim quòd probatio in genere nullo modo inueniri potest, vt concludit Dec. in rub. de proba. num. 3. in decretal. Boer. in d. decis. 342. optimè fundamentis contrariæ opinionis respondet. In probanda igitur hæresi à regulis iuris communis non est recedendum, immo in hoc crimine vberiores probationes quàm in adulterio, vel furto, uel alijs criminibus requiruntur, propter grauitatem delicti, & pœnarum, & truncatam atque diminutam reorum defensionem.

Ex

145 Ex supradictis redditur dubia opinio Reuerendiss.ac meritiss.D.Episc.Pacen.in Enchirid.Inquisit. tit.37.nu. 8. in quo loco inquit, quod si testes de eadem hæresi sunt concordes, sed eam quisque audiuit in vario loco & diuerso tempore, si alioqui sunt fide digni, credēdum est eis, & plenam probationem faciunt. Quæ opinio periculosa mihi videtur, cùm testes loco, & tempore sint singulares, ut fuerunt testes deponentes contra Susanam.cap.cum causam.1.de testib. cap. nihilominus.3. q.9.cap.parentela.24.q.6. Bart.in l.si plures.in prin.ff. de iniurijs.Bald.in d.l.testinm.num.14. Alex. cons.94. viso processu.volum.6.Fran.de Cur.de testib. nu.106.

146 Deducitur etiam ex supra dictis falsam esse opinionem Albertin.in rep.cap.1.q.16.num.62. de hæreti.in 6. dicentis tres testes singulares ad condemnationem in crimine hæresis sufficere, nam ex pluribus diuersis, nunquam resultat vnum integrale.l.sancimus.§.si quis autem.C.de donat.l.vsuræ.C.de vsur. & plura imperfecta non faciunt unum perfectum.l.vnica.quę ita summatur.C. qui num. tutel. se excus.l.si idem cum codē.

147 ff.de iurisd.om.iud. Hnīc proxima est iuris regula, quod probationes in sua specie imperfectæ, in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur.glos.sing. in verbo, illorum.in cap.veniens.1.de testib.Bart. in l.si quis ex argentarijs.§.1.ff.de eden.Fran. à Ripa in l.admonendi.num.209.ff.de iureiuran. Alberti. de agnos. asser.q.25.num.21.& q.35.num.8.Latè Decius in cap. 1.num.21.de appellat.latiùs Hippol. in rub.C.de probat.num.309.cum sequen.Dixit esse communem opinionem Iac.Sep.in Enchirid.Inquisit.tit.34. num.3.& in Instit.catho.cap.50.num. 2. Antonius uerò Gabriel in communibus conclusionibus.titu. de testib.conclus.

2.latis

2.latissimè omnium dd.21.casus,cum.12.fallentijs con gessit, in quibus testes singulares plenè probant.
148 Neque prædictis obstat.l.2.C.de hæret. ibi, qui leui argumento à iudicio catholicæ religionis: quæ lex in suo intellectu censetur difficilis, ex eo quòd probare videtur, quòd qui leui argumẽto à fide catholica deuiat, iudicatur hæreticus.pædictam legem allegat glos. 2.in cap.1.de hæret.exponens leui,idest, tenui argumento. glos.in uerbo, vehementem.in cap.literas.de præsum. dicens,ꝙ ex leui causa probatur quis hæreticus, quantum ad hoc ut suspectus de hæresi habeatur, & procedatur contra suspectum: sed non ut condemnetur de hæresi. Allegat etiam Innoc.in cap.sicut.1. de simo.ꝙ leuia signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum. Sed illa signa oportet plenè probari. Ioan. de Anan.in rub.de hæret.num.3.allegando.d.l.2.& Io.de Fantu.in cap.qui hæretici.24.q.3.inquit, ꝙ illud quod in d.l.2.dicitur leui argumento,exponendum est, idest probabili,& quod de facili apparet,ita vocatur leue argumentum propter leuem probationem. Io.de Anan. in cap.excommunicamus.1.§.adijcimus. num.4.de hæret.Aegid.Bos.in practi. tit. de indicijs ante torturam. num.22.Albert.in cap.1.q.13.num.18. cum sequen de
149 hæret.in 6.refert plures intellectus ad d. l. 2.tandem inquit esse uerum intellectum, quòd qui motus aliquo leui argumento,idest ratione,vel fundamento nõ subsistenti, & forsan fatuo, à fide catholica deuiat,non est hæreticus. Sed uerus sensus, qui in praxi in sacrosancto Inquisitionis foro passim seruatur ad d.l.2.& ad dictum Innoc.in d.cap.sicut.j.est, quòd sufficit quem leui argumento de hęresi esse suspectum, ut contra eum ꝓcedatur ad inquirendum, uel purgationem faciẽdam,
seu

ſeu ad pœnitentiam iniungendam: non tamen ad pœ-
150 nam delicti ordinariam ponendam. Nã ſi in alijs criminibus neceſſariæ ſunt ad condemnationem probationes luce clariores. l. fin. C. de probat. l. addictos. C. de appellat. cap. ſciant cuncti. 2. q. 8. à fortiori in probãdis hæreſibus clariores & uberiores requiruntur probationes, cùm de maiori agatur præiudicio, & omnia
151 pœnarum genera in hoc crimine concurrant, quas plenè & eruditè congeſſit Bal. in l. 1. nu. 7. C. de summ. Trinit. & fide catho. Anan. in c. excommunicamus. j. §. credentes. à nu. 3. vſque. 12. de hæret. Iac. Sep. in Enchirid. tit. 67. Fortalicium fidei. lib. 2. conſideratione. 11. Et in hunc modum. d. l. 2. & dictum Inn. intelligũt. Abb. Feli. & alij in d. c. literas. Oldra. conſ. 210. Domin. in c. ut officium. §. verum. nu. 6. de hæret. in 6. Fran. in c. accuſatus. nu. 3. eo. tit. & lib. Io. Imo. in clem. 1. in fine. de hæret. Villadieg. de hæret. q. 13. num. 9. Conr. Brun. de hæret. lib. 4. c. 9. Pala. Rub. in allegat. hæreſis. §. 12. Alber. de agnoſ. aſſer. q. 25. nu. 21. & plenius in d. c. j. q. 13. nu. 18. Aegid. Boſſ. in pract. tit. de hęret. nu. 5. Lud. Carer. de hęret. § circa igitur. nu. 51. Matth. de Affli. in cõſtit. Siciliæ lib. 1. rub. 1. nu. 58. Iul. Clar. in pract. §. hæreſis. uer. habet etiam. & in §. fin. q. 6. uer. item ſcias. Iac. Sep. in Inſtit. catho. cap. 50. nu. 5. & in Enchirid. inqui-
152 ſit. tit. 34. nu. 6. in quo loco doctiſſimè, more ſuo, inquit. d. l. 2. in codicibus vulgatis eſſe deprauatam, & in libris emẽdatis verba dictæ legis eſſe, hæreticus eſt qui uel paululũ à catholica declinat fide, uel qui ab orthodoxa fide nimiũ declinat, id eſt, hæreticus qui lineas catholicę fidei paululum, uel nimium fuerit tranſgreſſus. Qui ſanè ſenſus & litera mihi placet, quia illic non agitur de probanda hæreſi, ſed de diffinitione hæretici.

SEPTIMA ASSERTIO.

153 ¶In negotijs fidei, ſocio criminis etiã ſine tortura, fidem eſſe adhibendam, contra nonnullos contrarium tenentes.

154 Socius & particeps criminis regulariter ad teſtimonium non admittitur. c. veniens. j. de teſtib. ca. 1. de confeſſis. c. ſi teſtes. §. item liberi. 4. q. 3. l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæſtio. l. fin. C. de accuſat. l. quia liberi. C. de teſtib. niſi in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ; & in alijs caſibus relatis per gloſſas & dd. in iuribus modò citatis. Et in his criminibus exceptis, ſocio criminis non creditur contra ſocium eiuſdem criminis, niſi dictum ſuum dixerit in tortura. gl. in uerbo, palàm. ibi, niſi in caſibus modò notatis, & tunc cũ tormentis forte. in l. 3. §. lege Iulia. ubi Bal. ff. de teſtib. Idẽ Bal. in l. 1. num. 5. in fine, ibi, cum tormentis adhibetur iſtis teſtibus fides. C. de ſumm. Trin. & fid. cath. Sal. in l. fi. in fin. C. de accuſat. Tenuit expreſsè id Raph. Fulg. conſ. 173. in cauſa inquiſitionis. in prin. Hippol. conſ. 109. incip. audito & intellecto. nu. 13. qui loquitur in crimine hæreſis. Idem in l. fin. nu. 16. C. de ſicar. & in pract. §. diligẽter. nu. 62. & 83. & in §. expedita. nu. 84. Quod dixit eſſe indubitatum, etiam in criminibus exceptis. Aegi. Boſſ. in pract. tit. de indicijs ante torturã.
155 nu. 151. & de tortura teſtium. num. 3. Contrarium, & meritò tenuit Villad. de hæret. quæſt. 13. nu. 15. Ant. Gom. lib. 3. reſolut. cap. 12. num. 16. & Iac. Sep. in Inſtit. cat ho. cap. 62. num. 3. dicens quòd conſuetudo & uſus iudiciorum dictam opinionem non admittit, niſi teſtis ſit vilis, & uacillet. Idem Iac. Sep. in tractatu contra Zanchinum. c. 2. dicens, in crimine hæreſis ſocium criminis

minis ad testimonium, ut faciat indicium, esse admittendum, etiam si non torqueatur; quia plus credendum est spontaneo testi, quàm coacto, & opinio contraria omni ratione caret.

OCTAVA ASSERTIO.

156 ¶Testem falsum in crimine hæresis, ad veniam nullo modo esse recipiendum, sed pœna talionis plectendum.

Id etiam cautum erat in Deutero. cap. 19. & in Danie. c. 13. tex. fin. in c. satis hinc. 33. q5. ibi, qui testimonio falso cuiquam nocuerit, ita ut sit occidendus, eadẽ plecti iubetur pœna, qua fuerat (si verum esset) ipse plectendus. cap. hæc imago. ea. causa & q. l. 1. §. præterea. ubi latè Hippo. ff. de sicar. ibi, uel falsum testimonium dolo malo dixerit, lege Cornelia de sicarijs tenetur, quam legem pro singulari allegat Anto. Corset. sing. in uerbo, testis falsus. l. qui falso. ubi gl. ff. de testib. Bal. in l. præsbyteri. nu. 10. C. de Epis. & cleri. ubi ad id allegat gl. sing. in cap. 1. 2. q. 3. Pulchrè in l. data. opera.
157 nu. 20. C. de his qui accus. non poss. Idem Sali. in l. 2. C. de reb. credit. Ias. in l. etsi legibus. nu. 6. C. si cont. ius vel vtili. publi. & in l. diuus. ff. de re iudica. Aegid. Boss. de falsis. nu. 138. & nu. 169. cap. sicut. vbi latè Fel. not. 3. num. 2. de testib. Idem Bal. in cap. 1. §. homicidium. de pace iura. firman. Anan. in cap. primo, numero octauo, de crim. falsi. gloss. singul. in uerbo, puniendi. in cap. nihilominus. 3. quæst. 9. vbi ad id allegat tex. in d. c. hæc imago, 33. q. 5. optimè Ias. in §. item si quis postulante. nu. 64. Instit. de actionib. Alex. cons. 55. vol. 7. Hippol. in l. qui falsam. in fine. ff. de falsis. Ludo. Carer. de

hæret.§.modo qualiter.nu.29.Felyn.in c. sicut.nu. 2. de testi.l. regia. taurina. 83. ubi plenè interpretes Hispani, presertim Iac.Sep.in Instit.cath.cap.64.num.90. vbi allegat Instructionem. 4.Toletan. cap. 11.Idem in Enchirid.Inquisit.tit.38.vbi num. 3. allegat constitu-
158 tionem Papæ Leonis decimi,in qua decretum est testem falsum, qui innocentem opprimere tanquam hæreticum voluit, relinquendum esse curiæ seculari.
* Hanc fatetur esse communem opinionem Soc. cons. 185.lib.2.& Couarr. in cap. quamuis pactum. de pactis.in 6.parte.1.§.7.nu. 6. ubi optimè Bernar. diaz in pact.cano.cap. 87. meritò eodem supplicio falsus testis puniendus est, quo reus erat puniendus, si verum esset eius testimonium & patiatur id quod fratri suo facere uoluit. Neque ad gremium Ecclesiæ recipiendus est petens ueniam, sicut hæreticus pœnitens, sed tan-
159 quã impenitens puniendus. Ratio aũt singularis est, nam si is contra quem falsum testimoniũ protulit ueniam illius criminis, quod non commisit, petere minimè poterat, eadem ratione falsus testis ueniam petẽs audiendus non est, in hoc præcipuè grauissimo falsitatis crimine, in quo contra nequissimos homines, qui (prætextu religionis) propter odium & uindictam propriam, innocẽtes & catholicos in sacrosancto & inuiolato Inquisitionis foro infamant, armanda sunt iura (vt verbis Imperatoris Constantini vtar) & acrius in eos & seuerius procedendum, ut qualia testis falsus fecit, uel facere tentauerit, talia patiatur.l.3. C. de Episcop. audi.cap.1.23.q.5. & curiæ secnlari tradendus est, si
160 super heresi formata deposuit, ut in d.c.satis. Et vrget maior ratio pœnæ talionis in hoc crimine, quã in alijs, cum in eo testiũ nomina non publicantur. ca.fi.de hæ-

ret.in 6. & daretur maior occasio ferendi falsum testimonium. Quæ pęna locum habet, etiam si accusatus non fuit punitus, nam illud fuit præter intentionem testis & per accidens, quod non mutat naturam subiecti.l.naturaliter.§.apum.ff. de acq.rerum domin.

NONA ASSERTIO.

161 ¶Maiorem fidē primo testimonio coram iudice, quàm secundo contrario, etiam in articulo mortis, in causis fidei esse adhibendam, contra Conrad. Brun. Hippoly.& alios.

Si testis in crimine hæresis testimonium coram iudice protulit, & postea in articulo mortis illud reuocat, priori testimonio standum est, vt potè iurato, & * solemni, & coram iudice facto. Bart. & communiter omnes in l.eos qui diuersa.nu.4.ff.de fal. Bal. & Salic. in l.nullum.C.de testib.Bar.Roma.& Io. Igneus.in l.si quis in graui §.si quis moriens. ff.ad Syllania. Abb. & Decius in cap.per tuas.de probat. Fel.in ca.literas. nu. 20.de præsump.& in c.exhibita.in prin.de homi.Boer. decis.180. Hippol.in pract. §. restat, num.3. Aberti.in cap.1. de hæret.in 6.q.16.num.72. Iac. Sep. in Instit. cath.cap.62.num.29.& in Enchirid.tit.36.in princip.

162 Hanc dixit esse communem opinionem Couarru. lib.2.resolut.cap.8.& Iul.Clarus in practi. crim. §. fin. q.53.vers.quartus est casus. Contrarium tenuit in specie Conrad.Brun.de hæret. lib.4. c.9.& Hippol. consi. 109.incip. audito & intellecto. defendendo quosdam ciues Mirandulenses accusatos de crimine hæresis, in quo consilio non fuit memor allegare pro sua opinione tex.in ca.accusatus.§. licet. de hæret.in 6.Sed rectè

163 intellectus ille textus procedit, quando secundum testimonium fuit etiam iudiciale, de quo est casus expressus in cap. literas. de præsump. vbi gl. & docentes. quod vtique latius in specialibus meis, speciali. 206. exposui.

DECIMA ASSERTIO.

164 Verba omnino dubia, vel ambigua potiùs in sensum Catholicum, quàm hæreticum, sunt exponenda.

Optimè hanc assertionem explicat Aberti. in rubr. de hæret. in 6. q. 13 num. 19. melius de agnos. asser. q. 7. per totam quæstionem. & q. 24. num. 28. & q. 29. num. 19. & q. 25. num. 17. & q. 33. num. 23. quod intelligendum est quando verba omnino sunt dubia, secus si secundum communem sensum sunt hæretica. Nam iuxta communem intelligendi sensum sunt exponenda. c. ex literis. j. de sponsal. l. Labeo. ff. de supellect. legata. l. librorũ. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. l. cùm de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fun. instru. Vnde pulchrè & eruditè inquit doctiss. Melchior Cano de
165 locis Theologicis. lib. 12. cap. 11. nihil tam absurdum dici, aut excogitari poterit, quod si in aliquem sensum fictum detorqueas, verum non sit, ac rationi tam humanæ, quàm diuinæ consonum. Veluti in illa propositione, Christus est creatura, quæ est hæretica, ut in cõcilio Niceno; & in alio sensu, quatenus homo est, censetur catholica: sed quia absolutè prolata habet sensum hæreticum, iudicandus est hæreticus qui eam protulisset. Quia hæretici uerba sua ambiguè & versutè proferre solent, vt optimè declarat Frater Bunderius à Gãdauo, de modernis hæreticis. tit. 4. art. 12. & tit. 26. art. j. dicens quòd instar anguillæ per caudam hęreticus labitur.

bitur. Quæ omnia copiosè à nobis superius scripta sunt in prima parte.num.201.& 366. cum sequen.

VNDECIMA ASSERTIO.

Consultorum suffragia non esse decisiua, sed tãtùm consultiua, contra Albert.& alios.

Permulta de hac re superiùs in prima parte huius tra
166 ctatus.nu.409.cum seq. scripsimus, quæ hoc loco nõ sunt repetenda, contra Alberti. dicentem Consultorũ suffragia esse decisiua: quia contra eum est expressa instructio de Madrid anno. 1561.cap.66.

DVODECIMA ASSERTIO.

167 Inquisitores fidei contra blasphemos & sortilegos procedere regulariter non valent.

Id probat cap.accusatus.§.sanè,de hæret.in 6. ne per alias occupationes negotiũ fidei impediatur. qui text. loquitur in sortilegijs & diuinationibus non sapientib. heresim manifestam, alioquin ad Inquisitores pertinet cognitio & punitio. Veluti siquis consulat demones, vel re sacra ad sortilegia vtatur, ut notant gloss. & dd.in d.§. sanè. uerbo saperent. de quo optimè Franc. Squill.de fide Cath.cap.12.Domin.cons.51.incip.quidam Sacerdos.Matth.de Afflict.in constit.Siciliæ.lib.j. rub.1.num.17.Alfon.à Castro, de iusta hæret.punit.c. 13.Albert.in cap.1.q.10. num. 10.de hæret.in 6.& de agnos.asser.q.11.num.3. & sequen. vbi plenè & eruditè explicat & limitat.d.§.sanè.& d.glos.& q.23. in prin. melius num.68.Iul.Clarus in prac.uerbo, blasphemia. in princ.Paul.Grillan.de sortile.q.10.num.18.Villadie.

de hæret.q.9.num.6.Iac.Sept.in Institu. Cath.cap.60. num.6.& in Enchirid.tit. 11.Sylua Nuptia. lib.4.num. 126.Couarru.in cap.quamuis pactum.parte. 1.§.1.nu. 10.de pact.in 6.

168 Eadem ratione idem dicendum est de blasphemijs hæreticalibus,seu hæresim sapientibus;quarum cognitio & punitio ad Inquisitores fidei pertinet, per rationem tex.in d.§.sanè.Castro de iusta hæret.punit. lib.1. cap.12.circa finem, ibi, blasphemia autem,quæ habet quandam cum hæresi vicinitatem , uel connexionem. Hæc meritò ad Inquisitores ptinet, vt de illa inquirât, iudicent,& puniant.Cardi.in clem.1. §.sanè de vsuris. Squillacen.de fide catho.cap.16.Alberti. de agnos.asser.q.6.num.24.& q.22.num.63.&q.27.vbi pleniſſimè omnium per totam quæstionem.& q.36.nu.18. Matt. de Afflict.ubi supra num.53.Iac.Sep.in Institu.cathol. cap.8.num.8.& in Enchirid.tit.9.Conrad.Brun.de hæret.lib.5.cap.20.optimè Couarru.in cap.quamuis pactum.de pact.in 6.part.1.§.7.num.8. & sequen.ubi pul
169 chrè pragmaticas Castellę & leges regias declarat,dicens hanc blasphemiam esse apostasiæ crimen,& quòd verba hæreticalia aduersantur confeſſioni fidei. Ple-
170 runque tamen in sacrosancto Inquisitionis foro solet in dubium verti, quæ blasphemiæ dicâtur hæreticales,ut earum cognitio ad Inquisitores pertineat:praxis verò communis iuri & rationi consona recepit illa uerba;abnego Deum,nô credo in Deum, Hispanè, *descreo de Dios,no creo en Dios,reniego de Dios,o reniego de la fe, o de la cruz,o chrisma que tengo en la frente,o reniego de la puridad de nuestra Senora*: nam uerba hæc dicuntur hæreticales blasphemiæ, & de ijs Inquisitores cognoscunt,quia habent significationem infidelitatis,& fidei

abnegationem, & directè opponuntur fidei confessioni. Aliæ autem blaſphemiæ, uidelicet, *peſe a Dios, por vida de Dios, voto a Dios, malgrado aya Dios, o deſpecho de Dios*, & ſimiles, non ſunt hæreticales, quia fidei confeſſioni non opponuntur, quãuis abſolutè ſint blaſphemiæ, quia negant aliquid in Deo, quod ei cõuenit; aut tribuunt aliquid Deo, quod ei nequaquam conuenit: harum punitio ad iudices ordinarios pertinet. ca. 2. de maledicis. cap. non ſolum. 11. q. 3. ſcripſit S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 1. & in quolibeto. 9. art. 14. & Caſtro in d. cap. 12. Soto de iuſti. & iure. lib. 8. q. 2. art. 3. Syluester & alij ſummiſtæ in uerbo, blaſphemia. in prin. Bart. in l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniur. Ludo. Carer. de hæret. §. circa ſecundum. Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. num. 57. & ſequen. inſtit. de actionib. Matth. de Afflict. in conſtit. Siciliæ. lib. 3. rub. 54. Caſſaneus conſ. 1. Nicol. Boer. deciſ. 301. Thom. Gram. deciſ. 50. incip. Marcus Spatanus, ubi benè examinat illa uerba, *deſpetto de Dio*, an ſit blaſphemia. Bernardiaz in pract. c. 103. & Alberti. Iaco. Sept. & Couarru. in locis ſupra citatis, ubi referunt quandam conſtitutionem Papæ Leonis. X. contra blaſphemos: in quibus locis concludunt calorem iracundiæ non excuſare blaſphemum à pœna, prę
172 ſertim Alberti. in d. q. 27. num. 3. Aliàs nullum homicidium eſſet puniendum, quia plerunque iracundia cõmittitur, ut dicit Decius in l. quicquid calore iracundię. ff. de regul. iuris. Contrarium tamen uidetur diſponere inſtruc. Hiſpalen. anno. 1550. cap. 4. ibi. *En blaſphemias dichas con enojo no ſe entremetan los Inquiſidores*, quæ inſtructio in blaſpemijs non hæreticalibus eſt intelligenda, ut ſuperius dictum eſt.
173 Etiam ab Inquiſitoribus fidei punienda eſt blaſ-
phemia

phem; a hæreticalis ſub conditione prolata, prout ſolet communiter proferri, vt puta: non credo in Deum, niſi te percutiam, aut veritatem dico: quia ſub hac forma non allegat Deum in teſtem, ſed potiùs eius nomẽ blaſphematur, ut ait Couarru. ſupra in loco citato. Vel meliùs dicendum eſt, quia hæc blaſphemia conditiona
174 lis habet in ſe puram implicitantem affirmatiuam, videlicet, ꝙ ſi ad occidendum illum opus fuerit in Deum non credere, paratus eſt id libenter facere: & ita ineſt deprauata volũtas, ſicut in ſimili ſolemus dicere, quòd in actu conditionali, eſt voluntas de præſenti. l. 2. ubi gl. ff. de contr. emptio. quæ eſt notanda declaratio ad notiſſimam iuris regulam, quòd ea quæ ſunt in conditio-
175 ne, non ſunt in diſpoſitione: quia conditio nihil ponit in eſſe. l. quibus diebus. §. fin. l. qui hęredi. ff. de condi. & demonſtra. l. is damnum dat. §. quod pendet. ff. de reg.
176 iur. Pœna blaſphemantis eſt: ſi perſona eſt vilis & abiecta, flagellis cædendus eſt cum publica pœnitentia, in publico ſpectaculo, lingua, ferro vel ligno comprehenſa, cũ abiuratione de leui; & ad triremes pro graui blaſphemia poterit condemnari. Iul. Clarus in d. §. blaſphemia. in fine. Si nobilis, pœna pecuniaria condemnandus, & in monaſterium ad certum tempus detruden-
177 dus. Ex conſuetudine verò blaſphemandi creſcit pœna, ut notant. dd. ſupra citati, præſertim Iac. Sep. in d. cap. 8. num. 14. & in d. tit. 9. num. 4. ubi ait aliquando blaſphemum ad triremes eſſe damnandum, quæ omnia iudicantis arbitrio relinquuntur, in lege veteri erat pœna mortis, ut Leuit. cap. 24. ibi, qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur, & de iure ciuili eſt eadem pœna, ut in auth. ut non luxur. homi. contra natu. in prin. colum. 6. Et quòd propter blaſphemos, fames,
ter-

178 terręmotus,& pestes sint in terris.l.2.ti.28.par.7.De iure uerò canonico mitius cum blasphemis agitur.cap. 2.de maledi.d.auth.& cap.si quis per capillum.22.q.1. Est etiam acerrimè procedendum cõtra execrabilem
179 consuetudinem, quæ irrepsit in Regnis Aragoniæ & Valentiæ,iurandi per membra Dei, quæ est magna blasphemia,& per membra Christi, quæ est grauis irreuerentia,ut optimè scripsit Alberti.in d.q.27. nã dissimulare non debemus illius opprobrium, qui probra nostra deleuit in cruce.cap.in nonnullis.de Iudæis. Et secundùm superius dicta est intelligenda.5. instruct. Hispalen.cap.4.& alia apud Madrid.1561.cap.65.Meritò Inquisitores fidei de his blasphemijs hæretica libus cognoscunt, quia ex eis magna hæresis suspitio oritur.
180 Nam non solùm contra hæreticos, sed etiam contra suspectos de hæresi, etiam ex leui & modica suspitione Inquisitores procedunt. cap. accusatus.de hæret.in 6. ibi,leuis & modica suspitio.cap.ut officium.eod.titu.& lib.ibi,contra infamatos & suspectos,Fran.Squillac.de fide catho.cap.26.Iac.Sep.in Institu.catho.cap.49. nu. 26.Alberti.de agnos.assert. q. 22. nu. 63. meliùs quæstione.34 num.46.Ideo blasphemantis intentio inquirenda est,& si per eius confessionem constat de errore, uerè hæreticus est,& hæreticorum pœna puniendus.

DECIMATERTIA ASSER.

181 Inquisitores fidei posse contra infideles non baptizatos dogmatizantes,seu eorum iurisdictionem impedientes,uel profanos suos ritus publicè celebrantes,rectè procedere Iac.Sep. & alios.

182 De infidelibus dogmatizantibus est glos.singul. in uerbo,

uerbo, hæreticum. in clem. unica. §. fin. ubi Cardin. nu. 10. de vsuris. Ioan. And. in cap. contra Christianos. de hæret. in 6. ubi ad id allegat quasdam summorum Pontificum extrauagantes. Villadie. de hæret. q. 9. in fi. Cōrad. Brun. de hæret. lib. 4. cap. 2. & plures alij à me supra nu. 553. & sequen. part. j. relati. ubi de receptatoribus, & impedientibus sancti Officij iurisdictionem pleniùs dictum est contra Bart. Socin. consi. 119. præsupponitur. uolum. 4. & contra Iac. Sep. in Instit. catho. cap. 35. num. 8. & in Enchirid. tit. 17. num. 2.

DECIMAQVARTA ASSERTIO.

¶Qui in carcere pro hæresi detentus seipsum occiderit, eius tanquam impœnitens imago relaxanda est.

183 Quod dictum vsque adeò uerum esse censeo, etiam si delictum suum reus confessus fuisset, & se pœnitere affirmauerit. cap. Iudas. cap. nihil. de pœnit. distin. 3. hoc verborum tenore: Nihil Iudæ profuit egisse pœnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Nostram assertionem probat. l. 3. §. j. ff. de bo. eorū qui ante sen. mor. sibi consci. glo. sing. ubi Bar. in l. fin. C. de iure fisci. lib. 10. Alberi. in rub. ff. de bon. eorum qui ante sen. Villadieg. de hæret. q. 22. in prin. Couarru. lib. 2. resolutio. cap. 2. in fine. Iac. Sep. in Instit. catho. cap. 17. num. 16. & in Enchirid. tit. 62. num. 10. Ias. & alij in l. 2. C. qui testamen. facere pos. Decius coos. 438. Pau. Paris. consil. 155. volum. 4. Latè Io. Igneus in l. 1. §. si tibi manus. nu. 16. ff. ad Syllania. l. 24. tit. 1. part. 7. li. 9. tit. 13. & l. fin. tit. fin. uersic. *todo hombre que se matare*. lib. 8. ordina. Istius

184 delinquentis imago (vulgò *statua*) relaxanda est, ut

notant

notant Ioan. de Imola in l. defuncto. ff. de pub. iudicijs. & Villadieg. & Couarru. in locis modò citatis, ubi affirmant hæredes posse innocentiam rei purgare, quòd furore uel mentis alienatione defunctus se occidit, quod sanè probationis genus difficillimum esse arbitror.

DECIMA QVINTA ASSERTIO.

185 ¶ Captus pro hęresi, fugiens à carceribus, neque pro conuicto, neque pro confesso ob id damnandus est. Contra nonnullos contrarium tenentes.

In omnib. alijs delictis, citra crimen hæresis, fugiens à carcere, in quo inclusus erat, pro conuicto habendus est, & crimē illud confiteri uidetur. l. in eos. ff. de custo. reorum. glos. & Bart. in l. milites agrum. §. pen. ff. de re milit. Ias. in l. admonendi. num. 90. & in repet. nu. 172. ff. de iureiur. ubi latè Fran. Curtius, num. 169. Hippol. in pract. crim. §. diligenter. nu. 46. & in §. attingam. nu. 44. & in rub. C. de proba. nu. 262. Optimè Nicol. Boer.
186 decis. 215. incip. antequam ueniam. Quinque notandas ampliationes, & sex limitationes scripsit Pet. Dueñas in regu. 592. incip. fuga quæ fit ex carceribus. quod meritò limitandum est, nisi pro hæresi sit captus qui fugit, qui pro conuicto habendus nō est, sed fustibus, uel alijs pœnis puniendus pro criminis qualitate: uel contra eum, si capi non poterit, tanquam contra contumacem hæreticum procedendum eo ordine quo contra
187 absentes de iure proceditur. Nihil enim commune habet hæresis cum fuga uel effractione carceris: nam si effractor carceris pro confesso haberetur, reconciliandus & absoluendus esset, & petere ueniam astringere-

tur de hæresi, quam nunquam fuit confessus. Ideò potius isti fugitiui, uel effractores carcerum, quàm hæretici sunt censendi. Ita satis eruditè tenuit Iac. Sep. in Instit. cath. cap. 16. num. 12. & in tractatu aduersus Zanchinum. ca. 8. contrarium tenuit, & minus benè, Io. Nicol. de hæret. notab. 6. & Ioan. de Anan. in cap. excommunicamus. 2. num. 3. de hæret. & Camillus Campegius in addi. ad Zanchinum. titu. de hæret. cap. 10.

DECIMASEXTA ASSERTIO.

188 ¶Qui errores hæreticos eorumq; impiam credulitatem confitetur, cum habitu, & carcere perpetuo ac bonorum confiscatione, abiuratis primo erroribus, publicè reconciliandus est, contra Cardi. Anchara. & alios dicentes bona recuperari.

Hæc Assertio tam iuri, quàm rationi vsuiq; cõmuni consona est, quam probat cap. ad abolendam. §. præsenti. & cap. uergentis. iuncto. cap. excommunicamus. 2. §. fin. de hæreti. cap. super quibusdam. de uerb. sign. ca. ut commissi. §. necnon. cap. cum secundum leges. de hæret. in 6. clem. 1. §. duro tamen, de hæret. cap. conueniẽtibus. cap. quotiens, cap. siquis Episcopus. cap. saluberrimum. 1. q. 7. cap. ego Berengarius. de consecra. distin. 2. auth. Gazros. C. de hæret. l. fin. C. ad l. Iul. maiest. Instruct. Abulen. anno salutis nostræ. 1498. capit. 5. & In-
189 struct. Hispalen. anno salutis nostræ. 1484. cap. 4. Ratio est, quòd hæreticus qui hæresim atque impiam credulitatem confitetur, si pœnitere & abiurare paratus est, pęnam mortis euitat: quia Ecclesia nulli ad se reuertenti claudit gremium suum. l. fin. in fine. C. de summa Trin. & fide catho. l. Manichæos. C. de hæret. cap. super

eo.

eo.de hæret.in 6.cap.quiescamus.42.distin. cap.reuertimini.16.q.1.non tamen in totum hæreticis ignoscitur,
190 sed induti sacco,qui habitus est pœnitentiæ, duplici cruce signatus,ad perpetuum carcerem cum confiscatione bonorum damnandi sunt ;ut iuribus paulò ante citatis decretum est,ad eorum correctionem,& aliorũ ędificationem & terrorem,vt alij eorum exẽplo perterriti,à similibus arceantur.cap.clericos.in fine.de cohabita.cleric.& mulier.l.aut facta.§.fin. & l. capitalium.§.famosos.ff.de pœnis.l.j.C.ad l.Iul.repetun. & ut impij & malè meriti in egestate , & penuria laborent. verba sunt.l.bona fides.ff.depositi.l.quisquis. C.ad l.Iul.maiest.ibi, vt his in perpetua egestate sordẽtibus sit mors solatium,& uita supplicium.Plures alias rationes scripsit Alfon.de Castro.de iusta hæret. punit. lib. 2.cap.5. & Iac.Sep.in Insti.cath.cap.9.

191 Etiam si hæreticus filios habeat catholicos , eius bona confiscantur,auth.Gazaros.C. de hæret. glos. in d.c.vergentis,& in d. cap. cùm secundum leges. Conra.Brun.de hæret.lib.5.cap.5.Palac.Rub.in repe.c.per vestras.de donat.inter vir.& vxo.§.72.num.15. Hanc fatetur esse communem Iac.Sep.in Instit.catho.cap.9. num.2.etiam si conuertantur hæretici,& ad fidem catholicam redeant,bona non recuperant. Domini.in d. cap.accusatus.§.si uerò.num.5.& in d.cap. cùm secundum leges.num.4.vbi optimè Perusin.in fine.Lud.Carrer.de hæret. §.modò qualiter.num. 16.Aegid.Boss.de hæret.num.18.Conra.Brun.de hæret.lib.5.cap.6.Paul. Grillan.de hære.q.6.Iac.Sep.in Instit.cath. cap.46.nu. 5.& in cap.9.num.8.ubi hanc testatur esse communem pro qua est instruct.Hispalen.cap.3.& 7. Alia Cordub. ponit in fine,Instructionum sancti Officij,contra Anch.

in cap.accusatus.§.sanè,de hæret.in 6.& Card.in clem. 2.nu.6.eod.tit.& Iul.Clar.in pract.crim.§.hæresis.versic.sed quæro. in fine. ubi falsò refert esse communem opinionem,quòd hereticus,qui ad fidem conuertitur, recuperat bona,allegat cons.Pauli Paris.185.uolum.4.

192 Non parua inter iuris professores solet esse cōtrouersia, vsque ad quem terminum & tempus hæretici conuersi recipiendi sunt. Abb.in c. ad abolendam.nu. 5.de hæret.per tex.ibi,si continuò post deprehensionē erroris spontè redierint:à contrario sensu,notat,quòd ex interuallo non est admittendus. Vnde falsò opinatur Paul.Grillan.hanc opinionem esse communem de hæret.q.5.quia idem Abb.sibi contrarius,in cap.excōmunicamus.1.num.10.de hæret.allegando glo.in cap. pen.eod.tit. dicit quòd etiam post sententiam possunt hæretici redire ad fidem,& sunt admittendi,& pœnam relaxationis euadunt. Sequitur Anan.ibi. nu.7.Card. in d.cap.ad abolendam.in prin.Syluester in uerbo,hæresis.j.q.12.Albertin.in cap.j.q.12.num.8.de hæret.in 6.Ludo.Carer.de hæret.§.modò qualiter.num.13.Bonifac.de Vitalin.de hæret.q.j.num.11. Optimè Ludo. Carer.de hæret.§.fin.Matth.de Afflict.in constit. Neapol.tit.de hæret.num.36.Nicol. Boer. decis.343.incip. & uidetur. nu. 4. hanc asserit communem opinionem, pro qua est.cap.super eo.& cap. accusatus.de hæret.in 6.vbi relapsi solummodo non admittuntur,semel verò lapsi admittendi sunt. Cui aduersatur Iac. Sep. in Instit.catho.cap.46.num.9.& num.11.affirmans ueriorē esse opinionem,quòd usque ad prolationem sententiæ tantùm recipiantur.de qua re est Instruct. Hispalen.c.

193 12.Nouissimè est Instruct.Mantuæ Carpentanæ,vulgò Madrid.anno.1561.cap.44. Quòd si in publico actu

fidei hæretici negatiui conuertuntur, eorum conuersio ficta & simulata præsumitur, & quòd metu mortis, potius quàm fidei catholicæ zelo conuertuntur: ob id perquàm rarò, aut nunquam huiusmodi conuersio admittenda est, nisi vrgentissimæ causæ subeant, veluti si quis multis lacrymis & signis suos confiteatur errores, non solùm de quibus est accusatus, sed etiam de alijs, & detegat alios complices, præsertim personas sibi coniunctas & dilectas, ex his & ex alijs quæ Inquisitorum fidei arbitrio relinquuntur, uera uel ficta con
194 uersio perpendi potest. Et sic dicta instructio Mantuana in hunc modum est intelligenda. Hac in re Inquisitores fidei præ oculis omni tempore habeant. d. c. ut officium. §. si uerò. uersi. prouiso solerter. qui uersiculus, prouiso solerter, est firmissimus Inquisitorum
195 baculus. Nam sicut vera pœnitentia veniam mere-
196 tur, ita simulata Deum irritat. c. inter hęc. 2. de pęnit. dist. 3. c. sacerdos. 50. dist.

197 Quamuis in omni iudicij parte hæreticorum conuersio, & eorum confessio sit admittenda, tamen qui in limine iudicij ante accusationem confitetur, ad carcerē temporalem cum habitu pœnitentiali pro breui tempore est condemnandus, si uerò post accusationem, augenda erit pœna & pœnitentia: qui verò post publi
198 cationem testium hæreses confitetur, ad perpetuum carcerem damnandus est, quia præsumitur quòd metu probationum confitetur, & talis conuersio non caret suspitione. Instruc. Hispalen. anno. 1484. cap. 14. In omnibus casibus supradictis bona publicantur, Host. in summa de hæret. §. qualiter deprehensus. Villadie. de hæret. q. 20. num. 11. Alber. in ca. 1. q. 12. num. 3. de hæret. in 6. Iac. Sep. in Instit. Cath. cap. 16. num. 9. & in

Enchirid.tit.58.nu.7.dicens,quòd ita communiter ab omnibus Inquisitoribus seruatur. Nã in arbitrio Epi-
199 scopi & Inquisitorum est pœnam mitigandi,uel mutandi potestas,lata etiam sententia.cap.vt commissi.§. necnon.de hęret.in 6.Annan.in c.excommunicamus. 2.nu.3.de hæret.Albert.in d.c.1.q.12.nu.13.allegãdo. d.§.necnon.Villadie.de hæret.q.8.nu.7.& q. 17. num. 5.& q.20.num.12.Fran.Squillac.de fide cath.27.& ca. 42.prima instruct.Hispalen.c.8.& 11. quod arbitrium
200 ante sententiæ prolationem hodie locum habet,lata uerò sententia,solus Inquisitor generalis dispensare & mutare poterit,quinta Instruct Hispalen.ca. 7.& 4. Instruct.Toletan.c.9.quas ad id retulit Iac.Sep.in d.c.
201 16.nu.10.In confiscatione verò bonorũ nullum unquam Inquisitorum arbitrium est, sed ius commune omni tempore seruandum; cùm à tempore commissi criminis,ipso iure hæreticorum bona sint confiscata, vt in d.c.cùm secundum leges.ideo illud ius fisci tollere minimè possunt.

202 Praxis uerò nimis frequens atque vsitata in sacrosancto Inquisitionis foro uersatur, cum damnato ad perpetuos carceres,post lapsum triennij,Inquisitorem generalem solitum esse dispensare, sed si ad perpetuos & irremissibiles carceres quispiam fuerit condemnatus,si humilis & uerus pœnitẽs apparuerit, lapsis octo
203 annis dispensatur.Hodie verò loco perpetui carceris hæretici ad triremes condemnantur; dummodo debiles,aut senes nõ sint,& huiusmodi condẽnatio fit nõ ad minus,quã ad trienniũ,ne fiscus propter expensas plus incommodi,quàm commodi secum afferat.Ita superioribus annis per prudentissimos supremi Senatus sacrosancti generalisq; Inquisitionis proceres,maxima

xima cum ratione decretum fuit. Idq; iure communi iuuatur, c. circuncelliones. 23. q. 5. ibi, alicui utili operi deputentur. ubi diuus Augustinus consuluit Marcellino Comiti, quòd illi hæretici Donatistæ non occidantur, sed alicui vtili operi publico deputentur. l. quidam sunt. l. seruus. l. in metallum. ff. de pœn.

DECIMASEPTIMA ASSERTIO.

204 *Si reus confitetur factum hæreticum, & prauam intentionem abnegat, quamuis non sit plenè conuictus, relaxandus est: maximè si actus fuit iteratus, & alia contra eum sunt sinistræ præsumptiones.*

205 Qui facta hæretica confitetur, & prauam intentionem negat, non est audiendus: nam in malis & reprobatis factis & cæremonijs, malus animus iuris præsum
206 ptione præsumitur. Ideo talem quis religionem tenere creditur, quibus cæremonijs ac ritibus utitur. Archi. Io. An. Domin. & alij, in c. 2. nu. 2. & 3. de hæret. in 6. Alber. de agnos. asser. q. 8. nu. 12. & q. 25. nu. 14. & q. 33. nu. 17. & q. 34. nu. 13. & q. fi. nu. 18. Io. Nicol. de hæret. nota. 5. Castro de iusta hæret. punit. lib. 1. c. j. & c. 7. Turrecre. in summa, de Eccle. par. 2. lib. 4. cap. 4. & 13. Palac. Rub. in allegat. hæresis. §. 7. Iac. Sep. in Enchi rid. tit. 29. nu. 7. & tit. 40. nu. 13. & in Instit. catho. c. 10. nu. 2. & c. 47. nu. 22. contra ea quæ prius scripsit in ca. 26. nu. 7. De hac re est Instruct. Hispalen. anno. 1484. c. 2. ibi, ceremonias de Iudio. & alia de Madrid, anno. 1561. ut superius, nu. 276. cũ seq. par. 1. plenius scripsi.

DECIMAOCTAVA
ASSERTIO.

207 *Si verba hæretica reus confitetur, eorumq́; impiã intentionem abnegat, torquendus est.*

208 Omnes doctores, paulò ante citati, hanc docent assertionem, præsertim Alberti. d. q. 8. num. 12. & q. fin. num. 18. Sed Iac. Sep. in Enchiri. tit. 52. num. 27. hisce, inquit, uerbis, qui confitetur se dixisse hæresim, & negat intentionem impiam, quæstioni subijci potest, nisi fortè sit plenè conuictus, & quòd ita vtimur, allegat Cardi. in clem. fin. de vsur. & Alberti. in d. q. fin. in fine. Idem Iac. Sep. in Instit. catho. c. 13. num. 4. dicens quòd
209 cùm animi iudicium & intentio aliter probari non possit, si illa excusatio, uel exceptio admitteret, uidelicet quòd non habuit prauã intentionem, sed ioco, uel inaduertenter uerba illa hæretica protulisset, eo uelamine & excusatione omnes hæretici debitam condemnationem eluderent, & impuniti euaderẽt: quòd satis
210 absurdum esset. Mea equidem sententia, æquiorem opinionem semper iudicaui, quòd etiam si delictum sit plenè probatum, & reus confiteatur uerba, & neget intentionem, nihilominus torqueatur: quia maiorẽ animi uoluntatem & deliberationem facta, quàm uerba ostendunt. c. filij, uel hæredes. cap. contra Christianos. de hæret. in 6. cap. dilecti. 2. de appellat. cap. fin. 30. distin. l. Paulus. ff. rem ratam haberi. nisi sit aliàs persona suspecta: quo casu præsumitur praua intentio etiam in uerbis: ut testatur Iac. Sep. in d. c. 13. num. 4. de qua re uidenda sunt plurima à me scripta supra nume. 276. & sequent. part. 1.

DE-

DECIMANONA ASSER.

211 *Hæreticũ facti, seu intentionis negatiuum, ueque ad cautelam esse reconciliandum, ut quidam non rectè opinantur.*

212 Qui facta hæretica confitetur, prauamq; intentionem negat, uirtualiter rem ipsam negare uidetur, cùm intentio & credulitas sit substantia & fundamentum actus. l. fœdissimam. C. de adulter. l. 1. ubi gl. C. de sicar. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. Ideo tanquam diminutus & negatiuus in parte substantiali relaxandus est, ut superius à me num. 590. usque ad num. 625. parte. j. dictum est: & nullo modo ad cautelam est absoluendus, ut nõnulli imperiti iudices arbitrantur.

VIGESIMA ASSER.

213 *Negans facta, seu verba hæretica, de quibus plenè fuerit conuictus, relaxandus est.*

214 Ille vulgò appellatur negatiuus & de iure impœnitens, seu pertinax, qui eos errores, de quibus plenè conuictus est, confiteri nolet: sed illos commisisse abnegat, qui tanquam pertinax, impœnitens, negatiuus & proteruus iudici seculari est tradẽdus. cap. ad abolendam. §. præsenti. de hæret. c. super quibusdam. cap. nouimus. de uerb. sign. cap. ut officium. §. si uerò. de hæret. in 6. cap. si quis Episcopus. cap. saluberrimum. 1. q. 7. ca. ego Berengarius. de cons. distin. 2. expressa Instruct. Hispa-

len.anno.1484.cap.14.& alia de Madrid, anno.1561. cap.43.
215 Pertinax autem eſt qui perſiſtit in negatione, ſeu errore, quē de neceſſitate tenetur dimittere, ut refert ſingulariter Turr.Crema.in ſumma de Eccleſia. lib. 4. par. 2. cap.16.vbi ſatis eruditè viginti modos pertinaciæ refert.& Alfonſ.Guerrero in theſ.religio.Chriſtia. tit.de hæret.num.20.& ſequen. Vnde nullo modo ei habenda eſt miſericordia,nec venia concedenda:quia peccatum ſuum non cognoſcit.cap. perfecta pœnitentia.de pœnit.diſtin.3.cap.fi.23.q.5.cap.quod quidem.
216 de pœnit.& remiſſio. Sine confeſſione oris, & ſatiſfactione operis,peccatum non remittitur. c.nemo poteſt.cap.voluiſſent, de pœni. diſtin.1.ubi dicitur,quòd confeſſio paradiſum aperit,& veniam acquirit; & cùm hæreticus ſit ipſo iure excommunicatus.cap. excōmunicamus.1.& 2.de hæret. cap. debent. 11.q.3.clem.1. §.fin.de hæret. indiget abſolutione quam nullo modo conſequi poteſt,niſi reatum ſuum confiteatur, & ſit paratus abiurare, & iniunctam pœnitentiam adimplere. cap.cùm deſideres.de ſen.excom.cap. veritatis.c.agite
217 pœnitentiam.de pœnit.diſt.1. Nam actus actiuorum ſunt in patiente bene diſpoſito.cap.venerabilem.de electio.l.teſtamento Centurio. ff. de manumiſ. teſtam.& inſtar regis Dauid iniquitates ſuas manifeſtet, ut poſteà iuſtificetur,dicens,quoniam iniquitatem meā ego cognoſco.&c.pſal.50.& 2.lib.Reg.cap.12.ubi poſt cōfeſſionem Dauid meruit audire, Dominus tranſtulit peccatum tuum.cap.ſi peccatum.de pœnit.diſtin.1.& in pſal.129.de profundis clamaui ad te Domine. & nō ſit in via Cain,& in contradictione Coræ.Geneſ.cap.4.
218 & Nume. cap. 16. Taciturnitas peccati ex ſuperbia cordis

cordis oritur.ca. quis aliquando.§.fin.& d.cap.voluissent.§.deniq;.de pœnit.dist.1.quia hæretici suapte natura sunt superbi & elati,inanis gloriæ cupidi, pertinaces,inobedientes, incontinentes, vt inquit Paul.2.ad Timothe.c.3.in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa,& erunt homines seipsos amantes,cupidi,elati,superbi,blaspemi,proterui, inuidi,voluptatũ amatores. Quod optimè declarat Conrad. Brun.
219 lib.1.de hæret.ca.5. nam hæreses ex superbia oriuntur.c.excommunicamus.1.in prin. ibi, extollentem se. & ibi notat Anan.de hæret. Villadieg. de hæret. q. 1. nu.37.& Epiphanius.de hæret.lib.1. tomo.1. c. hæreticus est.24.q.3.Et in Euangelio.Ioan. c.7. E contra-
220 rio in confessione est humilitas,& erubescentia, quæ est magna pars remissionis.c.quem pœnitet.de pęnit. dist.1.c.consideret.de pœnit.dist.5.Ob id meritò impœnitens,pertinax,& negatiuus,seculari potestati tradendus est: cùm Ecclesia factis monitionibus,non ha-
221 bet vltra quid faciat.c.cùm non ab homine.de iudicijs.c.si quis sacerdotum.11.q.1. ca.nec licuit.17.dist. Sed tanquam membrum putridum est abscindendũ, ne catholicos inficiat.c.resecandæ.24.q.3. ca. etsi Iudæos.de Iudęis.c. inter sollicitudines. de purg. canon.
222 Ferro abscindenda sunt vulnera, quæ medicamenta non recipiunt.c.ecce autem. 24.q.3. in c. canonibus. 16.q.1.c.reperiuntur.1.q.5.Et habetur in determinationibus scolæ Parisiensis aduersus Erasmum, tit. 23. censura.3.
223 Veruntamen Inquisitores fidei in omnibus causis, præcipuè eorum qui negatiui,pertinaces,proterui, & impœnitentes sunt,tam in examinãdis testibus,quàm defendendis reis,vigilantissimos esse oportet. Nam si

reus innocens est,& falsis testimonijs fortassis accusatur, constantissimè crimen negare debet, potiùsque omnia mala pati, quàm falsum testimonium contra se proferre.c.sacris.de his quæ vi.metusue cau.fiunt.cap.
225 inquisitioni.de sen. excom. Quia si falsum testimonium contra proximum suum quis dicere prohibetur,multò magis contra seipsum.c.si non licet. ca.placuit.23.q.5. Charitas bene ordinata à seipso incipit. l. præses.C.de serut.& aqua.c.qui vult.de pœnit. dist.3.
226 Propterea rei ab Inquisitoribus magno effectu summaque ope,tempore præcipuè torturæ,monēdi sunt: ut nullo pacto falsum testimonium contra se,uel alios
227 metu pœnarum,vel tormentorum ; sed tantùm veritatem dicant. Nec Inquisitores promittant veniam, seu impunitatem delicti,vt reos compellant ad confitenda crimina,quæ non commiserunt zelo inquirendæ veritatis:nam ille zelus non est secundum conscientiam,ut ait Paul. Apostolus. Et huiusmodi confessionē delatus impunè poterit reuocare,ita Io.de Imola consilio 109.visa inquisitione. refert Hippol. in rub. C. de probat.nu.115.& in sing. 201. in confessum. Iac.Sep. in Inst.catho.c.13.num.3.&est Instruct. Hispalen.c.9. Aegid.Boss.de confessis per torturam.nu.17.Quando
218 reus suum delictum plenè confitetur, Inquisitorum animus conquiescit, omnisq; dubitandi de falsitate testium ansa remouetur:reo autem negatiuo existente non est præcipitanda; sed differenda sententia, ne forte innocens,qui se plenè defendere nequit, iniustè damnetur.Interim diligentissimè Inquisitores de eius innocentia inquirant:ad id ex officio tenentur.l.si non defendatur.ff.de pœnis.l.1.§.fin.vbi Bar.ff. de quæstio. Dec.cons.429. Hippol.cons.39.melius cons.60.atten-
to

to tenore.nu.3. Ripa in l.4. §.hoc autem iudicium.nu. 77.ff.de damno infecto. Aegid.Boss.in pract.tit.de con
229 fessis.nu.12.ubi inquit,quòd iudex ad id tenetur nõ solùm in his quæ sunt iuris, sed etiam in his quæ in facto consistunt.Iac.Sep.in Instit.cath.c.26. nu.6. Quod in hoc grauissimo crimine indubitanter procedit, in quo truncata atque diminuta reorum defensio est,ob idq; maiori prudentia & deliberatione iudices reorũ innocentiam inuestigare & inquirere debent, docet
230 Instruct.Hispalen.j.c.14.& Instruc.de Madrid anno nostræ salutis.1561.c.38. disponens,quòd in reorum defensionibus Inquisitores omnino cõsiderent,quòd rei in carceribus secretis detenti se defendere cómodè nequeunt,eorumque impedimentum sua diligentia & prudentia suppleant, inquirendo præcipuè de vita, moribus, inimicitia,seu conspiratione testium.
231 Testis enim inimicus etiam in hoc crimině à testimonio repellitur.c.per tuas.ubi Feli.de simonia. Villadie. de hæret.q.13.Fed. de Senis, consi. 252. in fine. Bossi. in pract.de oppositionibus cõtra testes.nu 52.Iac.Sep.
232 in Instit.cathol.c.25.nu.18.& cap.62. nu. 31. etiam cum tortura,& in articulo mortis, nulla fides inimico adhibẽda est,etiam in criminibus exceptis.c. per tuas. de simo.Inno.in c.cum pæn. de accusat. Boss. in pract. tit.de inquisitione.nu.52.& tit. de indicijs ante torturam.nu.189.Hippo.in l.1.§.præterea.nu.7. ff. de quę-
233 stio. Latè Blan. in rep.l. fin. num. 279.ff. de quæsti. Amor enim & odium separant homines à rectitudine.l.3.in prin.ff.de testib. ca.repellantur.cap. meminimus.c.cum oporteat. de accusat. Etiam si inimicus sit nouiter reconciliatus à testimonio repellitur.tex.sing. in c.accusatores.1.3.q.5.Inno. & Abb. in d.c.cũ oporteat.

teat.in princ.Rom.sing.319. Innoc. in cap. cum.1.&.2. de sen.& re iudi.Alex.consi.99. incip. in causa inquisitionis.n fine.volum. 1.Hippol.in d.§.præterea. num.4. Ant.Gom.lib.3.resolut.c.12.num.14.

VIGESIMAPRIMA ASSER.

235 *Accusatus de pluribus erroribus hæreticis, de quibus legitime fuerit conuictus, si nonnullos confitetur, alios verò abneget, tanquam negatiuus & diminutus est relaxandus.*

236 Hodiè vlt.die Nouemb. die sancti Andreæ Apostoli, anno virginei partus.1571.precib. ac sacrificijs priùs ad Deum oblatis, omnes Valentini magno exultantes animo, luminaria, ludos, & spectacula varij generis, magno apparatu, maximisq; sumptibus fecerunt, pro mirabili & gloriosa victora, quam Serenissimus Dominus Ioãnes ab Austria Philippi Regis & domini nostri germanus, septimo die Octobris proximi præteriti, & huius anni contra Turcas & Mauros nefandissimæ sectæ Maomethanæ cultores, in mari Aegeo, prope portum vulgò Lepanto fuit adeptus: qui in illo prælio omnes Turcarum regis classes & uires fortissimè strenueq; superauit, captis ab eo. 170. triremib. Regijs, & viginti alijs minoribus. Mortui fuerunt ex hostibus plusquam decem milia, & captiui tria milia hominũ: inter quos erant plurimi Duces principales, vulgò Baxaes. Regulus autẽ de Argel, dictus Ochali, cum nouem triremibus fugit. Multa maiora ab hoc Principe omnibus naturæ dotibus ornatissimo, annuente Deo, præclarè

clarè gerenda in honorē Dei, nostræq; religionis augmentum speramus.

237 Is qui omnia crimina, de quibus plenè est cōuictus, non fatetur, dicitur vulgò hæreticus diminutus: nam confessio debet esse integra, & non diminuta; ut sit fructuosa. cap. quem pœnitet. de pœnit. distin. 1. quòd omnino quis pœnitere & conteri perfectè debet de omnibus. cap. fin. de pœnit. distin. 5. Iniustum est enim dimidiam sperare ueniam. cap. sunt plures. de pęnit. distin. 3. cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remissi. ibi,
238 omnia sua peccata. Optimè Epiphanius lib. 2. de heret. tomo. 1. hæresi. 59. Nostra assertio indubitata est, quando in parte substantiali est diminutio in hæresi, videlicet uera & formata ac plenè probata. Instruct. Hispalen. anno domini. 1484. cap. 13. ibi, *en actos graues y*
239 *senalados, en les quales no se presume oluido.* Ratio nostræ assertionis est, quia bonum procedit ex integra cā, malum uerò ex defectu unius, uel ex multis particularlbus defectibus, ut ait Dionysius Areopagita de diuinis nominibus. par. 3. cap. 4. circa finem. quem refert S. Thom. 1. 2. q. 18. arti. 4. & q. 19. arti. 6. & q. 20. arti. 2. cap. fratres. de pœnit. distin. 5. cap. defleat. de reg. iuris. in antiqu. multisq; modis diminutio solet contingere. de quibus optimè Iac. Sep. in Instit. cath. cap. 47. num. 22. & sequen. & in Enchirid. titu. 61. num. 4. d. Instruct. Hispalensi. anno. 1484. cap. 13.

VIGESIMA SECVNDA ASSERTIO.

240 *Hæreticus pertinax, ac verè diminutus*

non

non est, qui alios complices, vel omne delicti tempus non reuelat.

241 Plurimum interest omne tempus delicti confiteri, propter alienationes factas post delictum hęresis commissum. l. fin. C. ad l. Iulia. maiesta. l. Manichæos. C. de hæret. c. cum secundum leges. de hæret. in 6. vbi Archidia. Ioan. And. Dominic. Bald in l. fin. §. fin. num. 6. C. commu. de lega. Latè Tiraquel. in l. si vnquam. verbo, reuertatur. num. 267. C. de reuoc. donat. Iac. Sep. in Instit. cath. cap. 9. nu. 22. & sequen. Licentiatus. Quemada in suis quæstionibus. q. 7. affirmat esse communem
* opinionem, alienationem ab hæretico factam esse nullam, & fiscũ bona alienata posse recuperare, nullo pretio restituto: ẽt si illud in vtilitatẽ fisci esset cõuersum.
242 Ratio nostræ assertionis est, quia non est verisimile, ꝙ qui delictum suum ingenuè confitetur, partem temporis, cùm sit res minoris momenti, occultet, uel alios hęreticos non manifestet. d. Instru. Hispalen. cap. 13. ibi, *que lo dezaron de dezir por malicia.* Iac. Sept. in Enchi-
243 rid. tit. 61. num. 5. in fine. Vbi etiam inquit hunc esse torquendum, ut alios hæreticos manifestet: quæ opinio nõ est tenenda per l. repet. §. is qui de se. ff. de quæstio. qui de se confessus est in caput alienũ non torquetur. Instru. de Madrid. anno. 1561. cap. 45. Et facit contra ea, quæ ipse priùs tenuit in d. Enchiri. tit. 52. nu. 31. dicens, naturalis ratio nobis persuadet, quòd qui contra se confessus est, contra alios multò magis confite-
244 retur, si esset memor. Item sibi etiam fuit contrarius in Instit. cath. cap. 47. num. 22. in fine, affirmans esse hæreticum diminutum, qui non omne tempus errorum confitetur. Et oppositam tenuit sententiam in d. tit.

61. nu. 5.

61.num.3.quam rationibus modò relatis suspicor esse veriorem, cũ temporis facilè homines naturaliter obli
245 uisci soleant.Inno.in cap.qualiter & quando. 2.num. 4.de accusat.Bald.in auth.Præsbyteri. nu.6.C.de Epis. & cle. & in l.j.num.45.C.de his qui accus.non possunt. Felin.in c.cùm causam.1.num.13. de testib. Alex. cons. 65.num.2.volum.2. ubi optimè.Viginti autem modis quis dicitur pertinax,quos refert Turre.Crem.in sum. de Eccles.lib.4.part.2.cap.16.& Alfon.Aluarez,in thesau.religio.Christianæ.tit.de hæret.num.20.& sequen.

VIGESIMATERTIA ASSERTIO.

246 *Accusatus de pluribus factis, seu dictis hæreticis non plene probatis, si nonnulla confitetur, pro alijs torquendus est.*

247 Bonum procedit ex integra causa,malum verò ex particularibus defectibus, uel ex defectu vnius rei, vt pulchrè testatur Dionysius Areopagita de diuinis nominibus.par.3.cap.4.circa finem.quem refert S. Tho. 1.2.q.18.art.4.& q.20.art.2.cap.fratres.de pœni.dist. 5.cap.defleat.de reg.iuris.in antiq. Vnde errans circa vnum articulum fidei totaliter amittit fidem, vt docet S.Thom.2.2.q.5.arti.3.probat.d.cap.defleat,quia bonum,ut modo dictum est,ex.integra causa procedit,ob id confessio debet esse integra, & non diminuta, ut fit fructuosa.cap.quem pœnitet.de pœnit. dist.1.cap.omnis vtriusque sexus.ibi,omnia peccata sua.de pœnit.& remissio. Absurdum.n. est dimidiam sperare veniam.

cap.

cap sunt plures. de pœnit. distin. 3. c. fin. de pœnit. dist. 5. tenuit expresse Alberic. in rub. C. de hæret. num. 9. dicens, quòd iudex protestetur quòd non intẽdit reum
248 torquere super articulo probato, sed super alijs. Sequitur Nicol. Boer. deci. 163. nu. 3. & Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 64. uersi. ueritas est. Quod utique notissima iuris regula iuuatur: nam quod iuris est de toto quo ad totum, idẽ iuris esse debet de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ubi glos. & Bart. ff. de rei vendi. cap. super quæstionum. §. fin. cap. pastoralis. §. Item cùm totum. ubi. dd. de officio delega. Si omnes articuli & propositiones legitimè non essent probatæ, reum esse torquendum indubitatum est. l. edictum. l. fi. ff. de quæstio. ut latiùs infra in assertione. 31. scriptum est. Idem me-
249 ritò dicendum est de aliquibus, quod de oĩbus, instar illius qui de duobus homicidijs est accusatus: quorum unum plenè est probatum, alterum uerò semiplenè; & necesse est ut nostra procedat assertio, quòd hæresis sit formata, quia aliter esset si esset scandalosa, uel blasphema, uel suspecta. Item quòd articuli super quibus reus est torquendus non sint plenè probati: item si in alijs
250 articulis est plenè conuictus & est negatiuus eo casu pro alijs non plenè probatis minimè torquendus est in caput proprium, quia nullum prorsus operatur effectũ tortura, cùm sit relaxandus. cap. ad abolendam. §. 1. de hæret. c. nec licuit. 17. distin. Non tamen inficior reum in nostro casu absque tortura posse reconciliari, cùm
251 verè diminutus nõ sit: siquidem articuli illi super quibus torquetur non sint plenè probati, ut pluries uidimus: sed cùm Inquisitorum officium sit inquirere. cap. excommunicamus. 1. §. adijcimus. de hæret. tutiùs est reum torquere, præsertim si post testium publicationẽ

fuit

fuit confeſſus articulos aliàs plenè probatos, & aliàs alios non plenè probatos negauit.

VIGESIMAQVARTA.
ASSERTIO.

252 *Qui hæreſim à ſe prolatam in continenti corrigit atque reuocat, non eſt aliqua pœna damnandus.*

De hac aſſertione eſt l.famoſi.ff.ad l.Iul. maie.l.Sthi cus immo Pamphilus.ff.de manumiſ.teſtam. Quia lu-
253 bricum linguæ ad pœnam minimè trahendum eſt. Impunè quis ſuam aſſertionem incontinenti mutare & corrigere poteſt, nullo probato errore.cap.preterea de teſtib.cogen.ibi, in proferendo errauerint, ſe incon tinenti correxerint.in cap.olim.de cenſi.gloſ.ſing. in c. fin.de iureiuran.lib.6.gl.notab.in cap. apud miſericor-dem.in uerbo, reuertitur.32.q.1.Abb.in d.cap.præte-rea.num.4.In ſpecie notat Iac.Sep. in Enchirid. tit.47. num.16.Paul.Grillan.de hæret.q.1.num.6.Latè habe-tur in Repertorio Inquiſitorum, uerbo, hæreticus.ver. ſed Andreas de Iſernia. Quod iuuatur ex dicto ſin-gulari Angeli de Peruſio, in l.ſi non conuitij.C.de iniu-
254 rijs. Quòd ſi uerbum iniurioſum ſtatim reuocatur petendo ueniam, dicendo quòd fuit malè dictum, ceſ-ſat actio iniuriarum. Hoc ſequitur Felin.in cap.dilecti filij.nu.16.de excep.& in cap. cùm te.de re iudica. De quo dicto exclamant Lanfran.in cap.quoniam contra. uerbo, confeſſiones.nu.3.de probat. Albert.de agnoſ. aſſer.q.23.nu.9.Thom.Ferra. cau.39.incip.ſi quis di-

xit

xit alicui. Sed Fran. Squilacen. de fide cath. cap. 20. inquit in crimine hæresis hunc pœna leui esse puniendum.

VIGESIMA QVINTA ASSERTIO.

255 *Qui errores hæreticos in iudicio confitetur, postea confeßionem reuocat, tanquam negatiuus est relaxandus, nisi de errore constet.*

Confessus in iure pro iudicato habetur & quodam-
256 modo sua sententia damnatur.l.1.ff.de confessis.l.vnica.C.eo.l.post rem iudicatam. ff. de re iudic.l.proinde. 2.§.notandum.ff.ad l.Aquil.In Euang.Lucæ.19. habetur, ex ore tuo te iudico serue nequam. In confessum nullæ sunt partes iudicis,nisi in condemnando.l. Iulianus.ff.de confessis.l.debitoribus. ff. de re iudi.l.de æta-
257 te.§.1.ff.de interroga. actio. Nulla clarior aut efficacior est probatio,quàm partis cõfessio; & inter omnes probationis species,tanquam probationũ regina principatum obtinet.l.generaliter.C. de non numer.pecu. cap.per tuas.de probat.cap.nos in quenquam. 2.q.1. & per confessionem res efficitur notoria.cap. vestra.c. fi.de cohabit.cleri.& muli.cap.cùm olim.de uerb.sign. cap.si sacerdos.de officio ordina. cap. hoc uidetur.22.
258 q.5.In crimine etiam hæresis confessio dicitur legitima probatio.d.cap.ad abolendam.ubi sing.glo.in uerbo,depræhensi.sing.tex.in cap. nunc autem. 21.distin Hippol.in rub.C.de proba.nu.70. & Alberti.de agno.

aſſer.q.29.num.28.Iac.Sep.in Inſtit. Catho. cap.13.in prin.nam non eſt præſumendum quòd quis contra ſe mentiatur.l.fin.C.de arbitri.tutelæ. & d.l. generaliter.
257 Etiam ſi proceſſus ſit nullus,& non fuerit ſeruatus in eo ordo iudicialis, confeſſio nihilominus nocet confitenti:quia confeſſio tollit omnem ineptitudinem proceſſus,dictum eſt ſing.Inno.in cap.qualiter & quando. 2.nu.7.de accuſa.Bar.in l.ſi confeſſus.ff. de cuſto.reorũ Abb.in c.fi.not.ult.de reſti.ſpol.& in c.j.in fi.de excep. cauſam matrimonij. nu. 4. de officio delegati.Francus in cap. 1.in prin.per tex.ibi.de accuſat.in 6. idem Abb. per tex.in cap.Piſanis. de reſtit. ſpol. Matheſila. notab. 53.incip.nota utilem regulam.Guido Papæ. deci. 120. Hippol.conſi.29.& 130.num.3.&4.Aegid. Boſſ.de cõ feſſis.num.4.Decius in rub.de probat.num.8.& in c.at ſi clerici.num.3. de iudicijs. dicens quòd communiter approbatur.ubi.9.limitationes ſcripſit, licet Xuarez.in l.poſt rem iudicatam.nota.3.nu.5.fol.120.ff.de re iud. uideatur tenere contra prædictum dictum Innocentij.
260 Quæ ſanè confeſſio ſi incontinenti in præſentia iudicis fuerit reuocata,non nocet confitenti ẽt non probato errore:quia lapſu linguæ, & ꝑ ꝑ errorẽ præſumitur facta.gloſ.eſt ſing.in uerbo,iuſta cauſa.in c.fi.de iureiu. in Sexto. quam pro ſing. refert Bal. in repetio.l. edita actio. numero 102. C.de edendo.& in l.prima,numero.decimooctauo. C.de furtis.Innocen.in cap.præterea.de teſtibus cogen.Iaſon in l. error. numero ſexto. C.de iuris & facti ignoran.meliùs in l. quicquid aſtringendæ.numero decimo. ff. de verbo. obliga. Abbas in cap.ſcriptum.numero nono, de electio. Anto. de Butrius, & alij in cap.ex literis.de diuortijs.Fel.in c.qualiter & quando. 1. & in capitulo,cùm dilecti. de accu-

P ſat.

ſat.& in c.fi.de confeſſis.Philip.Fran.in c.1.de accuſat.
* in 6.& hæc eſt communis doctorum opinio.Et dicitur
261 reuocatio facta incontinenti intra triduũ.Alex.conſ.
71.vol 3.Ant. Gabriel in 2. vol. communium opinio-
num.tit.de confeſſis.cõclu.6.nu.13. Sed glo.in uerbo,
incontinẽti.in c.prꝍterea.de teſtib.cogen.inquit,quòd
dicitur incõtinenti,antequam recedat à præſentia iu-
dicis.Inno.in c.cùm dilecti.de accuſat.optimè id decla
rat.Philipp.Fran.in c.fi.de iureiur. in 6.nu. 6. & ſeq.&
262 Thom.Gram.conſi.15.nu.7.Sin autem confeſſio in-
continenti non fuerit reuocata, vſque ad ſententiam
diffinitiuam in criminalibus cauſis,probato errore,po
terit reuocari,etiam ſi ſit deliberata & iurata, & acce-
ptata,& in ſcriptis redacta. l.error. C. de iuris & facti
ingnor.Bar.in l.non fatetur.nu.4. ff. de cõfeſſis. Bal.in
d. l.edita.nu.102.Roma.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.nu.
13.ff. de verb.oblig.Philipp. Fran. in c.1.in prin. de ac-
cuſat.in 6.& in c.fin.de confeſſis.nu.6.eo.lib. 6. Abb.
in c.cum olim.de uerb.ſignifi. Fel. in c.cùm dilecti.nu.
3.in fine.de accuſat.Thom.Gram.uoto.16.in cauſa il-
luſtri.num.12.& ſequen.& uoto.10.num.33.ubi opti-
mè.Ludo.Carer.in pract.§.undecimo excuſat.in fine.
fol.188.Hippo.in practi.§.quoniam.nu.6.& §.ſequens
num.23.Alberti.de agnoſ.aſſer.q.29.num.28.hanc fa-
* tetur eſſe cõmunem opinionem Aegid.Boſſi.in practi.
tit.de confeſſis.nu.60.Id etiam annuere videtur Anto.
263 Gabriel.in loco ſupra citato. vbi inquit quòd com-
muniter reprobatur.gl.ordinaria.in c.ex literis. de di-
uortijs.quia loquitur de confeſſione deliberata, quæ
prætextu erroris nõ poterat reuocari.In criminalib.n.
nihil intereſt,an confeſſio ſit acceptata, vel non; pro-
bato verò errore reuocatur. Error aũt tunc probatur
ſi

si contrarium illius rei, quam quis confessus fuit, demonstratur. gl. in d. l. non fatetur. ubi Bar nu. 10. & seq. eleganter distinguit glo. in l. de ætate. §. qui iusto. ff. de interrogat. actio. gl. in l. cum de indebito. ff. de probat. pro quibus est. l. si post diuisionem. C. de iuris & facti ignora. Fel. in d. c. cùm dilecti. num. 3. Aegid. Bossi. ubi supra. num. 61. Lanfranc. in c. quoniam contra. uerbo, confessionis. nu. 53. & sequen. de probat.

Oportunè hoc in loco referam, quod eleganter scri
264 psit Io. de Imola. consi. 109. visa inquisitione. Confessionem factam sub spe veniæ à iudice promissæ, confitenti non nocere, veluti si iudex reo polliceatur impunitatem & remissionem delicti, si ipse delictum confitetur, huiusmodi confessionem impunè poterit reuocare. Quod dictum sequitur Hippol. in rub. C. de probat. nu. 115. & in l. 1. §. quæstioni. nu. 12. ff. de quæstio. & in fin. 201. In confessum. Lanfran. in d. uerbo confessiones. nu. 54. Iac. Sep. in Instit. catho. ca. 13. nu. 3. ad id est l. 2. & ibi gl. in uerbo, rectè. in fine. ff. quãdo actio de pecu. est ann. quòd confessio persuasione aduersarij facta, potest reuocari, quã gl. corruptè allegat Bar. in d. l. non fatetur. nu. 6. & 10. & in d. l. error. Nicol. Milis in repertorio. verbo, confessio. Hipp. in d. §. quæstioni. nu. 12. ubi alios casus refert, in quibus confessio iudicialis est reuocabilis. Prædictum consilium. Ioan. de Imola uidetur etiam approbare d. Instruc. Hispalen. c. 9. Ob id nimis periculosum esse censeo, Inquisitores veniam, seu nimiam misericordiam, & impunitatem reo polliceri, si delicta plenè confiteatur, seu quòd statim à carceribus sub fideiussoribus erit relaxandus; sed tantùm illam misericordiam, & remissionem promittant, qua cum verè conuersis, ac bene confitentibus

ſacroſanctum Inquiſitionis officium vti ſolet.

265 Ratio potiſſima noſtræ aſſertionis eſt, quia delictũ per confeſſionem plenè conſtat, ut in iuribus ſuperius relatis, & per reuocationem reus efficitur pertinax, im pœnitens & negatiuus. c. ad abolendam. §. pręſenti. de hæret. c. vt officium. §. ſi verò. eo. tit. in 6. vt plenius ſupra aſſertione vndecima retuli. Idcirco non probato errore, relaxandus eſt; quamuis aliter de delicto plenè non conſtet, & facta ſit confeſſio in tortura cum legitima ratihabitione: nam perinde eſt ac ſi libera & ſpontanea eſſet: quamuis poſtea reuocetur non conſtito de errore. Id in ſpecie tenuit Bal. in l. fi. nu. 2. C. de probat. & in l. bonæ fidei. nu. 5. C. de reb. credit. & in c. fin. nu. 2. de confeſſis Ludo. Carer. in practi. fol. 2. num. 14. melius fol. 75. nu. 5. Palac. Rub. in allegat. hæreſis. §. 8. Alber. de agnoſ. aſſer. q. 30. nu. 38. dicens primæ aſſer-

266 tioni ſtandum eſſe. Iac. Sep. in Inſtit. catho. c. 47. nu.

* 25. Aret. affirmat eſſe communem in d. c. cum dilecti. in fine. Aegid. Baſſi. de confeſſis, nu. 60. & tit. de tortu-

267 ra. nu. 49. Etiam minor in atrocibus, non probato errore, ad reuocandam ſuam confeſſionem non auditur. Bar. ſing. in l. auxilium. nu. 6. ff. de minoribus. refert Hippol. in l. de minore. nu. 35. ff. de quæſtio. Contrariũ tenuit ipſe Iac. Sep. in d. c. 13. nu. 2. in fine. allegando gl. in c. 2. de confeſſis. in 6.

268 Quæ omnia intelligenda ſunt de confeſsione certa & manifeſta, & non de æquiuoca, uel dubia. l. Iulianus l. certo. ff. de confeſſis. gl. in l. vnica. C. de confeſſis. Bal. in auth. Sed nouo iure. C. de ſer. fugiti. Fel. in d. c. at ſi clerici. in prin. Iac. Sep. in Inſtit. cath. c. 13. nu. 2. Rode Xuarez in d. l. poſt rem iudicatam. notab. 3. nu. 13.

VIGESIMASEXTA. ASSERTIO.

269 *Qui per ignorantiam, vel rusticitatem, se verba hæretica dixisse affirmat, si id in eius defensionibus constat, pœna extraordinaria puniendus est.*

Dictum est egregiũ Inn. in c. firmiter. nu. 6. de sum. Trini. & fide catho. in quo nostra fundatur principaliter assertio, in cuius elucidatione quàmplurima notatu digna supra nu. 64. & seq. in 1. parte pleniùs retuli.
270 Qui enim ignorantia errat, in his quæ etiã explicita fide scire tenebatur, peccat ignorantiæ, & negligentiæ peccato; non tamen est hæreticus, dummodo pertinacia careat. c. dixit Apostolus. 24. q. 3. c. 1. 29. q. j. Castro. aduersus hæreses. li. 1. c. 9. optimè Cano. de locis theologicis. lib. 12. c. 8. Alber. de agnos. asser. q. 12. nu. 1. & q. nu. 3. Pala. Rub. in allegatio. hæresis. §. 4. Ludo. Carer. de hæret. §. circa secundum. nu. 8. Iac. Sep. in Enchirid.
271 tit. 49. nu. 4. & 5. Ignorantia eorum, quæ fidei sunt, nõ excusat, ne puniatur vt ignarus. gl. sing. 1. in ordine. & alia in uerbo ignorãtia. in c. scisma. 24. q. 1. quam dixit esse notabilem Alber. in c. 1. q. 13. nu. 50. de hæret. in 6. & de agnos. asser. q. 22. nu. 27. in fine.

VIGESIMASEPTIMA ASSERTIO.

272 *Qui vltrò coram Inquisitoribus errores omnino occultos confitetur, occulta ei reconciliatio est iniungenda.*

Si errores vsqueadeò sunt occulti, quòd in alicuius notitiam nunquam peruenerunt, eosq; spontè absque indicijs quis confitetur, & paratus sit abiurare, secretè & non publicè reconciliandus est. cap. præsbyter. 82. distin. cap. quæsitum. de pœnit. & remissio. Archid. in c. filij, vel hæredes. de hæret. in 6. Repertorium Inquisitorum, in verbo, occulta, & in uerbo misericordia. Alfon. Guerrero in thesau. religio. Christia. tit. de hæret. nu. 9. Matth. de Afflict. in consti. Neapolita. titu. de hæret. num. 31. Iac. Sep. in Insti. cath. cap. j. num. 21. & cap. 42. in princ. Alberti. in cap. 1. q. 12. num. 5. de hæret. in 6. est Instruc. Hispalen. cap. 5. & alia Pinciana cap. 12. Iac. Sep. in d. cap. 42. in princ. in casu nostræ assertionis, inquit, hæreticum omnino occultum nullam pœnam incidere. Ipse uerò semper dubitaui de pœna confiscationis bonorum, quia ipso iure sunt confiscata. d. ca. cũ
273 secundum leges. & quãdo pœna ipso iure imponitur, illa non mutatur propter spontaneam confessionem. l. id quod seruo. §. 1. ubi Bar. ff. de pecul. legato. l. palam. §. fin ff. de ritu nup. Hippol. in l. de vnoquoque. nu. 88. ff. de re iudica. & in rub. ff. de fideiussori. nu. 142. & in l. vnica. num. 66. C. de rap. virgin. Felin. in cap. de hoc de simo. num. 5. Decius in cap. at si clerici. num. 5. in fine. de iudi. Latissimè omnium Tiraquel. de pœn. temperã. causa. 30. nume. 14. & sequent. dicens ius iam fisco esse quæsitum, ideo pœna non diminuitur per spõtaneam confessionem, quod uerum est de iuris rigore: de quadam uerò æquitate contrariũ vidi seruari, quia mitiùs agendum est cũ spontè confesso, quàm cum conuicto, presertim in re tam occulta. cap. de hoc. de simo. cap. in primis. 2. q. 1. Tiraquel. in loco modò citato.

274 Ratio nostræ assertionis est, quia peccata secreta

con-

confeſſione ſecreta,& occulta ſatisfactione ſunt purgā da cap.nouit.de iudi.ca.quis aliquando.de pœnit. diſt. 1.cap.ſi peccauerit.2.q.1.quod intelligendum eſt de hęreſi omnino ſua natura occulta,quæ nullo modo naturaliter ſciri potuit, niſi per illam confeſſionem ſpontaneam. Et in hoc caſu prædictæ Inſtructiones loquuntur. Quod aliter eſt quando hæreſis eſſet occulta per accidens,quando non ſolùm corde, ſed voce & opere exteriùs procedit:uidelicet propter defectum probationis ignoratur. Et in hac ſpecie ſequens aſſertio procedit. Ideo nullum eſt diſcrimen inter has aſſertiones, de quibus plenè num.267.ſupra retuli.parte.j.

VIGESIMAOCTAVA ASSERTIO.

275 *Si ſpontè quis errores occultos confitetur, cum bonorum confiſcatione publicè eſt reconciliandus.*

Hanc aſſertionem optimè explicat Card. in clem.j. §.verum.num.7.de hæret.& in clem. vnica. §. ſanè.nu. 2.de vſur. Alberti.de agnoſ.aſſer.q.33.Iac.Sept. in d.c. 42.Nicol.Beltran.in rep.cap.ut inquiſitionis. in præfatione.q.9.de hæret.in 6.Id proba.d.Inſtruct.Hiſpalen: cap.5.& 8.nam cum iſto ſpontè confeſſo, non ita ſeuerè agendum eſt. Sicut cum conuicto.d.cap.de hoc.de ſimonia.ubi plenè Felin.& Tiraquel.in d. cauſa.30.nu. 9.& ſequen.

VIGESIMANONA ASSERTIO.

276 *Qui metu mortis, uel nimia sæuitia, remota credulitate, ad ritus transeunt Sarracenorum, neque reconciliandi, neque graui pœna puniendi, sed in loco religioso sunt instruendi.*

De his qui metu mortis impium aliquod faciunt, uel ad ritus transeunt Iudæorum, ut puta pueris à Paganis captis, est tex. sing. in cap. nunc autem. 21. dist. de Papa Marcellino, qui à Paganis compulsus idolis thurificauit. Albert. in rub. de hæret. in 6. q. 13. num. 67. & de agnos. asser. q. 23. num. 56. Iac. Sep. in Instit. catho. c. 26. num. 18. & in Enchiri. tit. 47. num. 20. Conra. Brun. de hæret. lib. 1. cap. 4. Decius consi. 151. maximi ponderis.
277 in princ. & pleniùs retuli supra nu. 108. & sequen. in prima par. huius tractatus, contra Iuliũ Clarum, in practi. §. hæresis. ver. Sed nunquid ille. dicentem minus bene, prædictos esse reconciliandos.

TRIGESIMA ASSER.

278 *Si delictum hæresis est plenè probatum, & reus fuerit negatiuus, relaxandus est, etiam si ab eo protestatio facta sit, de qua in decisione Rotæ 875. in antiquis, contra Nicol. Boer. & alios.*

Hæc mirabilis Rotæ decisio.875.in antiqu.incipiés: Accusatus de hæresi. frequenter in sacrosancto Inquisitionis foro versatur in praxi, cum qua concordat Instruct.de Madrid,anno.1561.cap.43. & alia Hispalen. anno.1484.cap.14.tenet Calderin. consil.2.tit.de hæret.Matth.de Afflic.in constit.Neapol.tit.de hęret.nu. 53.allegat eam Alberti.de agnos.asser.q.8. nu. 7. & q. 12.num.9.& q.29.num.14. & in rub. de hæret. in 6.q. 13.num,50.Iac.Sep.in Instit.catho.cap.47.num. 20.& in Enchirid.tit.53.num.10.& tit.61. num. 2. ac plures alij iuris interpretes pleniùs à me supra num.69.& sequent. 1.par. relati, ibidem nonnullos notandos intellectus ad prædictam decisionem Rotæ reperies.Protestatio de qua hìc,& in dicta decisione Rotæ habita est quæstio,huiusmodi est: Si hæreticus negatiuus plenè conuictus,affirmat se omni tempore catholicum fuisse & esse,& in fide orthodoxa se viuere ac mori velle protestetur,hæc sanè protestatio nihil prorsus protestanti prodest,contra Nicol.Boer.decis.341.num.4.incip. Et
279 ista quæstio.Qui perperam & insolenter affirmat dominos de Rota iura quæ ipse allegat non vidisse. In eodem fuit errore Iul.Clarus in pract.cri.§. hæresis.uersi. & nota in hoc proposito.

TRIGESIMA PRIMA
ASSERTIO.

280 *Crimine hæresis non plenè probato, torquẽdus est reus; qui si in tortura confiteatur cum legitima ratihabitione, reconciliandus est: reuocata verò confessione antę ratihabitionem, iterum torquendus.*

Quan-

Quando reus delicta sibi obiecta non plenè probata abnegat, ad inquirendam ueritatem torquendus est
281 l.j.l.edictum.l.fi.ff.de quæst. Tortura enim est remedium subsidiarium, quo vtimur quando ueritas aliter haberi non potest. d.l.edictum. Quòd efficacissimum genus ad eliciendam ueritatem est tortura, si aliter maleficia explorari nõ possunt.l. diuus Pius.ff. eo.ibi.si aliter ueritas inueniri non possit, nisi per tormẽta l.quotiens.C.eo.cap.illi qui.5.q.5. Vnde meritò inquit Alberi.in rub.C.de quæstio.num.9.& in l. 1. & in l.fin.ff. eod.quòd fatuus iudex est, qui reum de maleficio ple-
282 nè conuictum torquet.Bald.in l.1.num.9.C.de iureiuran.prop. calum. dan. inquit quòd qui petit aliquem torqueri, tenetur primò iurare quòd non habet alias probationes, quàm torturam. Angel. & pleniùs Ioan. Igneus in l. etsi certus. num. 10.ff.ad Syllania. dicunt, quòd si delictum est certum,& constat per alias probationes, malè fecit iudex ponendo reum in tortura,& poterit in syndicatu puniri, & proinde cauti iudices in actis processus cõscribi iubent, quòd cum aliter de delicto non constat, declarat ad torturam esse deueniendum. Idem Alberi.tenet in rub.de quæstio. in princ. Bald.in l.qui sententiam.C.de pœnis.Curtius,de indi-
283 cijs & tortura.q.5.nu.16.Lud.Carer. in pract.crimi. in princ.num.188.Nicol.Boer.decis.163.num.3.quòd iudex protestetur quòd non intendit reum torquere super probatis.Hippol.in practi. §.nunc videndum.nu. 25.& conf.15.num.51.& in l.1.num.7.ff. de quæst. ubi
* hanc testatur esse communem opinionem.
284 Vsqueadeò id uerũ esse censeo, quòd si reus stantibus legitimis probationibus torquetur, & delictum negat, ipso facto & iure eneruantur & eliduntur probationes

bationes legitimæ, taliter quòd ex eis nullo modo est condemnandus, sed potiùs absoluendus. Albe. & Hippoly. in d.l. edictum. per tex. ibi, idem Hippo. in d.l. edictum. per tex. ibi, idem Hippol. in d.§. nunc uidendum. num. 28. Nicol. Boer. decis. 163. num. 17. Thom. Ferra. caus. 5. Cæpola consi. crimin. 32. in 3. dubio. quam opinionem nonnullis fundamētis & rationibus impugnare nititur Anto. Gom. lib. 3. resolut. cap. 13. num. 20. & Thom. Gram. cons. 12. in causa.

285 Sed Bald. in l. obseruare. num. 9. C. quorum appella. non recipi. inquit, iudices bene facere quando ipsi habent certitudinem de maleficio reum torquere, etiam si delictum sit plenè probatum, quoad effectum, si confitetur, ne possit appellare, & sit conuictus & confessus, quia tunc non auditur appellans. l. j. C. quorum appel. non recipi. & quòd ita seruatur in practica. Idē tenuit Hippol. in d.l. 1. num. 7. & in sing. 108. Aliàs fui interrogatus. Thom. Gram. voto. 1. & d. consil. 12. in causa. nu. 24. Quorum opinionem falsam & iniquam esse arbitror, & contra eam tenuit Anto. Gome. ubi supra. & Tho. Gram. cons. 64. nu. 10. Hippol. sing. 262. quod potui nolui. nisi aliquando id liceat ad tollendam calumniam, & ne punitio differatur. & Alberi. in d. rub. C. de probat. num. 9. inquit, quòd cautus iudex quando tor-

286 quet reū de delicto plenè probato, protestetur quòd non intendit eum torquere super probatis, & talis protestatio appareat in actis causæ, ut refert Iulius Clar. in practi. §. fin. q. 64. uersic. ueritas est. In delictis enormissimis prout Hippol. in d.l. 1. nu. 7. loquitur, in quibus leges interdum transgredi licet, iuxta notissimum dictū

287 Innoc. in cap. 1. de constitu. Bald. in l. etsi sæuerior. C. de his notan. infamia. Ias. in l. 1. num. 3. & sequen. C. de precib.

precib.Imper.offeren.pro quo est l.hodie.& l.respiciẽdum.ff.de pœnis.
288 Octo verò sunt in tortura necessaria, quæ præcedere ipsam quæstionem, seu torturam debent, quæ satis plenè scripsit Hippol.in d.l.1.num.2.vsque ad.12.ff.de
289 quęstio. Vnum potissimum est, quòd sint indicia probata per duos testes. glos. in l. fin.C.famil.hærcis.quæ est communis secundum Anto.Gom.vbi supra.nu.18. & secundum Iac.Sep.in Enchiri.tit.52.num.6. de qua superius num.335.par.1.& Hippol.sing.476. incip.audiuisti.inquit.d.glos.procedere etiam si indicia nõ sint propinqua, & testes non sint idonei, ut familiares, infames, dummodo sint contestes.& in practi.§.diligenter num.8. Aegid.Boss.in pract.de indicijs ante torturam. nu.15. Vel vnus testis de visu, vel auditu, omni exceptione maior.glos.in verbo, conuictus. in l.3.C.ad l.Iul. maiestat.l.1.§.idem Cornelio.vbi Bart.ff.de quæstio.& in l.maritus.ff.eo.Bal.in l.milites.C.eo.Bos.in tit.de indicijs ante torturam.num.14.Hippo.in d.sing.476.Di
290 ctum enim socij, vel participis eiusdem criminis, non est sufficiens indicium ad torturam, etiam in crimine hæresis, nisi alia etiam indicia cõcurrant, vt puta, quòd reus sit de prouincia infecta.Cyn.in l.fin.C.de accusa. Anto.de Butrio.in cap.1.de confessis. Hippol.in l.1.§. diuus Antoninus.num.3.ff.de quęst.meliùs in pract.§. diligenter.num.59.& sequen.Blan.in l. fin. num. 378. ff.de quæst.Iac.Sep.in Enchirid.tit.51.num.14.Deniq;
291 iudicis arbitrio relinquitur, quod indicium sit sufficiens ad torturam.Ioan.And.in regula.cùm in contẽplatione.de regul.iur.in antiqu.Bart. & Paul.Castren. l.Lutius.ff.de his qui notan.infam.& in d. l. admonendi. Idem Bart.in l.fin.ff.de quæstio.Thom.Gram. vo-

to.14.num.19.& conſ.57.in cauſa mihi tranſmiſſa.Aegid.Boſſ.ubi ſupra.num.30.

292 Si uerò reus in tortura hæreſim confiteatur cum legitima ratihabitione reconciliandus eſt,ut noſtra teſtatur aſſertio, perinde huiuſmodi confeſſio eſt ac ſi libera & ſpontanea fuiſſet.l.1.§.diuus Seuerus.ubi gloſ. Barto.& alij.& in §.ſiquis ultrò.ff.de quæſt.Bald.in l.fi. nu.2.C.de proba.Aegi.Boſſ.tit. de confeſſis per torturam.num.3.& 17.Villad.de hæret.q.13.num. 8. Iacob. Sep.in Inſtit.cath.cap.63.num.42.&in Enchirid.d.tit. 52.num.35.&tit. 58.nu.14.expreſſa Inſtr.de Madrid, anno 1561.cap.53.ubi reuocatur quædam Inſtru.antiqua Hiſpalen.cap.15.quæ contrarium ſtatuebat. Sed Lauren.Syluanus contrarium,& malè conſuluit.conſi. 89.ita meritò illũ reprehendit Ia.Sep.in d.ti.58.nu.14.

293 Iudices uerò, maximè Inquiſitores fidei, cautè in tortura reos interrogent, ne occaſio mentiendi cõtra ſe & alios detur,ideo generaliter,& non particulariter, uel nominatim ſunt interrogandi;uidelicet ut ueritatẽ dicant de omnibus de quibus ſunt accuſati & fecerũt, & nullo pacto falſum contra ſe & alios proferant.Nam ſi particulariter interrogantur de re aliqua, uel perſona, eſſet potiùs ad falſum incitare & ſuggerere, quam inquirere,ut inquit l.1.§.in cauſa tributorũ.ff. de quæſtio.ibi,magis ſuggerentis,quàm inquirentis uidetur.l. 3.titu.30.par.7.Optimè Thom.Gram.uoto.34. in cauſa nobilis.num.6.Ant.Gom.ubi ſupra num.23.Ia.Sep.

294 in d.tit.52.nu.28. Ideo meritò tempore prolationis ſẽtẽtiæ reo cauſa,ob quam ipſe torquetur,apertè declaranda eſt,ut docet Inſtruct. Mautuana,anno.1561. cap.49.& Notarius omnia diligenter & particulariter in actis proceſſus conſcribat : uidelicet tempus quo

inchoatur

inchoatur & finitur tortura., & modum & qualitatem torturæ,& interrogationes iudicis,atque rei responsiones: finitaque tortura, quòd reus sine læsione recognitus romanet,ita docent Barto.& Alberi.in l.quæstionis modum.ff.de quæstio.Hippol. in practi.§.expedita.nu. 89.& d.Instr.cap.53.

295 Quamuis Vlpianus egregiè affirmet in l. 1.§.quæstioni. ff. de quæstio. hoc verborum tenore:quæstioni fides non semper habenda est,res enim fragilis & periculosa est, & ueritatem plerunque fallit.Sunt enim aliqui timidi,qui potiùs mentiri,quàm tormenta pati velint,& falsa pro ueris proferre.l.aut damnum.§.hostes. ff.de pœnis. ibi, plerunque dum torquentur deficere

196 solent. In crimine tamen hæreseos iudices ad torturam proniores esse oportet, & faciliùs ad quæstionem ueniendum est,quia est crimen suapte natura occultũ, & facultas probationis deesse solet. l. diuus Pius. ff.de quæstio.Bald.in l.nemo.num.3.C.de Episco.audi. Ancha in cap.in fidei fauorem.in prin.de hæret.in 6.Alex. consi.77.volum.1.Decius consi.363.Brunus de quæst. 8.q.Hippol.in rub.C.de probat.nume.12.Tho.Gram. voto.30.& decis.34.num.38.Iaco.Sep. in Instit. cath.c. 63.num.7.& in Enchirid.tit.52.num.26.Boss.in pract. tit.de indicijs ante torturam.nu.180. Hæretici confessio non modò Reipublicæ,sed ipsimet hæretico est plu

297 rimum profutura.l.de minore.in prin.ff.de quæstio.l. nullus.C.ad l.Iul.maiest.Ideo meritò dicere possumus, hoc remediũ torturæ reo esse fauorabile, cùm de eius conuersione & absolutione agatur.arg.tex.in cap.1.de sent.excommuni.in 6.cap.multi. 2.q.1.

298 Quando reus sufficienter est tortus,& tormenta negatiuus vincit,absoluendus est,& non iterum torquendus,

dus, etiam si contra eum grauissima & vrgentia essent indicia, nisi de nouo alia superueniant indicia. l. fi. ff. de calumniat. Alberic. in l. repeti. ff. de quæstio. & in rubr. C. eod. Bald. in l. vnica. num. 19. C. de confessis. & in l. 2. num. 7. C. quorum appel. non recipi. Hanc fatetur esse communem Nicol. Boer. decisio. 163. incip. dico præmittendo. num. 12. Bos. de tortura. nu. 42. Carer. in practic. §. circa sextum. num. 5. Anto. Gom. ubi supra. num. 26. & Hippoly. in practic. §. quoniam. num. 2. & 5. & in d. l. repeti. num. 10. Sed Bart. in l. unius. §. 1. ff. de quæst. inquit, quòd licet hæc opinio sit uera de iure, sed de consuetudine non seruatur, uerum quæstio repetitur
299 toties quoties iudici bene visum fuerit: vnde: d. l. repeti. est intelligenda, quãdo reus leuiter est tortus, uel superueniunt de nouo indicia, uel non perseuerat in confessione facta in tortura, quia tunc iterum & pturies reus torquendns est. & ita communi opinioni non
300 aduersatur: nam propter uariationem sæpe & sæpius reus torquendus est. Bal. in l. vnica. nu. 29. C. de confessis ait, quòd decem vicibus quis potest torqueri. Tho. Gram. vot. 6. nu. 17. refert quendam Iacobum de Sabia fuisse nouem uicibus super eodem delicto tortum. Sed communiter tenent doctores in d. l. repeti. quòd tortura ter tantùm est adhibenda: id uerò arbitrio iudicis relinquitur, vt inquit Bald. in d. l. unica. num. 20. Ludo. Carer. in pract. §. circa sextum. in prin. fol. 93. Solent periti iudices protestari in actis processus, quòd intendunt torturam alijs dieb. prosequi, ut possint eam repetere. Sunt tamen nonnulli rei adeò callidi, ut plu-ries in actu practico vidi, quòd positi in tortura statim delictum confitentur, & tempore ratihabitionis, lapsis vigintiquinque horis reuocãt confessionem, & iterum torquen-

torquentur,& confitentur;& simili modò reuocant,& toties quoties torquentur idem faciunt, quo casu ne detur processus in infinitũ.c. licet dilectus. de testib. l. fideicommissa §.si quis decẽ. ff. de legat. 3.propter tot uariationes,ex quibus sinistræ præsumptiones & indicia oriuntur,pœna aliqua arbitraria extraordinaria(& meo iudicio) graui,sunt puniendi. Hi enim nimis infesti & laboriosi iudicib.esse solent. Ita Boer.in d.decis. 163.in fine.Anto. Gom. in loco supra citato.num.28. in fine.Iac.Sep.in d.cap.63.num.45. ubi allegat quan-
302 dam Instruct. Hispalen.quæ illud non probat. Nam ea ratione qua quis iterum possit torqueri,poterit etiã pœna extraordinaria puniri,ut concludit Iac.Sep.in d. Enchirid.tit.67.num. 10.meliùs tit.54. num. 16. & Instruct.de Madrid,anno.1561.cap.54.

303 Omittendum minimè est, quod eleganter scripsit Bald.in d.l.obseruare.num.5.C.quorum appel. non recipian.quòd in casu quo quis non possit torqueri,vt puta quia est senex,uel iuuenis, uel non sunt indicia adeò urgentia ut possit torqueri,vultus iudicis in talibus debet apparere terribilis.tex.sing.in l. 1.§. impuberi.ff.ad Syllania.l.item apud Labeonem.§. quæstionem. ff. de iniurijs.Abb.in cap.afferte.nota.2. de præsump. Bos.in pract.tit.de tortura.num. 20. Ant. Gom.ubi supra.nu. 4. Ideo non erit inconueniens reum uestib. spoliatum ponere in loco torturæ ad terrorem:nam maiora indicia maioribus & seuerioribus tormentis sunt purganda:& leuia indicia comminatione tormẽtorum purgari oportet.ita Bal.in cap. 1.§.si uassallus.de contro.inuestitu.in vsib. feudorum. refert Iacob.Sep.in d. titu.52. num. 33.

TRI-

TRIGESIMA SECVNDA ASSERTIO.

304 *Pro hæresi non plenè probata pœna extraordinaria iniungenda est, cum abiuratione de leui, vel vehementi, iuxta qualitatem delicti; sine habitu pœnitentiali, qui reconciliatis tantùm de iure imponitur.*

Primam istius assertionis partem probat. c. literas. in fine. de præsump. c. accusatus. in prin. de hæret. in 6. Instru. Abulen. anno. 1498. & prima Instruct. Hispalen. c. 15. & Instruct. de Madrid, anno. 1561. c. 46. & ca. 54. Inno. in c. sicut. 1. de simo. Cardi. & Io. de Imo. in clem. fin. in fin. de hæret. Fran. Squil. de fide cat. c. 34. Lup. in alleg. hæresis. §. 12. Boer. decis. 164. Hippoly. in rub. C. de probat. nu. 241. & in l. 1. §. Item diuus. nu. 37. ff. ad l. Cornel. de sicarijs. & in l. 1. nu. 57. C. eo. Tiraquel. de pœn. temperan. cau. 27. Villad. de hæret. q. 8. Bernar. Diaz in pract. c. 134. Couar. lib. 2. resol. c. 9. Iac. Sep. in Insti. cath. c. 59. nu. 14. & cap. 50. nu. 6. & in Enchirid. tit.
305 40. nu. 17. cap. 67. nu. 10. dicens, quòd si vehementer quis est suspectus, ad triremes, uel ad carcerem, aut abiurationem, & ad pœnas pecuniarias, & alias extraordinarias arbitrio iudicis condemnandus est, & id vsu quotidiano receptum est. Sed in casu nostræ assertionis, Inquisitores potius ad torturam, quàm ad alia iuris remedia sint proniores; cùm eorum sit officium veritatem inquirere, & reorum conuersionem quærere.
306 Sed quando non est sufficienter, sed leuiter quis tortus, pœna extraordinaria etiam est puniendus, vt in præcedenti assertione dictum est, & purgatione cano-

nica, vso & consuetudine sublata, vtendum non est, ut testatur Iac. Sep. in Instit. catho. c. 54. nu. 16.

307 Sed si suspectus de hæresi, lite pendente mortuus fuerit, eius memoria condẽnanda uel absoluenda est; & non sunt eius hæredes in pecunia, vel alia quauis pœna propter solas suspiciones condemnandi. c. accusatus. §. si verò. vers. porro. in fine. de hæret. in 6. Bal. in l. j. C. ne ex delic. defuncto. Anania. in c. si quis Episcopus. num. 8. de hæret. Bellamera decis. 677. & 680. Iac.

308 Sep. in Enchirid. tit. 62. num. 6. Nam contra defunctum minimè procedi potest, nisi sit plena & legitima probatio, cùm se defendere nequit. Instru. Hispalen. c. 20. & alia Abulen. c. 4. alia Toletan. c. 7. Iac. Sep. optimè in Instit. catho. c. 17. nu. 5. & in d. tit. 62. num. 5.

309 Secundam assertionis partẽ probat. c. in capite quadragesimæ, 50. dist. c. Achab Rex. de pœniten. dist. 3. instru. apud Madrid, anno. 1561. ca. 81. Et habetur. 2. Reg. c. 3. & 3. Regum, c. 20. & 4. Regum. c. 19. & in lib. Esthe. c. 4. & Isai. c. 15. & 37. & Ionæ. c. 3. quibus in locis homines induti sacco, id est habitu pœnitentiali, penitentiam agebant. Vnde ex illo sacco benedicto nomen sumpsit, corruptis nonnullis literis, propter nimiam affinitatem, illud nomen, vulgò *Sambenito*. In inquisitione verò Pintiana de consuetudine habitus similiter imponitur ijs, qui de vehementi abiurant.

TRIGESIMATERTIA ASSERTIO.

310 *Qui confessus, vel conuictus fuerit de propositionibus temerarijs, iniuriosis, scandalosis,*

ſis, vel ſimilibus, pœna extraordinaria cum abiuratione, de leui, vel vehementi, pro modo ſuſpitionis, eſt puniendus.

Hanc aſſertionem optimè probat c. accuſatus. §. de quæſtionibus. & §. ſi verò. §. ſacerdotes. de hæret. in 6. c. ſi vos contra Eccleſiam. ubi optima gl. in uerbo, uel pecunia. 23. q. 5. Card. in clem. fi. in fine. de hæret. & in clem. vnica. §. ſanè. num. 2. de vſuris. Villad. de hæret. q. 8. nu. 7. & q. 1. nu. 6. Iac. Sep. in Inſti. cath. c. 45. nu. 30. & c. 50. nu. 6. & in Enchir. tit. 54. nu. 16. & tit. 67. num. 10. Archi. Floren. 2. par. hiſto. tit. 7, c. 5. in prin. Inſtruct. 4. Toletan. c. 8. & noua de Madrid anno. 1561. c. 53. & c.

311 65. Quę autem propoſitio ſit erronea, uel temeraria, uel ſcandaloſa, uel blaſphema, uel iniurioſa, uel piarum aurium offenſiua, ſeditioſa, aut ſciſmatica, uel malè ſonans, ſeu ſapiens hæreſim, optimè explicat Cardina. Turr. Crem. in ſumma de Eccleſ. par. 2. lib. 4. cap. 11. & Melchior Cano, de locis Theologi. lib. 12. c. 11. Ia. Sep. in Inſtit. cath. c. 52. & in Enchi. tit. 24. Alberti. de agnoſ. aſſer. q. 6. qui ſatis eruditè in q. 5. declarat quæ ſit propoſitio hæretica, & octo eius gradus copiosè ſcripſit, & Cano in d. lib. 12. cap. 8.

312 Pro his & ſimilibus delictis quæ non ſunt hæreſes formatæ, raro in carceribus ſancti Officij ſecretis rei ſunt detinendi: ſed in monaſterijs, uel locis priuatis. l. diuus. ff. de offic. præſidis. Iac. Sept. in Inſtit. catho. cap. 16. in prin. Nicol. Aymeric. in directorio Inquiſit. par. 3. cap. 103. & 4. Inſtruct. Hiſpalen. cap. 4. & 3. Inſtruct. Pinciana. cap. 10. quod procedit etiam ſi delictum non ſit plenè probatum. Sed pœnæ pecuniariæ, quæ pro

huiuſmodi delictis imponuntur, in vtilitarem ſancti Officij debent tantùm conuerti. notant Card. & Iac. Sep. in locis modò citatis. In huiuſmodi pœnis arbitra
313 rijs iudex ad normam legum ſuum arbitrium accommodare debet, inſpecta cauſa, perſona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu· quæ omnia latius explicat. l. aut facta. ff. de pęn. c. de cauſis. §. 1. de offi. delega. c. ſicut dignum. in prin. de homi. l. 8. tit. 31. par. 7. Nam pro menſura peccati erit & plagarum modus: vt Deutero. cap. 25. & vbi maior eſt culpa, grauior debet eſſe
314 vindicta. l. reſpiciendum. ff. de pœn. c. excommunicamus. 1. §. attendentes, de hæret.

TRIGESIMA QVARTA ASSERTIO.

315 *Qui de ſe confeſſus eſt, in caput alienum non torquetur: alioquin exiſtente legitima præſumptione contra eum, & complices, torquendus eſt.*

Quando reus de ſe eſt cõfeſſus, non torquetur in caput alienum, id eſt contra ſocios. l. repeti. §. is qui de ſe. ff. de quæſtio. l. fi. C. eo. Sed ſi eſt negatiuus, etiam ſi ſit plenè conuictus, & ſemiplenè probatum ſit quòd ſocios criminis habet, in capita aliena torquetur, ut ſocios & alios hæreticos manifeſtet. l. ex libero. l. vnius. §. teſtes. ff. de quęſtio. l. etſi certus. ff. ad Syllanian. Inſtruct. de Madrid, anno. 1561. cap. 45. de qua re plurima ſcripſit Hippol. in l. 1. §. diuus Antoninus. & in d. l. repeti. num. 39. & ſequen. ff. de quæſtio. Boſſi. in tit. de tortura teſtium. Iac. Sep. in Enchirid. tit. 52. nume. 31.

& tit.61.num.5.in fine. Ratio discriminis inter prædictos casus est, quia qui contra se confitetur, à fortiori si sciret alios esse hæreticos contra eos confiteretur, quod secus est quando negatiuus existit.

TRIGESIMAQVINTA

ASSERTIO.

317 *Reconciliatus ab Inquisitoribus fidei, eadem crimina proprio parocho tenetur sacramentaliter confiteri.*

De hac assertione S.Tho.in 4.sen.dist.18.q.2.art.2. Duran.in 4.sen.dist.13.q.15.Adrian.in 4.sen. de confessione.q.4.Abb.in c.de his.de accu.nu.4. Azpil.in c. sacerdos.num.94.de pœnit.dist.6.Est expressa Instruc. de Madrid, anno nostræ salutis. 1561. c.71.in fine. Et hæc assertio tanquam indubitata maiori elucidatione non indiget.

TRIGESIMASEXTA

ASSERTIO.

318 *Puberes hæreticos plenè confitentes reconciliandos esse, in alijs verò pœnis ætati subueniendum esse.*

Id optimè probat.l.auxilium. §.in delictis. ff. de minor.ibi, ætatis miseratio ad mediocrem pœnam iudicem perducere debet.l.excipiuntur.ff. ad Syllanian. l. ferè in omnibus.& l.pupillum.ff.de reg.iuris.cap.1.de delict.pueror.expressa Instruc. Pinciana, anno. 1488. c.12.plenè Hippol. in l. de minore. ff. de quæstio. & in l.si quis te.nume. 8. C. de sicarijs. Natth. de Afflictis,

decis. 208. Thom. Gram. decis. 23. num. 12. & voto. 14. Latissimè omnium Anto. Gom. lib. 3. resolut. c. 1. à nu. 55. vsque ad 67. Tiraquel. de pœ. temperan. cau. 44. nu. 43. & seq. Iac. Sep. in Enchirid. tit. 44. ubi inquit, in causis etiam fidei minoribus vigintiquinque annis dandum esse omnino curatorem, ut nouissimè cautum est Instru. apud Madrid, anno. 1561. c. 25. l. clarum. l. si. C. de autho. præstan. l. cū & minores. C. si aduers. rem iudi. restit. postu. Et hoc iure vtimur.

TRIGESIMA SEPTIMA
ASSERTIO.

319 *Hæreticum omnino occultum esse excommunicatum, & ob id reconciliandum iuxta communem iurisperitorum sententiam, contra communem Theologorum.*

In hac fuerunt sentētia Card. Ioan. de Imola. Bonif. de Vitalin. in cle. 1. §. verum. post gl. ibi, de hæret. quòd hæreticus omnino occultus sit excommunicatus. Quam opinionem fatetur esse communem Alber. de agnos. asser. q. 33. num. 27. & 29. & 32. Pro qua est expressa Instru. Hispalen. anno. 1484. c. 5. Oppositam verò * opinionem Theologorum esse communem affirmat Iaco. Almayn. in 4. Sen. dist. 17. art. 1. Iac. Sep. in Instit. catho. c. 42. nu. 3. & Iuli. Clar. in practi. §. hæresis. versi. quæro an occultus hæreticus. Rationes, iura, & fundamenta pro vtraq; opinione plenè supra nu. 240. & sequen. in 1. par. scripsi. Ideo hoc in loco, noluimus eadē repetere, & lectorem eisdem verbis onerare.

TRIGE-

TRIGESIMAOCTAVA.

ASSERTIO.

320 *Hæreticos morientes à quolibet sacerdote, non existentibus Inquisitoribus, posse absolui.*

Id probat. c. is qui tempore. ibi, à fide discedendo. & c. si aliquis fuerit, 26. q. 6. & in consi. Arausicano. ca. 2. expressè habetur, quòd si desunt Inquisitores in extremo periculo, quilibet sacerdos hæreticum possit absoluere, & non aliter. Ad id allegat. d. concil. Iac. Sep. in Instit. cath. c. 3. nu. 2. & in Enchirid. tit. 51. nu. 6. De qua re est Instru. expressa de Madrid, anno. 1561. c. 71. in fin. Quibus videtur aduersari c. 7. in fi. Sess. 14. Concil. Trident. Sed prima opinio videtur tutior.

TRIGESIMANONA

ASSERTIO.

321 *Per facultatem, quamuis generalem absoluendi à quibuscunque criminibus, hæreticorum absolutio minimè censetur concessa. Contra Domini. de Soto, & alios.*

Id probat cap. frater noster. 16. q. 1. ubi generalis commissio facta legato per summum Pontificem, non extenditur ad causas fidei, quæ specialiter Inquisitoribus sunt commissæ. cap. si Episcopus. de pœnit. & remissio. in 6. facit. l. obligatione generali. ff. de pigno. & l. si quando. C. de in offi. testam. tenuit Felin. in cap. Apostolicæ. in princip. de excep. Archiep. Floren. tertia par. summæ. tit. 24. cap. 77. §. primo. Iac. Sep. in Enchirid.

chirid.tit.51.num.4. ſatis copioſè & eruditè Couarru. in cap.alma mater.par.1.§.11.num.15.ubi ſingularibus fundamentis indubitanter tenuit,ſacerdotem electum uirtute Iubilei & literarum ſedis Apoſtolicæ, de abſoluendo à quibuſcunque criminib. & cenſuris, non poſſe abſoluere ab excommunicatione contracta ex crimi
322 ne hæreſis,niſi ſpecialiter id exprimeretur. Cõtrariũ uidetur tenere Abb.in cap.de cætero.de ſen.excom.& Domin.de Soto.in 4.ſen.diſt.22.q.2.art.3. Sed prima opinio ſemper mihi placuit.

QVADRAGESIMA
ASSERTIO.

323 *Maritum, conſtante etiam matrimonio hæreticæ uxoris dote priuari, contra Caſſaneum, & alios.*

Dotem uxoris hæreticæ cõfiſcari certum eſt,l.quinque legibus.ff.de bon.damnato. ubi propter crimen læſæ maieſtatis humanæ dos confiſcatur: à fortiori igitur pro crimine læſæ maieſtatis diuinæ,nam longè grauiùs eſt diuinam,quàm temporalem lædere maieſtatem. c. uergenti.de hæret.Auth.Vt non luxuri.homi. cõtranatu.in prin.Ita expreſsè tenuit Cardi.in c.fi.de conuerſi. coniugato.Anch.in c.decreuit.de hæret.in 6.Ia.Sep.in Inſtit.cath.c.9.num.11.Villadig.de hæret.q. 15.nu.9. Bar.& Albe.in d.l.quinque legib. & Repert.Inquiſito. uerbo,dotes.verſ.an aũt pp uxoris hæreſim.Couarru. in 4.decretali,par.2.c.7.§.5.nu.5.Pal.Rub. in l.78.Tau.
324 ri.nu.2.gloſator ordinamẽti,in l.1.tit.1.lib.1.ordinamenti,

menti,pag.33. Contrariũ tenuit Cassaneus in consue. Burdegalen.rub.2.§.2.num. 5.fol.96.& alij,quos ipse ibidem refert.

325 Neq; maritus cogendus est ad cohabitandũ cũ muliere in hæresim lapsa,ét reconciliata.c.de illa.ubi Abb. de diuor. Idem Abb. in c.fi.contra gl.ibi,de conuersi. coniuga.Alfon.de Castro de iusta hæreticorũ punitio. lib.2.c.7.Couar.in loco supra citato.Iul.Cla.in pract.§. hæresis.uers.Item pp hæresim.neq; eam maritus alere tenetur.l.fi.C.ad Velleia.Alex.in l.quod uxorem.C.de neg.gestis.Nicol.Boer.deci.22.incip.dico ꝙ licet.nu.3. Pala.Rub.in rub.de dona.inter vir.& vxo.§.46.& in c. per vestras.§.49.Ia.Sep.in Insti.cath.c.16.num.8.Quia cum eius dos pro hæresi fuit publicata. d.c.cum secundum leges.c.uergentis.de hæret.culpa sua indotata remanet,& mulierem indotatam alere maritus minimè tenetur.l.pro onerib.C.de iure dotium. c. per uestras. in fi.de don.inter vir.& vxo.gl.sing.in uerbo, onera matrimonij in Auth. de nõ eligen.secun.nuben.§.fi.colla. 1.cum alijs traditis per Boer. in d. decis.22.& in mea Epito.succes.c.33.num.31.ubi nonnulla in hoc retuli.

QVADRAGESIMAPRIMA
ASSERTIO.

326 *Relapsus,siue negatiuus,siue confessus,stante legitima probatione,est relaxandus.*

Hanc conclusionem probat.cap. ad abolendam.§.illos quoque.de hęret.cap. super eo.cap.accusatus.§.j.& 2.de hæret.in 6.Instruct.de Madrid,anno.1561.ca.41. in fine. Calderi. consi.2. de hæret. in fine.Villadieg.de

hæret.

hæret.q.11.num.2.& q.20.num.5.Paul.Grillan. de hę ret.q.10.Fran.Squil. de fide cath.c.19.num.3.Matth. de Afflict.in consti.Siciliæ.lib.1.rub.1.num.63.Alber. de agnos.asser.q.25.num.25.& sequent. Optimè Lud. Care.de hæret.§.modo qualiter.nu.30.& sequen.Castro de iusta hæret.punitio.lib.2.cap.2.Guid.Carmelita.in summa de hæresibus.cap.10.Palude.in 4.sen.dist. 13.q.3.Reperto. Inquisito. verbo, relapsus. Optimè Nicol.Aymeri.in directorio. par.3.q.98.cum quatuor quæstionibus sequen. & habetur in fortalitio fidei.lib. 2.consideratione.12.Bunderius de Gandauo, de modernis hęreticis.tit.33.arti.8.in fine.Iac.Sep.in Institu. catho.cap.50.in fine.meliùs cap.55. & in Enchirid.tit. 60.Aegid.Boss.tit.de hæret.num.24.Ioan.Nicol.de hę ret.not.6.incip.Reuocabis. Iulius Clar.in pract.§.hæresis.versic.idem etiam dicendum est. Nonnulla ego tradidi in meo Speci.173.incip. Relapsus dicitur.

327 Ratio assertionis est,quia delictum geminatum ve niam non meretur.l.3.C.de Episcop. audien.l. quicun que.C.de seruis fugit.l.capitalium.§.solent.ff.de pęnis. plenè Thom. Gramma. decis.10.& voto.17.num.12. Ludo.Carer.in practi.crimin.§. penul.per totum. Alia
328 quoque est ratio, nam actus præsens præteritam intentionem declarat, singula.l.si hi qui adulterij.C.de
329 adulter.l.cùm quis.C.de natura. liber. Quia per iterationem delicti, apertè ostenditur & declaratur qualis fuit abiurantis animus tempore suæ abiurationis: nam non amore seu zelo fidei, sed ficta & simulata con uersione,ad pœnam tantùm delicti euitandam ad fidē fuit conuersus.cap.accusatus.cap.ut officium.§. prouiso solerter.de hæret.in 6.Doctores supra citati præsertim Io.Nicol.in d.nota.42.& Paul. Grillan. in d.q.fin.

ubi

vbi concludit hanc præsumptionem esse iuris & de iure, contra quam probatio in contrarium non admittitor. l. antiquæ. C. ad Velleian. d. l. si hi qui adulterij. c. is qui fidem, cum alijs. de sponsal. Ideo non auditur vo-
330 lens iterum abiurare, sed absque audiētia relaxādus est. d. §. illos quoque. & d. cap. super eo. Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita simulata Deum irritat. cap. inter hæc. 2. de pœnit. distin. 3. c. ostenditur. de consecratio. distin. 4.

331 Abiuratio verò de uehementi, uel simpliciter, seu generaliter facta, prout est illa, quæ à reconciliatis efficitur, & non de leui, constituit aliquem relapsum, si ille in abiuratam hæresim, uel in aliam relabitur. d. cap. accusatus. §. 1. ubi Ancharan. num. 2. quia potiùs abiuratio, quàm condemnatio hunc effectum operatur: nā in abiuratione sub pœna relapsi, lapsus iureiurādo obli-
332 gatur. Sed necesse est quòd constet reum fuisse lapsum, & nunc esse relapsum. De primo verè, uel præsumptiuè, de secundo legitimè debet constare. d. cap. accusatus. cap. literas. de præsum. l. fin. C. de probat. Ideo sit cautus Promotor fiscalis in accusando etiam reum de primo lapsu, ne tantùm præsentare primam sentētiam contra relapsum prolatam teneatur, sed per confessionem rei, & instrumentum sententiæ constet reum in hęresim fuisse lapsum, & abiurasse: sed & reus tunc audiēdus est, uolens innocentiam suam allegare & probare. Clem. pastoralis. de re iudi. ca. j. de causa possess. & proprie. Villadie. de hæret. q. 11. num. 3. Iac. Sep. in d. cap. 55. num. 14. Reperto. Inquisit. verbo, relapsus. uers. sed circa prædicta.

333 Facilè ex supradictis deducitur argumentum ad cōfutādas quatuor cōclusiones, quas doctissimus Alfon.

de

de Castro tenuit in d.lib.2.cap.2.de iusta hæret. punit. Quarum prima est, quòd quis tanquam relapsus punitur, si de primo lapsu fuit conuictus, & de secūdo vehementer suspectus, quod est contra.d.cap. literas, & dd. supra citatos, & extrauagan. Alex. Papæ. iiij. quam refert Reperto.Inquisito.uerbo, relapsus. uersic. nota ꝙ ad hoc. Secunda eius conclusio est, illum non esse relapsum, qui post abiuratā hæresim lapsus est in eādem, si spontè, & sine vlla accusatione accedit ad Inquisitores, & coram illis peccatum suum humiliter cōfiteatur, quam opinionem etiam tenuit Alberti.de agnos.asser. tio.quæstio.25.num.25.& sequen.& Alfon.Guerrero, de hæreti.nu.9.Contra quam opinionem est quædam Instruct.5.Hispalen.Tertia fuit illius assertio, esse relapsum, qui post abiurationem, & detrusionem in perpetuum carcerem, inde fugit. Vltima est eius assertio, relapso Ecclesiasticam sepulturam esse concedendam. Ignoro equidem quomodo sepeliri debeat, cùm igni tradendus sit relapsus; itaque in omnibus supradictis maxima cum ratione meretur reprehendi, salua eius summa autoritate. Vnde optimis iuribus & rationib. meritò eum reprehendit Iaco.Sept.in Institu. catho.c. 16.num.13.meliùs.cap.55.num.4.& 6.& 13. & in Enchiridio.titu.60.num.60.num.6.& titu.61.nu. 8. Illam tamen opinionem, quòd fugiés à carceribus perpetuis sit relapsus, tenent Archid.Ioan.And.Domini. in ca.ut commissi.§.necnon.de hæret.in 6. Annan.& Felin.in c. excōmunicamus.2.e.Nicol.Arela.de hæret.uot.5.atq;
334 in praxi versatur: ea fortassis ratione, quia tempore abiurationis ad omnia illa seruanda sub pœna relapsi iureiurando astringitur reus & obligatur, aliàs potiùs fugitiuus, uel impœnitens est censendus, quàm relap-

sus:

ſus:quia in hæreſim nõ iterum labitur. Sed ſi diceretur ꝙ præſumptione, uel fictione iuris cenſetur relapſus; huiuſmodi præſumptio, uel fictio non eſt ſufficiens ad pœnam delicti ordinariam, ut pleniùs ſuperiùs tradidi.

335 Cum relapſis minimè Inquiſitores fidei diſpenſare poſſunt. c. excommunicamus. 1. & 2. in princ. notant Iac. Sep. ubi ſupra, & Repertor. Inquiſito. in d. uerbo, relapſus. verſi. item nota. Non enim iudex debet eſſe mitior lege, neque à iure ſcripto recedere. l. 1. C. de legib. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. In hac Inquiſitione Valentina eſt indultum Apoſtolicum, quo cautum eſt, relapſos ſi ſint de genere Maurorum, & uerò pęnitentes, Inquiſitoribus poſſe iterum recõciliari; quia cum Neophytis mitiùs agendum eſt. cap. Deus qui. de pœnit. & remiſſio. cap. nouit. 12. diſtin. ibi, quæ adhuc in fide noua eſt. Reperto. Inquiſit. in uerbo, pœna. uerſ. Item nota, quòd in nouis. facit. l. deſertorem. §. ſi plures. ibi, ſed tyronibus parcendum eſt. & l. qui cum vno. in fin. ff. de re milita. Priùs tamen Inquiſitores ſuper his ſupremi ſenatus proceres ſanctæ Inquiſitionis iuxta eorum decretum, quod in 2. volum. Epiſtolarum Inquiſitionis Valentinæ habetur, conſulere tenentur.

QVADRAGESIMA SECVNDA ASSERTIO.

336 *Filios ac nepotes relapſorum etiamſi verè correcti & pœnitentes exiſtant, omnibus iuris pœnis eſſe obnoxios, contra Domini. & nõnullos alios.*

Filij

Filij hæreticorum,qui nō fuerunt correcti & incorporati vnitati Ecclesiæ,vsq; ad secundam lineam paternam,& ad primam maternam,sunt inhabiles ad benefi cia ecclesiastica,& officia secularia publica assequenda. cap.2,§.hæretici.cap.statutum.2. de hæret. in 6.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiestat.Villad. de hæret.q.23.in prin. Iac.Sep. in Instit.catho.cap.29.sing.Instruct. Pinciana, anno.1488.cap.11.Quę omnes prohibitiones in filios & nepotes hæreticorum, de iure & consuetudine statutas plenè refert. Quæ iura secundum uerum sensum intelligenda sunt in hæreticis semel lapsis,& non in relapsis:qui etiam si correcti & pœnitententes sint,eorū filij,& nepotes iuris prohibitionibus sunt obnoxij.glo. in uerbo,reincorporatos.in d.cap.statutum.2.quam se quitur ibi Ioan. And.& Francus num.4.& Iacob.Sept.
338 in Enchirid.titu.63.num.7. Sed Domin. in d.cap.sta tutum.2.§. sanè.num.2. oppositam tenet sententiam, & Iaco.Sep.sibi contrarius in Instit.catho. cap.29.nu. 2.in fine.Et Decanus Segouinsis,in tractatu,de hæret. cap.18. Qui sanè tractatus per Glosatorem transcriptus fuit in l.1.& 2.tit.26.part.7.Ratio nostræ assertionis est contra prædictos.dd. Quia relapsi non reincorporantur vnitati Ecclesiæ, sed sine audientia Curiæ seculari traduntur,etiam si sint emendati. cap.ad abolen dam.§.illos quoque.de hæret.cap.super eo.eod.titu.in 6.quamuis eis, ut ibi dicitur, sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ concedantnr.Vtrunq; tamen in d.c.statutum.2.requiritur,videlicet quòd sint emendati & reincorporati.

QVADRAGESIMATERTIA
ASSERTIO.

Dogmatista, prout iura Cæsarea disponunt (quæ in vsu seruantur) relaxandus est.

339 Lex diuina magistris errorum (vulgò dogmatistis) nullo modo pepercit. Deuter. c. 13. ibi, si tibi uoluerit persuadere, clàm dicens, Eamus, & sequamur deos alienos, statim interficies eum. & Numer. cap. 25. & 4. lib. Regum. cap. 2. & 23. & Machab. j. cap. 2. l. quicunq;. in fin. C. de hæret. Vbi docentes vltimo supplicio damnantur, adhærentes uerò in decem libris auri, & gl. ibi, notabilis in verbo. damnetur. l. eum qui seruum. C. de aposta. ubi persuadens seruo, uel libero, vt à fide catholica recedat, capite punitur. l. fin. in fi. C. de Iudæis. l. 2. in fin. C. ne sacrum bapt. itere. cap. aliquanti clerici. ibi, consulere, uel docere. vbi optima glos. 26. q. 5. gl. in verbo. audieris. in cap. necabis. 23. q. 5. glos. in parte. puniendi. in cap. excommunicamus. 2. de hæret. l. 2. tit. 26. par. 7. Alberti. de agnos. asser. q. 30. num. 60. Reper. Inquisi. uerbo. docere. & in uerbo. hæresi archa. & habetur in determinationibus scholæ Parisien. contra Erasmum. tit. 23. censura. j. Iac. Sep. in Enchirid. tit. 4. & sequen. & in tractatu. de patre hæretico. num. 15. contra ea quæ priùs scripsit in Insti. Catho. cap. 45. num. 12. in quo loco affirmat, hæresiarcham non pertinacem, sed conuersum, pœnam ignis euadere: quod annuere videntur iura Canonica, videlicet. c. ad abolendam. de hæret. ibi, sentire, uel docere. c. super quibusdam. de verb. signifi. ibi, publicè prædicant, id expressè est decisum in Con-

cilio Tarraconen.relato in directo. Inquisit. par.2.fol. 86.Ob id meritò nostra assertio discrimen inter ius Canonicum & Ciuile hac in re assignat. Quòd ius Ciuile de vsu & consuetudine maxima cum ratione seruatur,
341 nam maiori pœna dignus est, qui audaciam & occasionem damnationis alijs tribuit.cap. qui aliorum defendit errores multò magis damnabilior est illis qui errant,quia non solùm errat,sed etiam alijs offendicula erroris præparat & confirmat : unde quia magister est,non tantùm hæreticus,sed etiam hæresiarcha dicé-
342 dus est.maior enim pœna à iure seductoribus,quàm delinquentibus imponitur. cap. qui consentit.11.q.3. gl.sing.in uerbo,defensauerit.in clem.1. de vsuris.Ang. in l.vnica.in fine.C.de Nili aggerib. non rumpen. Decius in cap.1.num.13.de offic.delegati.ne vnus malus, multos bonos perturbet.cap.non turbatur. 24.q.1.c. resecandæ.24.q.3.c.ea quæ.de statu monacho.
343 Item superiùs dictis sequens additur ratio,hæresis crimen grauissimum esse certum est, tum propter nobilitatem subiecti, tum etiam propter nobilitatem rei quæ offenditur. c.vergentis.de hæret.cap.ut officium. §.verum quia in tam graui crimine.eod.titu. in 6. cap. denique.7.q.1.cap.in nomine domini.23.distin. Vnde meritò inquit Bal.in l.1.num.45.C.qui accus. non pos.
344 quòd delictum hæresis etiam ignoranter prolatum, grauius est,quã dolosum homicidium : quia hæreticus ponit os in cœlum,refert Anan.in rub. de hæret.nu.2. & Conrad.Brun.lib.1.de hæret.cap.3.in prin. Burgen. in fortalicio fidei.lib. 2. consideratione. 12. Si ille qui occidit homines nulla venia dignus est. l.3.C.de episc. audien.l.quouiam multa.C.ad l.Iul. de vi publi. quanto magis qui impio dogmate non corpora,sed animas,
non

non leui morte, sed sempiterna occidi.

345 Addendum etiam est, quòd si aliquando delinquentibus venia conceditur (vt puta) propter multitudinē, vel aliam causam, ducibus tamen, & seductoribus, primisq; autoribus non solet ignosci, quia hi longè magis delinqunt, & vt cæteri magis deterreantur, d. l. quoniā multa. sing. l. siue ex Prætoriano officio. ibi, prioribus eius militiæ. C. de exacto. & executori. lib. 12. ubi per illum tex. Io. de Plat. col. 2. nonnullis iuribus & fundamentis affirmat, in seditione facta in ciuitate, duces, consiliarios & officiales ciuitatis esse puniendos. Abb. in c. lator. 3. nota. de cleri. excom. latè Tiraq. de pœn. temperan. cau. 47. nu. 7. & seq.

346 Præterea id alia iuuatur ratione. Iura quæ de crimine simpliciter loquuntur, non sunt in fauorabilibus ad crimina qualificata extendenda, quando simul alia delicta concurrunt; vt de fornicatione ad adulteriū, de homicidio ad parricidium: ita neq; de hæretico simpliciter ad dogmatistam. l. si adulterium cum incœstu. l. vim passam. §. præscriptione. ff. de adulter. l. nunquā plura. ff. de priuat. delict. Barto. in l. Senatus. ff. de accusat. Bal. in casu simili in l. eam quam. nu. 36. C. de fideicom. & in l. si qua illustris. nu. 5. C. ad Orfician. Alex. cons. 37. vol. 2. Iac. Sep. in specie in d. tit. 59. nu. 5. quod plenius ipse retuli in Epitome successionū. c. 23. nu. 17. & seq.

347 Ratio rationis est, nam qualitas aduenieñs, vel adiuncta enti; qualificat illud, & reponit in diuersa specie. l. mariti lenocinium. §. fi. ff. de adulte. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniurijs. Bart. in l. 1. C. de ero. mili. anno. lib. 12. latè Hippol. in sing. 520. incip. qualitas.

348 Vnde facilè infertur ad declarationem indulti

Apostolici fe.re.Pauli.Papæ.3.& Regij priuilegij, quibus prohibetur Inquisitoribus fidei, contra neophytos, seu conuersos de genere Maurorum istius regni Valentiæ super hæresi, seu apostasia Maumetica procedere; quod dictum indultum & priuilegium minimè sit per supra dicta extẽdendum ad dogmatistas, vulgò Alfaquins, cùm de his nulla prorsus in prædictis cõcessionibus fiat mentio, & in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie con cessurus. l. obligatione. ff. de pig. c. si Episcopus. de pęn. & remissio. in 6. c. in generali. de reg. iur. eo. lib. 6. Albericus in rub. C. de natu. liber. latè Fel. in c. postulasti. 1.
349 col. 2. de rescrip. cùm dogmatizare sit delictum qualificatum vniuersæ Reipublicæ Christianæ nimis pernitiosum: & non solum iste est hæreticus, sed hostis cõ-
350 munis Reipublicæ. Ideo meritò contra dogmatistas seu dogmatizantes, etiam non baptizatos, procedere iura permittunt. gl. in verbo, hæreticum. in clem. vnica. §. fin. de vsuris. Villadie. de hæret. q. 9. in fine. Courad. Brun. de hæret. lib. 4. c. 2. Alber. in rub. de hæret. in 6. q. 3. in fine. & supra par. 1. nu. 552. alios retuli. vbi nu.
351 557. scripsi, idem dicendum contra celebrantes suos ritus, & cœremonias publicas.

Neque meæ aduersatur assertioni trita iuris regula,
352 quòd ius canonicum potius quàm ciuile in foro canonico esset seruandum, cùm crimen hæresis sit merè Ecclesiasticum, & ad iudices Ecclesiasticos, & non seculares spectet illius cognitio. cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. vbi neque indirectè iudex secularis de hoc crimine potest cognoscere. Bar. & alij in l. magistratibus. ff. de iuris. om. iudi. Fran. Squillacẽ. de fide cath. c. 30. Marian. Soc. in c. excõmunicamus. 1.

num. 8.

nu.8.de hæret. Abb.in c.ad abolendam.in fine. de hæret.& in c.cum sit generale.de foro competent. Nã lex
353 canonica adiuuari potest per ciuilem per pœnæ impositionem.glos.sing. in verbo,tolli.in clem.ne Romani.de electio.Ioan.And.in c.fin.de offi.Arch. eam allegat Abb.in c.prudentiam.nu.5.de offic.delegati. & in c.licet.nu.2.in fine.de offi.ordina.Deci. cons.11.incip. & pro tenui facultate.nu.10.Ludo.Carer.de hæret. §. circa itaque.nu.7.Doctores Hispani in l.49.Tauri.

QVADRAGESIMAQVARTA ASSERTIO.

354 *Filios hæreticorum, etiam natos ante crimen commissum, sub pœnis, & prohibitionibus canonicis comprehendi. Contra Calderi. Anani. & alios.*

Hac in re magna inter iuris professores est controuersia.Calder.tit.de hæret. consi. 3. tenuit filios ante
355 natos non cõprehendi.sequitur Anani.in c.vergentis.nu.18.de hæret.Præposi.in c.hoc iure.in fin.8.dist. Tiraq.de iure primoge.q.31.num.4.hanc fatetur esse
* cõem opinionẽ Alcia.cons.467.nu.7.& Iac.Sep.in Instit.cath.cap.29.num.4.putat hanc sententiam esse ueriorẽ & benigniorem.& in Enchirid.tit.63.nu.19.Idẽ affirmat. Iul. Clarus in practi.§.hæresis. uersic. quæro
356 nunc.& in §.læsæ maiestatis.versi.fuit etiam.Sed ma-
* gis cõmunis opinio,& vsu & cõsuetudine recepta est, omnes filios tam natos,quàm nascituros cõprehendi. ita Io.An.& Dominic.in cap.vt commissi.de hære.in 6.

Villadie. de hæret, q. 23. nu. 5. Castro. de iusta hæret. puniti. lib. 2. c. fin. & de potesta. legis pœnalis. lib. 1. c. 7. Couarru. lib. 2. resolut. c. 8. nu. 4. magis communẽ etiã affirmat Iac. Sep. in d. c. 29. nu. 3. & Claud. Aquen. in l. si quis id quod. nu. 14. ff. de iurisd. omni. iudi. & Io. Gigas, de crimine læsæ maiestatis. q. 5. num. 2. Io. Lup. de iusti. & iure regni Nauarræ, par. 5. §. 8. obiectio. 4. & Glosator ordinamenti in l. 1. in fine. tit. 1. lib. 1. ordinamen. melius in l. 3. tit. 9. lib. 4. ordinamen. Plenius retu li in sing. meo. 68. Ratio est, quia hæresis est crimen spirituale, & non trahit originem à carne, ideo nihil interest, an filij sint ex radice infecta, vel non nati.

QVADRAGESIMA QVINTA

ASSERTIO.

337 *Pertinax non tantum est relaxandus, sed etiam viuus à seculari potestate cõburendus.*

358 Docet diuus Isidorus lib. 10. Ethymologiarum, quòd pertinax dicitur, qui aliquid imprudenter tenet, quasi per omnia tenax: & quemadmodum perseuerantia est in virtute, pertinacia est in vitio. Ideo propriè hæreticus pertinax est ille, qui persistit in errore, vel hæresi, quam de necessitate debet dimittere. c. ad abolendam. §. 1. de hæret. c. qui in Ecclesia. 24. q. 3. ibi, qui sua pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt. cap. nec licuit alicui. 17. dist. ibi, qui obstinati & contumaces extiterint, vt doceri non velint. clemen. vnica. §. porrò, de summa Tri-

nit.& fide cath.ibi,defendere, seu tenere pertinaciter
359 presumpserit.ubi gl.in verbo, pertinaciter, inquit,q;
pertinax est obstinatus,durus,irreuocabilis,& indocilis.allegat clem.ex graui. §. pen.de vsuris. Vbi optimè Io.de Imo.S.Thom.2.2.q.138.sub tit.de vitijs oppositis perseuerantiæ.art. 2. Albert. de agnoscen. asser. q.29.nu.29.& 30.cum sequent.Latius in q.30.per totam illam.q.& in ca.1.q.12.nu.7.de hæret.in 6.Franc. Squillacen. de fide catho.cap.25.& 28. Cano.lib. 12. de locis Theologicis.cap.8.Iac. Sep. in Enchirid. titu. 30.in prin.& tit.31. & tit. 67. nu. 2.ubi refert beatum Gregorium in dialogis,dicentem quosdam hæreticos
360 viuos Romæ esse concrematos.& in Instit.cath. cap. 45.nu.12.& c.47. nu.3.& 4. dicens, quòd quicunque obstinato animo defendunt hæreses,& demonis instar sunt pertinaces, indurati, & obstinati, ore obstructo & lingua ligata,ne alios valeant scandalizare, viui concremandi sunt,vt fuerunt Acesius Episcopus, & Macharius,quos refert etiam Archiep.Floren.2.par.summæ.tit.4.c.6.in tit.de pertinacia.gl. sing.in uerbo,pertinaciter.in extrauag.Io.22.incip.incip.inter nõnullos. de verb.signifi.Nonnulla in repertorio Inquisitorum habentur, uerbo, pertinax.& verbo, hæreticus. uersi. nunc consequenter.Matth.de Afflictis in constit. Siciliæ.tit.de hæret.num.43.Carcasona in l.4.C de hæret.
361 dicens hæreticos pertinaces uiuos in conspectu populi esse comburendos,simul cũ suis libris & scripturis, & habetur in determinationibus scholæ Parisien. contra Erasmum.art.23. Latissimè omnium Card.Turrecrem.in summa de Ecclesia.lib.4.par.2.c.16.vbi viginti modos refert,quib.in hæretico cognoscitur pertina
362 cia:quos ét refert Alfon. Guerrero, in thesau.relig.

Christia.titu.de hæret.num. 20. & sequent.
363 Patet itaque, quòd propriè hæreticus pertinax obstinatus & proteruus est, qui Ecclesiæ iudicio non vult se subijcere, & instar Pharaonis induratum est cor eius, Exod.cap.7.contra pertinaces diuina exclamat scriptura. Qui mentis est duræ, corruet in malum, & cor durum male habebit in nouissimo. Et Exo. cap.32.dixit Dominus ad Moysen: Cerno, quòd iste populus duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus super
364 eos, & deleam eos de terra. Pertinax enim hæreticus est instar aspidis surdæ & obiutantis aures suas, quæ non exaudit uocem incantantium, & venefici incantātis sapienter, Deus cōteret dentes eorum. &c.Psal.57.
365 Vnde Iob.c.41.cor eius indurabitur quasi lapis. Ideo hæresis in quantum in se habet pertinaciam, est species peccati in Spiritum sanctum. S. Tho.in 4.sent.dist.13. art.16.in fine, quem refert Fran.Squil.de fide catho.c. 25.num.2.cap.diaconi. 93. distin. Quòd pertinaciter peccantium non miseretur Deus: nam ferro abscin-
366 denda sunt vulnera, quæ medicamenta non recipiūt. cap.in canonibus.16.q.1.cap.resecandæ & cap.ecce autem.24.q.3. ne modicum fermentum totā massam corrumpat, Paul.j.Corint.cap.5. declarat Burgen.in fortalitio fidei, lib.2.considera. fin.in fi.& Io. Bunde. à Gandauo, de modernis hęreticis.
367 Oritur aūt pertinacia ex superbia, & elatione, & inani gloria, qua plus sibi, quàm oībus alijs credit, ut testat̄ S.Tho.& Archie.Flo.in locis supra citatis. Ideo oēs hæretici sunt superbi, & elati.c.hæreticus.24.q.3.ibi, maximè vanæ gloriæ.c.excōicamus.j.in prin.ibi, extollenten se.& ibi not.Ana.de hære.Villad.de hęre.q.1.nu.3.Epiphanius de hæret.lib.j.tomo.j.Conra. Brun. de hæret.
lib.

li.j.c.5.Vnde D.Pau.2.ad Timo.c.3.in nouissimis dieb. instabunt tēpora periculosa,& erunt hoīes seipsos amā tes.cupidi,elati,superbi,blasphemi,proterui,immundi, voluptatum amatores.Humilitas verò opposita est superbiæ,ex qua oritur hæresis.Pau.ad Ro.c.12.idipsum inuicem sentientes non alta sapientes,sed humilib.con sentientes.Prouer.c.3.ne innitaris prudentiæ tuæ.c.ne innitaris.de consti.Sed verè humilis & catholicus diuū
370 Augustinum imitetur, dicentem se à puero nondum anniculo esse paratum corrigi, ut ipse scripsit ad Auxilium Episcopum.habetur in cap.si habes.24.q.3.
371 Hęretici pertinaces ab Inquisitorib.fidei,& persouis catholicis,religiosis,& doctis sæpe sunt monendi,ut resipiscant, & conuertantur:quia in quacunq; hora ingemuerit peccator,& conuersus fuerit, vita viuet,& non morietur.Ezechie.c.33.nullus.de pœnit. dist.7.Eccle-
372 sia non claudit gremium redeuntib.ad se, Ezechiel.c. 18.Epist.inter claras.C.de sum.Trini. & fide cath.c.ad abolendā.§.1.c.excōicamus.2.§.si quis aūt.de hære.c. corrrigantur.24.q.7. Vsqueadeò id verum esse censet
373 Albert.de agnos.assert.q.30.nu. 79. & sequen.quòd etiam si hæreticus pertinax expresse protestetur se minimè reuocaturum suos errores,si eos reuocauerit nihilominus est Ecclesiæ reconciliandus. Quia cùm sit in primo lapsu,admittendus est ad veniam, cùm bonorum confiscatione,& carcere perpetuo, & alijs pœnis, quæ huiusmodi hæreticis redeuntibus inlligi solent: ēt si conuersio ante prolationem sententiæ sit facta.Hæc
374 opinio,meo iudicio, non caret scrupulo,tum quia p illam protestationē firma eius voluntas ostēditur.l.qui in aliena.§. Celsus.ff.de acqui. hæred.c.cùm. M.Ferrarien.de constitu. tum etiam quia peruersi difficillimè

corrigũtur,& plus nocet fallus catholicus,quàm verus & apertus hæreticus,ut inquit Beda super Cãtica.quẽ refert Fortalitiũ fidei li. 1.fol.78.& hæretici sunt callidi & fallaces;& propter euitandas pœnas canonicas fingunt se esse catholicos.& aliud agũt, & aliud simulant;
375 mel in ore,fel autem in pectore gestant: & quando non est spes correctionis, uenia potius crudalitas dicẽda est quàm æquitas & misericordia.c. est iniusta misericordia.23.q.4. c.non est crudelis. 23. q.5. Quia talis confessio potius simulata & ficta timore mortis,quàm zelo fidei censenda est.Burgen. in suo fortalitio fidei, lib.2.consider.12.in difficultate.13.allegando. cap.ut officium.§.prouiso solerter.de hæret.in 6. Alber.in c. 1.q.12.nu. 11. de hæret. in 6.vbi inquit,ꝙ Inquisitores
176 fidei semper habeãt ante oculos illum versiculũ,prouiso solerter,ubi.nu.10.affirmat,allegãdo quandam Instruct.Hispal.id Inquisitorũ arbitrio relinquendũ esse. Alia ẽt est ad id Instruct.de Madrid,anno.1561. c.44.

QVADRAGES. SEXTA ASSER.

177 *Hæreticorum defensiones per testes minus idoneos fieri non posse.*

Id probat expressè.c.filij,uel hæredes ibi,nõ familiares,sed per testes alios fide dignos, fideique zelatores. de hæret.in 6.l.2.ff. de liberali cau. expressa Instruct. apud Madrid,anno salutis nostræ.1561. cap.36.Nicol. Aymeric.in directo. Inquisito. par. 3. q.70.& q. 121. Aegid.Bossi.in pract.tit.de hæret. num.3. & tit. de defensionibus reorum.c.45. Iac.Sep. in Enchirid. tit. 35. nu.24.& tit.47.nu.8.& in Insti.cath.c.62. nu. 13.ubi reprobat Fel.contrarium tenentem, in c. de cætero.numero 8.de testib.& Guiel.Benedic.in cap. Raynutius.

in

in uerbo, qui cum alia. num. 250. de testam.
378 In alijs uerò criminibus citra hæresis crimen, testes inhabiles, & minus idonei ad defensionẽ reorum admittuntur. Bal. in l. parentes. C. de testib. Ias. in l. ut uim. num. 5. ff. de iusti. & iure. & in l. non hoc. nu. 5. C. unde legiti. Hippol. in l. 1. §. ad quæstionem. nu. 12. ff. de quæstio. & in sing. 59. Nicol. Boe. decis. 165. & dicẽdum. nu. 7. Tho. Gram. decis. 56. incip. Andreas. nu. 16. & consi. 32. num. 12. & cons. 69. in causa Benedicti. nu. 11. Boss. in pract. crim. tit. de fauoribus defensionis. num. 3. ubi num. 5. affirmat quòd etiam post publicationem testiũ,
379 & conclusum in causa, usque ad sententiam testes ad defensionem sunt recipiẽdi, aliàs iudex tenetur in Syndicatu, ut ego latiùs speciali. 189. num. 9. retuli.

QVADRAGES. SEPTIMA ASSER.

380 *Pœnas ipso iure in hæreticos statutas, neq; mutari, neque minui per Inquisitores & Ordinarios posse.*

Exẽplũ huius assertionis est de excõicatione, in quã hæreticus ipso iure incurrit. c. excõicamus. j. & 2. de hæret. c. nouerit. de sen. excom. Idẽ dicendũ est de publicatione bonorũ. c. cũ scđm leges. de hæret. in 6. Nã qñ pœna ipso facto & iure ponit̃, ẽt ex cã ꝑ iudicẽ nõ mutat̃, quia quodãmodo ius iã fisco est q̃situm. l. id qđ seruo. §. 1. ff. de pecul. leg. l. palam. §. fi. ff. de ritu nup. Hippo. in rub. ff. de fideiusso. num. 142. & in l. de vnoquoque. nu. 88. ff. de re iudi. & in l. vnica. nu. 66. C. de rap. virgi. Feli. in cap. de hoc. num. 5. de simo. Decius in ca. at si clerlci. nu. 5. in fi. de iudicijs. Latè Tiraquel. de pœn. moderan. cau. 30. nu. 14. & sequen. Neque prædictis aduersatur.
381 c. vt commissi. §. necnon. ibi, mitigandi, vel mutandi.

de

de hæret.in 6.qui text. non est intelligendus de pœnis ipso iure & facto statutis: maximè quia.§.ille hodie est correctus, ut testat Iac.Sep.in Insti.cath.c.16.nu.10.

QVADRAGSIMAOCTAVA ASSER.

382 *Sententias in hæreticos prolatas, ab Inquisitoribus & Ordinarijs minimè mutari posse.*

Hæc cõclusio superiori assertioni proxima est, de iure cõi Inquisitorib. fidei vnà cũ Prælatis ꝑmissum erat mutare, seu mitigare sñias in hæreticos iam prolatas.c. vt cõmissi.§.necnon.de hæret.in 6. vbi Perus.& alij.nu. 4.Fel.in c.excõicamus.2.de hære.Villad.de hæret.q.8. nu.7.& q.17.nu.5.Fran.Squil.de fide cath.c.27. nu.3. & c.42.Alber.in c.j.q.12.nu.13.de hæret.in 6. Qđ sanè
383 hodie aliter statutum est per Instru.Hispa.c.7. & Tolet.c.9.quas ad id refert Iac.Sep.in Instit.cath.c.16.nu. 10.Nam ad solum Inquisitorem generalem id dispensationis genus hodie pertinet: quia Inquisitores & Ordinarij iam functi fuerunt officio suo. l. iudex posteaquã. l.cùm quærebatur.ff.de re iud.l.diui fratres.ff. de pœn. c.in literis.de offic.delegat.

QVADRAGESIMANONA ASSER.

384 *Absolutus, siue ab instantia iudicij, siue diffinitiuè, iterum de eodem crimine pleniori superueniente probatione, poterit condemnari. Contra Conrad.Brun. & alios.*

385 Id rectè probat. l. Imperatores.ff.de re iud.l.vnica. vbi expressè Luc.de Penna.per tex.ibi.C.de sen. aduersus fisc.lat.retrac.lib.10.& in l.1.uers.secundo quæritur. de priuileg. schola.li.12.C.& c.ut commissi.§.necnon.

de

de hæret.in 6.optima gl.in sum.35.q.9.gl.in c.inter mo nasterium.de re iud.Host.& Abb. in c.lator.nu.9:& in c.consanguinei.in fi.de re iud.Ias.in l.admonendi.in lectu.nu.49.ff.de iureiur.Hippo.in l.unica.nu.150.C.de rap.virg.Ia.Sep.in Insti.cath.c.60.nu.13.Instru. Pinciana,anno.1488.c. 3.ibi, *no obstante la sentencia que fue dada*.contra Conrad. Brun.de hæret.lib.4.c.8.& Dec. in cons.137.incip.& diligenrer.

QVINQVAGESIMA ASSER.

386 *Condemnatum pœna arbitraria, quia delictum nō fuit plenè probatum, superueniēte de eodem crimine legitima probatione, posse ordinaria pœna puniri. Quia sententia fauore fidei in rem iudicatam non transit.*

387 Nostra hæc assertio sæpe in causis fidei definiendis in sacrosancto Inquisitionis foro accidit, qua in re, vt pote difficili & ambigua, discipuli potiùs, quàm magistri officio fungi uellem.

388 Si in causa fisci propter omissas probationes sententia retractatur.l.unica.C.de sen.aduer.fis.lat.retra. lib.10.l.Imperatores.ff.de re iudi.à fortiori in causa fidei, quæ nimis priuilegiata est.cap.accusatus. §.sanè.c. fidei fauorem.c.fin.de hæret.in 6. Præterea si in causa matrimoniali sententia in rem iudicatam, si fuerit contra matrimonium prolata, non transit.c.lator.c.consanguinei.de re iu.c.1.ut lite nō cōte.neq; in cā beneficiali
389 Inn.ī c.cū olī.& in c.cū Bertholdus.de re iud.Rebuf.ī praxi benefi.ti.de surrogatio.n.23.contra Abb. in c.1. nu.4.de conces.præben. qđ intelligendum est secundū singularem distinctionem.Rob.Marantæ, de ordi.iud.

3.par.

3.par.6.partis pirncipalis.nu.130.pag.536.ubi nu.147. inquit, ꝙ vbicunq; imminet periculum animæ nūquam sñia transit in rem iudicatam. gl.fi.c.inter monasteriū. de re iu.Inn.in c.tua nos.de cohabi.cleri.& mulie.Abb. in c.exceptionem.nu.4.de except.Ias.in rep.l.admonē-di.nu.49.ff.de iureiur. & Rober. Maran. in loco modo citato,refert viginti quatuor casus in quib.sñia non trā sit in rem iudicatam. Idem à fortiori dicendū est in cau
391 sis fidei,in quib.animæ periculum uertitur,ita in specie tenuit Iac.de Bellouiso.in Auth.de priuile.dotis hæreticis mulier.non præstan.in fin.colla. 8. dicens istam quæstionē, de facto habuisse in ciuitate Bononiæ,in cā cuiusdam hæretici, cui indicta fuit purgatio, & postea probationes ampliores superuenerūt:qđ sequitur Lu-
392 cas de Penna in d.l. unica. Qđ forsitan intelligēdum est,si sint tales probationes quæ superueniunt, ꝙ absq; primis pœna ordinaria possit reus puniri, uel res sit integra,& pœnitentia,in qua fuit condēnatus,quia delictū non fuit plenè probatum,non sit adhuc adimpleta, ne eodē delicto bis quis puniatur.l.licet. §.fin.ff.nautæ caup.stabul.3.C.de accus.c.de his criminib. de accus.c. fi.de pœn.dist.4.Id profectò aliorum iudicio relinquo, cùm sit quæstio,quæ altiori egeat inuestigatione.

393 Sed quod in principio nostræ assertionis fuit dictū, indubitanter procedit:Nam si in alijs criminib. fauore reorum sñia nunquam transit in rem iudicatam. l.non tm̄.ff.de appel.l.unius.§.cogniturum.ff.de quæst.l.diui fratres.ff.de pœnis.Alex. in l. à diuo Pio. in fin.ff.de re iud.Anan.in c.de his.nu.8.de accusat. Hippo.in l.unica nu.144.C.de rap.virgi.ubi refert sexdecim casus in qui bus sñia non transit in rem iudicatā.Ias.in rep.l.admonendi. nu. 45. cum seq.ff.de iureiur.ubi scripsit plures

alios.

alios. & Rober. Maranta. ubi supra. à fortiori igitur fauore fidei. Optima namque ratio est, illa quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religiosis, & sump. funer. c. accusatus. §. sanè. ibi, quòd summè priuilegiatum
395 existit. de hære. in 6. præsertim quòd sententia in crimine hæresis est declaratoria, cùm iam à Canone sit cõdemnatus, ut uoluit Archidia. in c. ut commissi. in prin. & ibi Domini. num. 4. Idem Dominic. in c. fin. §. 1. num. 3. de hæret. in 6.

SEQVITVR PRAEDICTARVM Assertionum epilogus.

Non inutile esse existimaui, quinquaginta Assertiones superius scriptas, ut lectoris memoriæ rectiùs adhęreant, breui uerborum laconismo hoc in loco referre.
396 Habita priùs de uetbis, seu factis hæreticis summaria testium Inquisitione, qualificatisq; pro hæreticis propositionibus, porrectoq; à Promotore fiscali petitionis libello, Inquisitores fidei ad capturã reorum, ac bonorum sequestrationem, maturo consilio & deliberatione procedãt: cùm sola captura in hoc crimine uehemẽter infamet. Sin aũt rõne delicti, uel ꝑsonarũ cã fuerit nimis ardua, vtputa, ꝗa inquisiti sũt nobiles, uel religiosi, ante eorum capturas, proceres supremi Senatus sacrosanctæ gñalisque Inquisitionis sunt consulendi, ut hæc pleniùs dicta sunt in prima, & secunda assertione.
397 Si reus errores hæreticos, eorumq; impiã intentionẽ & credulitatem cõfitetur, abiuratis primò errorib. cũ habitu pœnitentiali & carcere perpetuo, ac bonorũ confiscatione publicè reconciliandus est, ẽtsi hmõi confessio tormẽtis sit extorta, dummodo legitima interuenerit

398 nerit ratihabitio. Sed nō parui refert an in limine, uel in medio, seu in fine iudicij facta sit confessio. Nā qui in principio ante accusationē cōfitetur, bonis publicatis, nō ad carcerē & habitū perpetuum, sed per aliqđ tps. Inquisitorū arbitrio dānandus est. Si uerò post accusationē, aliquatenus pœna eius subleuāda erit, sed nō eadē lenitate & ęquitate vtēdū est. Qui post testiū publicationē cōfitetī, pęna delicti ordinaria est plectēdus. Quæ omnia pleniùs dicta sunt in assertione. 16. & 27. & 28.

399 Qui uerò confessionem iudicialem spontè factam, non constito de errore, reuocauerit, relaxandus est. Idem dicendum censeo, si in tormentis facta fuerit cōfessio, & deinde legitimè ratificata; quæ reuera spontanea dici potest: ut liquidè constat ex ijs quæ à me plenè dicta sunt in assertione. 25. & 31.

400 Cæterùm qui factum hæreticum confitetur, sed prauam intentionem & credulitatem abnegat, etiamsi de delicto aliàs legitimè non constiterit, relaxādus est; maximè si est persona suspecta, & factum fuerit iteratum: quod aliter est in confitente uerba hæretica impiamq; intentiunem negante, qui sanè torquendus est. Ratio discriminis est, quia maior animi affectus, atque mētis deliberatio in factis, quàm in uerbis inest: quemadmodum hæc pleniùs scripta sunt in assertione. 17. & 18. & 19. & 24. & 26. & 29.

401 Qui uerò de pluribus erroribus plenè probatis accusatus, nonnullos cōfitetur, alios uerò inficiatur, tanquam diminutus & negatiuus in re graui, & nō diutina relaxandus est, dummodo solus ille articulus esset efficax ad reum negatiuum tradendum Curiæ seculari, & non sit uerisimilis obliuionis præsumptio. Qui ergo omnes complices, uel omne delicti tempus non reue-

lat, non

lat,non est censendus diminutus;ut cuncta pleniùs probantur in assertione.21.& 22.

402 Prætereà si crimē hęresis legitimè fuerit probatum, & reus est negatiuus,relaxandus est,etiam si se esse catholicū dilucidè protestetur:ut in assertione. 20.& 30. satis plenè dictum est. Atque huiusmodi crimen legitimè probatur per duos testes omni exceptione maiores, & non singulares,ut latissimè in assertione.4.& 5. & 6.scripsimus.

403 Pertinaces uerò & proterui relaxandi sunt,& à seculari potestate viui comburendi, ut mea testatur assertio.45. Quæ omnia intelligenda sunt,quādo uerba,seu facta sunt hæretica formata, & legitimè probata. nam pro uerbis,uel factis temerarijs,iniuriosis, scandalosis, blasphamis,uel similibus etiam plenè probatis, reus negatiuus pœna extraordinaria,cum abiuratione de leui, uel uehementi,puniendus est: isq; rarò carcerib. secretis mancipandus est,nisi sit persona abiecta, ut pleniùs dictum est in assertione. 1.& 2.& 33.

404 Hactenus dictū est qn̄ hęresis crimē est plenè probatū sinaūt legitime ꝓbatū nō fuerit,reus est torquēdus. Si aūt in tortura cōfitet̄,cū legitima ratihabitione, recōciliādus est.Reuocata uerò confessione, iterum torquendus, uel pęna extraordinaria puniendus,cum abiuratione de leui, uel uehementi,sine habitu pœnitentiali, qui reconciliatis tantùm de iure iniungitur. Purgatione uerò canonica,& vsū & consuetudine iam sublata,minimè utendum est. Sed si sufficienter quis esset tortus,& tormenta vicerit,ab instantia iudicij absoluēdus est, ut latiùs in assertione.31.& 32. disseruimus.

405 Relapsus uerò siue negatiuus,siue confessus sit, stante legitima probatione,relaxandus est. Idem maxima

cum

cum ratione de dogmatista dicẽdum est, ut in assertionibus. 41. & 43.

406 Reorum uerò defensiones, in quibus summa ab Inquisitoribus cura est adhibenda, per testes minus idoneos non posse fieri indubitatũ est, ut in assertione. 46.

407 Snĩæ in hæreticos prolatæ, ab Inquisitorib. & Ordinarijs mutari minimè possunt, neque pœnæ ipso iure statutæ minui, ut plenius in assertione. 47. & 48.

408 Absolutus ab instantia iudicij, siue diffinitiuè, de eodem crimine, superueniente pleniori probatione, condemnari poterit, ut in assertionibus. 49. & 50. latè exposuimus.

DE PRIVILEGIIS INQVISITORVM.

109 Hæreseos crimen grauissimum est. opponitur enim fidei, Euangelicæq; ueritati est inimicum. Quod non solùm ipsa Christianæ religionis fundamenta conuellere, sed etiam humanam politiam, ciuiumq; cõiunctionem cõturbare, atq; omnino dissipare conatur. Quoscunque enim ad se rapit, non tantùm in hoc detestabile crimen, sed in multa alia ruere facit, cùm omnium sit uirtutum dissipatio. Pro exterminanda igitur hac execrabili peste, sacrosanctum Inquisitionis officium tanquam saluberrimum antidotum fuit institutum. cuius ministri multis immunitatibus, maximisq; priuilegijs meritò sunt decorati: quorum nõnulla hoc loco referre mira breuitate decreui.

410 Primum est, ꝙ Inquisitores hæreticæ prauitatis præstantiori & digniori nomine quàm alij iudices nuncupantur, uidelicet Defensores fidei & Ecclesiæ. & sunt deputati ad gloriam Dei, & augmentum fidei. cap. ut

Inqui-

Inquiſitionis. in princ.de hæret. in 6.clem. multorum. eod.titu. Albert.in rub.de hæret.in 6.q.5.num.3.

411 Item fauore fidei,non habentes Canonicatum, uel dignitatem,poſſunt eſſe Inquiſitores, qui ſunt iudices delegati Apoſtolicæ ſedis ad uniuerſitatem cauſarum. Ita Lud.Gom.in c.ſtatutum.nu.54.de reſcr.in 6.ubi allegat Abb.in c.cùm dilecti.notab. 1. de accuſatio.

412 Item Inquiſitores tam in uita,quàm in morte plenariam conſequuntur indulgentiam,& remiſſionem omnium peccatorum:in vita, pro exequēdo Inquiſitionis officio,in morte uerò ſi in proſecutione diem claudunt extremum:ut expreſsè cautū eſt in literis Apoſtolicis Clementis.iiij.& Alexandri, & Vrbani.iiij.incipientib. Præ cunctis noſtrę mētis.quas refert Nicolaus Aymericus in directorio Inquiſitorum. par. 2. & in 3. par. q. 130.& Ioan.de Tabia.in ſumma.uerbo,Inquiſitor.nu. 39.& Repertorium Inquiſitorum.uerbo, indulgentia.

413 Item conſiliarij, & omnes alij officiales & miniſtri, qui perſonaliter exiſtunt in executione ſancti Officij, tres annos de indulgentia conſequūtur; & ſi in officio moriantur,remiſſionem plenariam omnium peccatorum. capitulo, excommunicamus.primo.§.cath. de hęret.ubi Anani. in princip. inquit,tempore etiam pacis miniſtros Inquiſitionis gaudere illo priuilegio , quod expreſsè habetnr in præfatis conſtitutionibus ſummorum Pōtificum modò citatis, quas refert Directorium Inquiſitorum.parte ſecunda , & in tertia par.q.centeſimauigeſimanona.

414 Item Inquiſitores in omnibus diebus etiam feriatis,in cauſis fidei procedere valent.cap.fin.de ferijs.Io. And in clem.ſæpe.de uerb.ſign. Armilla aurea. uerbo, Inquiſitor.num.19.

415 Item ipſemet Inquiſitor habet poteſtatem conferendi indulgentias.40.dierum, vt patet in præfatis literis Apoſtlicis relatis in Directorio, in 2. par. in princ. & in 3.par.q.127.& in Armilla aurea, in uerbo, Inquiſitor.num.20.

Item ſoli Inquiſitores, & non Ordinarij, edicta contra hæreticos publicare poſſunt. ita nuperrimè meritò fuit reuocatum quoddam edictum tempore quadrageſimæ iuſſu Ordinarij publicatum.

416 Item ſoli Inquiſitores poſſunt abſoluere ab excommunicatione pro hæreſi contracta, & non alij virtute Iubilei, uel literarum ſedis Apoſtolicæ, ut eruditè concludit Couar. in cap. alma mater. par. 1.§.11.num.15. de ſent.excom.in 6.Septimacen.in Enchirid. tit.51.nu. 4.Latè in aſſertione mea.39.quod hodie pleniùs declaratum eſt per Motum proprium Pij Quinti, datũ Romæ.3.Calend.Febru. præſentis anni.1572.

417 Itẽ Inquiſitores à iuriſdictione Ordinariorum ſunt exempti, uel coram aliquibus iudicibus delegatis conueniri poſſunt, ſub pœnis & cenſuris in literis Leonis Papæ decimi contra Notarios acta & citationes intimantes. Quæ omnia autoritate Regia ſunt cõfirmata.

418 Item Inquiſitores monachi, uel regulares ſuis Prioribus & Prouincialibus obedire non tenentur, & alios ſui ordinis monachos poſſunt habere, ut in extrauagã. Clementis. 4. quam integram refert Nicolaus Aymericus in Directorio Inquiſitorum.par.2.in fin.

419 Item qui per ſe, uel per alios aliquem ex Inquiſitoribus, uel officialibus ſancti Officij occiderit, uel uapulauerit, vel percuſſerit, abſque aliqua irregularitatis nota, eſt curię ſeculari tradendus, iuxta indultum Leonis Papæ decimi, datum Florentiæ.28.die Ianuarij, anni.1515.

Item

Item prædictum indultum hodie extenditur contra dãnificãtes bona Inquisitorum, uel officialium; per motum proprium Pij Quinti, datum Romæ anno, 1569.

420 Item Inquisitores integros suarum præbendarum fructus simul cum distributionibus quotidianis in absentia percipiunt, ut patet in literis Pauli tertij, & Pij Quinti, quæ in primo volumlne literarum huius Inquisitionis Valentiæ. fol. 308. habentur, & latiùs retuli in Speciali. 96.

421 Item ab omnibus muneribus realibus & personalibus sunt immunes, etiam à iure generalitatis speciali quodam regio priuilegio. quod ad nõnullos officiales etiam extenditur, ut in dicto primo uolumine. fol. 283. plenius continetur.

422 Item Inquisitores habent familiam armatam, vulgò Familiares, quibus permissum est tempore prohibito arma portare. clem. nolentes. §. fin. de hæret. Villadie. de hæreticis. q. 11. num. 16. Septimacen. in Institu. cath. c. 41. nu. 3. Et eorum cãæ tã ciuiles, quàm criminales in hac Inquisitione Valentina, ad Inquisitorum cognitionem pertinent, iuxta concordiam nouã & antiquã inter Regiã maiestatem & Inquisitionem initam.

423 Item si aliquis Inquisitorum incurrat in irregularitatem, alter eum poterit absque alia dispensatione absoluere, ut in extraua. Vrbani tertij, quæ incipit: Dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum. quam refert Repertorium Inquisitorum in uerbo, Inquisitores. in fine. & in verbo, irregularis.

424 Item Inquisitoribus, atq; eorum officialibus, hospitia, & alimenta, & alia necessaria iusto pretio sunt ministranda iuxta tenorem priuilegij Reginæ Ioannæ.

425 Item Inquisitores sub pœna excõmunicationis pos-

ſunt præcipere vt populus & clerus ſint in eorum ſermonib.c.vt commiſſi.de hæret.in 6. ibi, conuocandi ēt clerum & populum.& Inſtructio Granatenſis, quam refert Repertorium Inquiſitorum, in verbo, prædicare. contra Ang. in ſumma, in verbo, Inquiſitor.

426 Item Inquiſitores cum Ordinario poſſunt interpretari ſtatuta edita contra hæreticos, ut patet in literis Innocen.iiij.& Alexandri quarti.quas refert Bartholomæus Fumus in ſua Summa.verbo, Inquiſitor.nu.20.

427 Item Inquiſitores in cauſis fidei, procedunt ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij.cap.fi.de hæret.in 6.Villadie.de hæret.q.2.Septimacenſis in Inſtit.catho.c.43.num.19.

428 Item Inquiſitores in hoc crimine procedunt ad inquirendum, nulla præcedente infamia de delicto. ſingularis eſt tex.& non inuenitur alibi ſecundum Cardinalem,& Ana.in cap.excommunicamus.j.§.adijcimus. de hæret.Cardin in Clem.2.q.2. de hæret. Conradus Brunus de hæret.lib.4.cap.8.in fi.Bart. in extrauag. ad reprimendum.verbo,Inquiſitionem.in fine. Ioan. Nicolaus de hæret.notab.26.in fine.

429 Item Inquiſitores poſſunt vices ſuas delegare,& Vicarios, vulgò Commiſſarios, in diſtrictu conſtituere. clem.1.§ porrò.de hæret. gloſ. ſing.in uerbo,ipſorum. in clem.nolentes.eod.tit.Hanc opinionem teſtatur eſ-
* ſe communem Villadie.de hæret.q.7.num. 13.

430 Item Inquiſitores pro crimine hæreſis poſſunt contra omnes etiam exceptos procedere cap.ut commiſſi. ibi,quoſlibet hæreticos.cap.ut officium.in princ.de hæret.in 6.niſi contra Epiſcopos.cap.Inquiſitores.eo.tit. & lib.niſi ſint ſuſpecti de fuga.expreſsè Villadie. de hæret.q.7. num. 15. Neque procedunt contra officiales ſedis

ſedis Apoſtolicæ ſine eius ſpeciali licentia. Extrauag. cum Matthæus.de hæret,inter communes.quod optimè declarat Albert.in c. 1.q.7.num.4.de hæret.in 6.

431 Item Inquiſitores ſimul & ſeparatim de cauſis fidei cognoſcere valent.ut in d.cap.ut officium.& d. cap. ut commiſſi.clem. 1.§. 1.de hæret.expreſſa Inſtructio Abulenſis. 1498.c. 1.

432 Item Inquiſitoribus competit officium cum Ordinarijs accumulatiuè,& non priuatiuè,cap.per hoc.de hæret.in clem. 1.eod.tit.Extrauag.Benedicti. 11.eod.titu. inter communes.niſi poſt octo dies poſtquam Ordinarius fuerit requiſitus,ut in d.clem. 1.

433 Item Inquiſitores poſſunt procedere contra eum tã quam ſuſpectum de hæreſi,qui diſcedit à cõi vſu & conuerſatione fidelium, ẽt non præcedente infamia. c.excommunicamus.j.§.adijcimus. de hæret.ibi,à cõi conuerſatione fidelium vita & morib.diſcedentes.ubi Cardin.aſſerit ꝙ non meminit ſe alibi legiſſe. & Ioan. Ana. num.2.& Ioan.Nicol.de hæret.notab.26.

434 Item poſſunt quoſcunq; excõicatos & inhabiles in teſtes recipere.c.in fidei fauorem.c.præſidentes.de hæret.in 6.Villadie.q. 13.nu. 10.Septinacen.in Inſtitu.cath.c.62.num.5. Item reos citare extra ſuam diœceſim poſſunt.d.c.ut officium. ubi gl.Arch.Ioan.And.& alij. Septimacen.in Inſtitut.cath.c.34.num. 14.

435 Item Inquiſitores non poſſunt recuſari. Archid. & Domin.in c.quia plerique.de offic. ordi. in 6. Optimè Ripa in tract.de peſte.lib.3.nu.140.Contrarium tenuit Septimacen.in Inſtitutio.catho.c.26.nu.26. de qua re eſt ſingularis Inſtructio de Madrid,anno. 1561.c.52.

436 Item Inquiſitorum officium morte concedẽtis non expirat re ẽt integra.c.ne aliqui.de hæret.in 6.Io.Nico.

de

de hæret.& notab.Septi.in Instit.cath.c.34.nu.14.plenè Dec.in c.causam matrimonij.nu. 10. de offi.deleg.
437 Item Inquisitorum iurisdictio extenditur ad negotia non cœpta,& de nouo exorta.d.c.ne aliqui.vbi glo. Archi.& alij.& Septi.in d.c.34.nu.14.
438 Item nomina testium in causis fidei non publicãtur. c.fi.de hæret.in 6.Villadie.de hæret.q.10.nu.4. Septi. in Instit.cath.cap.25.nu.28. etiam si nullum immineat periculum,vt in extrauag.Innoc.6.& in Instru. de Madrid,anno.1561.cap. 31.
439 Item hęreticus non solùm vbi deliquit,sed vbicunq; inuenitur puniri potest, & non est necessaria remissio. Alberi.in rub.C.de hæret.Ioan.And.& Francus in c.vt commissi.post gl.ibi in verbo, procedendi. de hæret.in 6.Villadie.de hęret.q.8.in fi.Septi.in Insti.cath.c.2.nu. 3.Latè Couar.in quæst.pract. c.11.nu.12.
440 Item Inquisitores possunt statuta aduersus hæreticos condere,augendo contra eos pœnas. ita tenet Lupus,& Domini.in c.fin.§.statuto.de hæret.in 6.& optimè explicat Villadie.de hæret.q.23.nu.6.
441 Item iudex publicè excommunicatus & habens iurisdictionem de facto , ut est tyrannus, poterit iurisdictionem legitime exercere contra hæreticos. cap.præsidentes.ubi Io.And.Domin. & Francus.de hære.in 6. Villadie.de hæret.q.19.nu.8.
442 Itẽ monachi ẽt ordinis Fratrum minorum, possunt esse in sacrosancto Inquisitionis foro notarij, & tabelliones.c.ut officium.§.1.de hæret.in 6. Io.Nico.de hæret.notab.37.incip.non te lateat. Ias.in l.1.§.huius studij.nu.8.de iust.& iure.Sept.in Insti.cath.cap.45.nu.5.
443 Item hæretico spoliato denegatur resti.gl. vbi. dd.in c.quo iure.8.dist.Io.Nicol.de hære.notab.1.nu.2.& 3.
Iacob.

Iacob.Septim.in Institu.catho.c.45.num.13. Conrad. Brun.de hæret.lib.5.cap.10.

444 Item testium examinationem in causis fidei Inquisitores possunt alijs committere. glos.in uerbo,ipsorum. in clem.nolentes.de hæret.Domi.& Perusi.in c.præsidentes.nu.2.de hæret.in 6. Hanc fatetur esse communem Septi.in Institu.catho.c.64.nu.11. Sed Id per instructiones sancti Officij limitatum est.

445 Item Inquisitores in causis fidei omnes cuiuscunq; sint gradus,& dignitatis possunt torquere.l. quarta.C. ad l.Iulia.maiesta.Ludo.Carrerius de hæret.§.circa igitur.numero quarto.Septima.in Institut.catho.cap.63. num.26.

446 Item Inquisitores suas sententias per alios recitare & proferre possunt.c.ut commissi.in princ.vbi Io.And. Domi.& alij.de hæret.in 6.Conra.Brun. de hæret.lib. 4.c.10.Sep.in Inf.cath.c.58.in prin.& hoc iure vtimur.

447 Item Inquisitores cum Ordinarijs sententias diffinitiuas iam prolatas, corrigere & mutare possunt.cap.ut commissi.§.necnon.ubi glos.in uerbo,mutandi.& Doctores.de hæret.in 6.Villadie.de hæret.q.8.num. 7.& q.17.nu.5.Fran.Squilla. de fide catho. c.27.nu.3.& c. 42.Hodie ad Inquisitorem tantùm generalem id pertinet,ut affirmat Sept.in Instit. cath. c. 16.nu.10.quod latiùs supra assertione.47.& 48.exposuimus.

448 Item Inquisitores in causis fidei procedunt appellatione remota.cap.ut Inquisitionis negotium.de hæte. in 6.ibi, non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus.Villadie.de hæret.q.18.in princ. & q.22. Septima.in Institu.catho.cap.6.in princ.

449 Item fauore fidei, sententiæ non transeunt in rem iudicatam. probat. d. cap.ut commissi. tenuit expresse

Lucas

Lucas de Penna. in l. unica. per tex. ibi. C. de senten. aduer. fis. latis retract. lib. 10. quam decisionem in casu nimis arduo retulit meus in hac Inquisitione Valentina collega Doctor Soto Calderon, vir vtique in actu practico, & theorico satis peritus ac prudens. Est ad id expressa Instructio Pinciana, anno 1488. cap. 3. ibi: *no obstante la sentencia que fue dada*. Pleniùs hoc exposuimus in assertione. 49. & sequentibus.

450 Item iudices seculares, ab Inquisitorib. pro exequendis suis sententijs, requisiti, nō possunt de causa cognoscere, neque processum petere, sed sententias exequi tenentur. c. vt Inquisitionis. §. prohibemus. ubi glo. & dd. de hæret. in 6. Ias. in l. magistratibus. num. 10. ff. de iurisdict. om. iudi. Villadie. de hæret. q. 19. num. 6. Aegidius Bossius, de hæret. num. 10. Hanc fatetur esse communem Septim. in Insti. cath. c. 30. nu. 3.

Nolumus hac in re longiùs vagari, sed qui alia plura scire desiderat, legat meum opusculum, de Specialib. fidei, in quo ordine alphabetico. 215. Specialia fauore fidei congessi.

Annotationes Doct. Pegnæ.

Num. 319. in prin. ibi. Hæreticum.) Dic, quod hæc assertio nullo modo est in praxi seruanda, ut annotatum est sup. in eo. tract. par. 1. nu. 240. & opinio theolog. quæ communis est, præualuit, & in praxi obseruatur. quia ecclesia non iudicat de actibus interioribus, siue omnino occultis.

Num. 440. in princ. ibi. statuta.) Vide in hunc locum, quæ notaui lib. 3. in Directorium Inquisitorum, commentario. 136. §. sed maior difficultas est.

FINIS.

INCIPIUNT Quæstiones XXV.

COMPENDIOSAE, QUAE FREQUENTIORI

vsu in materia fiscali coram iudicibus fisci. S. Inquisitionis controuerti solent.

AUTHORE GABRIELE A QUEMADA
Iudice fisci Inquisitionis Toletanæ.

Hac nouissima editione diligenti cura recognitæ, thematibus singulis quæst. appositis, & numeris marginalibus ornatæ.



VENETIIS,
Apud Franciscum Zilettum. 1583.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. FERDINANDO BALDESIO Archiepiscopo Hispalensi:

REGNORVM HISPANIAE Generali Inquisitori.

Licenciatus Gabriel a Quemada Toletanus, confiscatorum bonorum Inquisitionis Toletanæ, Seguntinę, Segouien. & Abulen. Diocæsum Iudex. S. P. D.



ERE affirmare ausim, Illustrißime ac Reuerendißime præsul, neminem ex nostris hisce temporibus inueniri eorum, quibus sunt, aut fuerunt Sanctæ Inquisitionis negotia iniuncta, siue Ciuilia, siue criminalia: quem non Illustrißima dignatio tua magna ex parte experimento & vsu antecellat. A principio enim sub CAROLO. *V. Imperatore Rege nostro electus a consilijs sanctæ ac generalis Inquisitionis fuisti, & inter antiquiores annumera-*

numeratus cōſiliarios. Vnde eruditione tua conſpecta: et incorruptis morib. cognitis, fori Regij Valeſſolitani maior Cancellarius deſignatus es, ac deinde Regij Senatus præſes cōſtitutus. Postremo, Regnorum Hiſpaniæ Generalis Inquiſitor, quib. magiſtratibus gerendis, quot Christiano orbi attuleris cōmoda, omnib. eſſe præſpicuū puto. Qua ex cauſa, dū tot annos in hac verſaris paleſtra, egoque viciſsim operam meam in eadem pono, Illuſtriſsimæ dignationi tuæ cognitus fui, vtpote qui adoleſcens adhuc biennio, postquam a Salmanticenſi Academia exiui, iudex fiſci Toletanæ Inquiſitionis creatus ſim, eodem fere tempore quo celſitudo tua conſiliarius effectus fuisti. Porro tibi etiam innoteſcit, qua cura inſudauerim diſcernendis cauſis quæ in meo foro verſantur, ex quarum aſsidua & longa exercitatione, deſiderium apud me increbuit colligendi breue compendium bonorum confiſcatorum ad quæſtiones redactum: quæ nimirum magis in vſu ac difficiliores forent. In quo quidem efficiendo, eam mihi rationem propoſui, quam ab Illuſtri ac Reuerendiſsimo domino do-

ctore

ctore Gundi Saluo de Villa Diego Obetensi Episcopo, ac palatij Sacri auditore obseruatam videbam, tot videlicet ciuiles in serendo quæstiones, quot ille criminales de eadem re) tractauerat, compertum sane habens hoc opere me non modicam vtilitatem neotericis iudicibus, qui has causas tractaturi eßent, allaturum fore. Qui licet literis clari, veteranis tamen in hac materia non admodum triuiali cedant oportet: verum Dei Opt. Max. ope, hæresibus ab his regnis exterminatis, Iudices fisci superuacaneos futuros esse credens: decreueram sane ab incepto desistere. Sed, proh dolor, consideranti tot quotidie emanantes errores, ex pernitiosissima execrabilis Lutheri secta, in quos non pauci ex omni conditione homines prolapsi sunt, nec non Mosaicam reuiuiscentem legem, multosque fuisse his temporibus ob vtrosque errores graui punitione damnatos: Vtile visum fuit intermissum studium resumere, & inceptum opus ad finem perducere. Potius Deo, Sacreque Maiestati ac publicæ vtilitati deseruiens, quam propriæ gloriæ mercedem ex adeo paruo opusculo expectans.

pectans. Vnum tamen eius lectores admonitos volo, me priusquam ad huius rei commentationem animum applicauerim, dedisse operam voluminibus de fisco a doctissimis viris Francisco Lucano, & Martino Laudensi scriptis, accurate euoluẽdis. Nam si illi ea quæ a me nunc æduntur alioquin tractassent, operam in hac re meam superuacaneam esse existimabam. At illis diligenter perlectis, nihil eorum quæ a me dicuntur, præter vnam aut alteram quæstionem, aut ad summum tertiam, disputari comperi, easquè confusse, parumque quòd ad vnguem exploratas. Id autem vt hoc potissimum tempore publicarem, tuæ amplitudinis erga me fauor & benignitas coegit, quem cum præcipuum patronum ac protectorem habeam, eius correctioni quicquid idest subijcio: Vt si aliquam vtilitatem allaturum videbitur, tua protectione munitum velut sub tutellari in lucem prodeat. Valeat tua celsitudo, quam nobis CHRISTVS IESVS diutissime seruet incolumem, vt eius Ecclesiam pestilentibus venenis tua opera repurgatam, tranquilla pace gaudentem videamus.

QVAE-



GABRIELIS A QVEMADA DE RE FISCALI.

QVAESTIONES ferè omnes quæ eueniunt in praxi in materia Fiscali coram Procuratore Cæsaris † qui est
1 Iudex fisci, secundum formam tex. in l. prima, C. de Iurisdi. omni. iudi. & in l. secunda, C. Si aduersus fiscum. & in l. ad fiscum. C. Vbi causæ fisca. quarum aliquæ sunt difficiles, decidentur: & in eis differendis breuitate vtar, omisso multiloquio, quia in paucis consistit veritas, licet non parcam calamo, necessitate suadente.

THEMA.

Iudex fisci an in causis fiscalibus, seu in alijs, possit esse iudex inter priuatos.

QVAESTIO I.

PRIMO quæro, vtrum Iudex fisci possit esse iudex inter priuatos, tam in causis fiscalibus, quàm in alijs causis, vel est necesse quòd sit iudex inter fiscum & priuatum. Et est dicendum quòd non potest esse iudex inter priuiuatos, sed requiritur quòd causa vertatur inter fiscũ & priuatum.

per totum titulum. C. vbi causæ. fiscales signanter per tex.in d.l.ad fiscum.C.eod.tit.nisi in casu.l. Siquid,eodem titu.
1 Vbi † procurator Cæsaris qui est iudex fisci, vt dictum est,cognoscit inter priuatos, quando ambo vel alter eorum sunt conductores bonorum Cæsaris, & etiam cognoscit inter priuatos in annexis vel connexis bonorum fiscalium. Ita tenent Sal.& Paul.Castren. in l.cum vendente. C. vbi caus. fisca. per text.ibi. licet contrarium teneat gl. ibi. quam tenet Ang. dicens qđ ibi fuit prorogata iurisdictio per partes.Sed Bal.& Sal. tenent contrarium,dicentes illam gl. diuinare,dum voluit quòd ibi fuit prorogata iurisdictio, & ideo non est tenẽda. Ex quo infertur ad quæstionem singularem &
2 quotidianam,si hæreticus † & alter cum eo obligantur tanquam duo rei debendi insolidum,cum renuntiatione legum,& creditor vult conuenire consocium hæretici ante alium iudicem,qui quidẽ hæreticus erat principaliter obligatus quia ad eum peruenit pecunia, qđ iudex fisci erit iudex inter has personas priuatas, quia est annexum & connexum bonis cõfiscatis, propterea quia tex.in d.l.cum vendente,disponit, quòd si aliquis emit à fisco aliquam rem nomine alicuius,eius mandato poterit conuenire mandatorem coram procuratore Cęsaris,ut reddat sibi pecuniã, & sic erit iudex inter priuatas personas,propter annexionem &connexionẽ bonorum fiscalium, & hoc non est parui momenti, & multotiens sic iudicaui, & inhibui alijs iudicibus volentibus cognoscere de causa.

THEMA.

Iurisdictio iudicis fisci an sit prorogabilis inter priuatas personas ad causas nõ fiscales.

QVAE-

QVAESTIO II.

Secundo quæro, an iurisdictio iudicis fisci sit proro gabilis ad alias causas non fiscales inter personas priuatas, & videtur quòd Abb. decidat hanc quæstionem in terminis in c.p.& g.de offi. deleg. 5.col.nu.19. vbi dicit, quòd de vna specie iurisdictionis ad aliam nõ potest fieri prorogatio, † cuius verba sunt, quòd si iu-
1 dex est deputatus super mercantias, eius iurisdictio non potest prorogari super alijs separatis, uel si est deputatus super maleficijs, non potest prorogari in ciuilibus, quia oportet quòd illam iurisdictionem habeat in subditos, ut possit prorogari in extraneos, facit l.testamenta.C.de testam.& ita tenent ibi Cinus & recentiores, & Bald.in c.de causis.nu25.de. offic.deleg.& est
* communis opinio secundum Ias.in d.l.testamenta, licet alij contra:& sic videbatur dicendum, quòd extra causas fiscales nõ habeat locum prorogatio iurisdictionis iudicis fisci. Sed hoc non obstante, determinatur cõtrarium per text.expressum in l. 1. C. de iurisdictio.omni. iudi.qui si ignoraretur, responderetur contrarium per supradicta.quem tex.allegat Ias.in d.l.testamẽta.1.col. nu.1.sed maximum dubium est, de quo vidi dubitare in consilio Inquisitionis, si potest fieri prædicta prorogatio tacite, nam licet verum sit & communis opinio,
2 quòd in prorogatione sufficiat † tacitus consensus, ut tenet Bar.in l.1.ff.de iudi.& Inn.in c. ad petitionem.de accusa.& Abb. & recentiores ibi, & in d.l.1.ff.de iudi. prædicta.l.1.C. de iurisdictione omni.iudi.videtur loqui in expressa prorogatione, dum dicit tex.cum ipsi eum iudicem elegeritis, & is consentientibus aduersarijs sententiam tulerit: nihilominus tamen est dicendũ

quòd

3 quòd d.l. † habet locum in prorogatione tacita. Ita tenet Abb. in c. ſignificaſti.de foro compe. 6.col.nu.18. Ang.in d.l.1.C.de iuriſdictio.omni.iudi.Bar.in d.l.1.ff. de iudi. Andreas de Iſernia in conſtitutione Neapoli. incip.ſtatuimus.col.5.fol.42. & ſic pronunciaui in cauſa ardua,& mea ſententia fuit confirmata in conſil. Inquiſitionis,inter Marchionem de Villena & hæredes Ioannæ Gomez de ſant Martin incolæ villæ de Eſcalona,quia ex tacita prorogatione fui iudex inter eaſdem priuatas perſonas.

THEMA.

Suſceptor bonorum fiſcalium dum tenetur de euictione,an ſequatur forum Rei,uel cauſam trahat ad forum iudicis fiſci.

QVAESTIO III.

TErtio quæro, & eſt quotidiana & ſingularis quæſtio, ſuſceptor bonorum fiſcalium vendidit aliqua bona fiſcalia nomine fiſci: & tertius comparet intentans rei vendicationem, uel aliam actionem, petendo prædicta bona aduerſus poſſeſſorem, & agit coram iudice rei, ſequendo eius forum, & cum fiſcus & ſuſceptor eius nomine teneatur de euictione, eſt dubium, ſi fiſcus & eius ſuſceptor debet defendere emptorem vel poſſeſſorem coram procuratore Cæſaris, & ſic trahere actorem ad iudicem fiſci,& iudex fiſci debeat inhibere iudici rei,& uidetur quòd prædictus ſuſceptor debet defendere emptorem uel poſſeſſorem coram ſuo

iudice,

iudice, per text. expressum in l. venditor.ff.de iudi.vbi
1 † venditor quantumcunque priuilegiatus tenetur defendere emptorem coram suo iudice:& hinc est,quòd
2 clericus † vendens rem laico, tenetur defendere eum coram iudice seculari: ubi emptor laicus conuenitur, vt tradit Abb.& dd.in c.fin.de emptio.& vend.& Burgensis ibi.nu.16.Soc. in cons. 91. vol.3.& est gl.in cap. Clericus nullus.11.q.1.& est communis opinio secundum Florianum in l.fin.ff.de noxalibus.& est.l.partitæ. tit.6.1.par. l. 57. finalibus verbis,sed in fisco est aliter,
3 quia potest † trahere ad suum iudicem actorem:text. sing.in l.3.C.de iure fisci.lib.10.& ibi Bar.& clarius Pla. quem dicit vnicum.tenet Paulus Castrensis. d.l. venditor.Florianus in d.l.fin.§.fin. de noxa. & sic practicatur quotidie & multotiens practicaui.

THEMA.

Vxor hæretici qualiter probet dotem, vel alia bona quæ dicit tradidisse ad matrimonium.

QVAESTIO IIII.

QVarto quæro, aliquis commisit crimen hæresis vel læsæ maiestatis,propter quod ipso iure a die comissi criminis confiscantur eius bona, ut in c. cum secundum leges.de hæreti. lib.6.& in l. quisquis. C. ad legem Iuli. maiesta.& in l.2. & 4. tit. 2.7. parti. uxor hæretici petit a fisco dotem, uel alia bona quæ dicit tradidisse ad matrimonium. & ad fundandam suam intentionem,docet instrumentum dotis confes-

sionatum

ſionatum cum renuntiatione exceptionis non numeratæ dotis,& non docet per teſtes,uel fidem tabellionis,uel aliter de numeratione, eſt dubium. An ſufficiat hæc probatio ad obtinendum?& dico, quòd eſt caſus expreſſus qui determinat hanc quæſtionem in l. ſiquis poſthac. C.de bonis proſcripto, ubi text.probat, & dicit clare,quòd non ſufficit inſtrumentũ con-
1 feſſionatum, † ſed quòd uere conſtet de numeratione,ibi,dum dicit text. dos etiam non quæ aliquotiens inaniter dotalium inſtrumentorum tenore conſcribitur,ſed quam ſe corporaliter tradidiſſe docuerit repręſentetur, quem text. ad hoc allegat Pala. Ruin. in repeti. c.per ueſtras.de donat.fol. 18. quod eſt contra Paul.Caſt.qui tenet in l.Si marito.ff.ſolut.marit.quòd
2 † creditur inſtrumento dotis confeſſionatæ in præiudicium fiſci, ſi eſt lapſum tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis,uel eſt renuntiatum prædi-
3 ctæ exceptioni: ſed in hoc eſt diſtingendum † ꝙ ſi inſtrumentum dotalæ eſt factum ante commiſſum delictum cum interuallo temporis, probatur dos per inſtrumentum dotale confeſſionatum continens renuntiationem exceptionis non numeratæ dotis,ſed ſi poſt comiſſum crimen, uel paruo tempore antequam committatur, non ſufficit inſtrumentum confeſsionatum, niſi probetur uera numeratio, hanc diſtinctionem fecerũt Sal.& Ang.in d.l.Siquis poſthac.An d.de Iſerni. §.1.in auth.de ſtatu.uer.diffidamus. colligitur hæc diſtinctio ex notatis per Bar.in l.poſt contractum. ff.donatio.per Decium conſi. 235.ubi loquitur magiſtraliter in hac materia: nec obſtat quod dicit Paul. quòd
4 fiſcus habetur loco mariti, † quia imo habetur loco creditoris,ut eſt gloſſ.ſing.in d. l.ſi quis poſthac. cum

qua

qua transeunt ibi doctores: ad cuius confirmationem & corroborationem, facit quia in delictis quasi contrahitur, ut in l. Imperator. ff. de iure fisci, & in l. fi. C. de fundis patrimo. lib. 11. Vnum non omitto, quod est satis singulare & quotidienum ad propositum, quòd etiam si non constet dotem fuisse uere numeratam
5 aliter quàm ex eius côfessione, præsumitur uere † fuisse numeratam, siue fiat confessio ante matrimonium, siue eo constante, quando præcessit promissio dotis. tex. mirabilis in l. in contractibus. §. sed quoniam. C. de non numera. pecu. ita intellexerunt ibi Salic. & Paul. Castrensis, & Ioan. Andre. in additio. ad Spec. titul. de donatio. inter uirum, et uxorem. in Rubrica. Romanus in consi. 445. Paul. de Castro in consi. 383. 2. uol. Soc. in l. 1. nu. 55. ff. solu. matri. Alex. in l. pen. §. Si uir. ff. soluto matrimo. & est communis opinio, ut testatur Couaruuias. lib. 1. Resol. c. 7. nu. 6. qui accumulat plura in proposito.

THEMA.

Fiscus habens bona communia cum priuato, an possit alienare totam rem inuito priuato.

QVAESTIO V.

QVinto quæro. Si fiscus habet bona communia cum priuato, an possit alienare totam rem, tã
1 partem socij, † quàm suam contra uoluntatem socij? & dico quòd sic, & ita practicatur per text. in l. 2. C. de commun. rerum aliena, & in l. 1. C. de uenditio-

ne rerum fiscalium communi cum priuatis.lib.10.& in
2 l.54.tit.5.par. 5. quod est † intelllgendum quando dicta bona non recipiunt commodam diuisionem, ut afferat pars respectu partis tantam utilitatem, quantam affet totum respectu totius, ut notant doctores in l.4.§.Cato.ff.de uerb.oblig. & declarat glo.& Pla.in prin. l.1. C. de uenditio. rerum fisca. communi. cum priua.supra allegata,& est quædam instructio Inquisitionis facta in secunda congregatione. instructio. nu. 23. quæ concordat cum iure communi, & intellige
3 secundum Pla. in d.l. 1. quòd licet recipiat † commodam diuisionem, potest uendi integra si fiscus uendens totam rem reciperet utilitatem, quia pluris uenderetur uendendo totam rem, & ita sentit prædicta instru
4 ctio. Vnum non omitto, quod præfertur† socius uolés emere prædictam partem pertinentem fisco: ut est tex.in d.l.2.de communi rerum aliena.& ibi doctores, & Bal.in l.fi.C.de iure emphiteo.& Iaso.ibi in 3.col.

THEMA.

Si stante hodie lege Taurina. 97. disponente, quòd propter mariti delictum bona acquisita constante matrimonio confiscantur, non perdat vxor suam partem, si habebit locum ante illam legem.

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro: Si stante hodie.l. taurina. 77. disponente quòd propter delictum mariti, † etiam si bona

bona eius confiscentur ipso iure, mulier non debeat amittere dimidietatem bonorum lucratorum cōstante matrimonio. Si erit hodie iudicandum idem in bonis confiscatis ante prædictam. l. & est dicendū quòd non debet amittere medietatem bonorum acquisitorum, indistincte, siue fuerint acquisita ante illam. l. siue postea; & ita determinat Didacus de Seg. in suo tractatu de bonis lucratis cōstantematrimonio. fol. 33. licet tāquā iudex fisci in ciuitate Salmāticensi iudicauit contrarium, & minus bene: quam sententiam uidi, & sentētias contrarias, quas protulerunt doctor de Valliscusa primus iudex fisci huius Toletanæ Inquisitionis, & Decurio seu Rector huius ciuitatis Toletanę, q̄ fuit collegialis. Collegij maioris diui Bartholomæi in dicta ciuitate Salmaticensi, & licētiatus Corral, qui fuit iudex fisci inquisitionis Abulēsis, qui fuerunt admodum literati, & maximę authoritatis: & prædictæ sententiæ fuerunt in meo tribunali præsentatæ, in processu qui erat inter marchionem de Villena, & hæredes Ioannæ Gomez de sant Martin, de quibus supra fit mentio in secunda quæstione. & ita intrepide iudicandum est: & sic iudicaui ēt in dicta causa, quæ lis adhuc pendet in gradu appellationis in consilio Inquisitionis. & licet de iure sit uerum, hodie tamen non est dubium, per quan-
2 dam declarationem regis Catholici Ferdin. † quam fecit anno. 1511. in ciuitate Hispalensi, quæ extendit leges taurinas ad causas præteritas nisi in legibus in quibus dicitur, De Aqui Adelante: & ego nunquam dubitaui nisi quòd idem est iudicandum de bonis lucratis ante illam. l. sicut de bonis lucratis post eā, quia communis sentētia Doctorum Hispanorum est,
3 † quòd eo ipso quòd est aliquid acquisitum inter mari-

tum

tum & vxorem constante matrimonio, transfertur pro dimidietate dominium, & etiam possessio in vxorem. Ita tenet Suarez, in l. 1. foro legum lib. 3. tit. De las ganancias, fol. 24. Io. Lopez de Pala. Rui. in c. per vestras. de donatio. fol. 39. & melius fol. 31. col. 1. Antoni. Gomez in d. l. Thauri. allegat tex. in l. 1. in fine, cum l. seq. ff. pro socio: ergo non potest maritus ei præiudicare, arg. tex. in l. id quod nostrum. ff. de regu. iuris. & sic est conclusio verissima, quòd ante illam l. non potuerunt confiscari bona lucrata ex parte mulieris non committentis delictum, sicut non perdit dotem, vt in c. decreuit, de hæreticis. lib. 6. & in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. & in terminis tenet prædictus Pala. Ruui. in præ dicta repetitio. fol. 39. qui respondit ad illud de quo
4 potest argui, quòd maritus pôt alienare † bona acquisita durante matrimonio per. l. 4. tit. 4. lib. 5. ordina. & l. stili. 205. & quod per delictum videtur alienare, quia in delictis quasi contrahitur. ut in l. imperator. de iure fisci. ff. & in l. fin. C. de fundis patrimo. lib. 11. & inter
5 alias responsiones, est perentoria, quòd maritus † potest alienare bona lucrata constante matrimonio in casu licito, & nô dolose, ut ex prędictis legibus colligitur. En quãto dizen que lo pneda enagenar el marido (cessante fraude.) Secus in casu illicito delinquendo, quia
6 delictum † non committitur sine dolo, ut not. in c. 1. de præsumptio. & in l. si non conuicij. C. de iniur. notat Bar. in l. Aurelius. §. Seia. de libera. lega. & non solum dolose non potest alienare prædicta bona, sed etiam sine dolo, quando alienat titulo lucratiuo, donãdo maritus prædicta bona quæsita constante matrimonio, sine licentia vxoris, tenet Bal. in cons. 101. prima parte. Ias. in l. contra iuris regulas. ff. de pact. col. 1. Pala. Ruui.

in

in dicta repetitione.fol. 40. ex quo infert ipse singula-
7 riter, † quòd maritus non potest dotare filiam suam prioris matrimonij ex bonis acquisitis constante secun do matrimonio,& si dotauerit,mulier accipiet tantundẽ ex bonis lucratis, quod tenet in dicta repetitio. fol. 33.3.col. facit text. expressus in l. socius pro filia.ff.pro socio. Alex.cons.48.col. 1.vers.2.in 1.parte.incipit. Diligenter inspectis.

THEMA.

Fiscus intentans rei vendicationem petendo bona hæretici confiscata, an teneatur prætium restituere.

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro,vtrum susceptor, dum vindicat bona alienata ab hęretico post delictum commissum, teneatur restituere prætium emptori?& videtur dicendum quòd non,quia certum est quòd per confiscatio-
1 nem bonorum transfertur † dominium in fiscum, vulgatus tex.in d.c.cum secundum leges.de hæret.lib.6.& in l.quisquis.ad l.Iulia.maiesta.C.& in l.5.tit.2.7.partita, & sic potest agere rei vendicatione, sed intentans
2 rei vendicationem † non tenetur restituere prætium, ut in l.si mancipium,& in l. mater.C.de rei vendi.l.sciẽs C.ad Velleia. Sed contrarium probatur in l. 3. Quod metus causa,ubi restituitur prætium,sed prędictæ leges cordantur per glos.in d.l.3.& in l. 1. si vendito pignore agatur.C. quod si pretium est versum in vtilitatem vẽdicantis:debet restituere prætium,aliàs secus, & loquẽ

do in terminis in fiſco tenet Bar. in l. ſi debitor. ff. de his quæ in fraudem credi. Bal. in l. fi. C. communia de legatis. Anch. in cap. fi. de præſcrip. 2. notabili. lib. 6. Iaſ. in §. Item ſi quis in fraudem. de actio. num. 39. Quia non eſt iuſtum quòd vna parte fiſcus habeat rem, & pro alia ha
3 beat prætium, quia locupletaretur † cum iactura aliena, ut dicunt doctores in d. c. cum ſecundum, ſed operepretium eſt videre & neceſſarium, qualiter dicatur ver
4 ſum prætium † in vtilitatem hæretici, & ſic fiſci: & eſt dicendum, quando inuenitur prætium in bonis hæretici, quod rectè declarant Ioannes Andre. & Ancha. & Dominus Philippus in d. c. cum ſecundum leges. & alio modo dicitur prætium verſum in vtilitatem fiſci, ſi hæreticus aliquid emit ex ea pecunia quæ eſt in bonis hæretici, uel ſi eam conuertit in vtilitatem bonorum, & illa vtilitas venit ad fiſcum: & multo magis ſi interuenit permutatio, & rem permutatam habet fiſcus, & hæc eſt communis ſententia doctorum ſupra relatorum, & probatur in l. ſi cum dotem. §. vltimo. ſolu. matrim. ff. & in l. imperator. §. vltimo. cum. l. ſequenti. ff. de legatis. 2. & aliter dicitur verſum in vtilitatem fiſci, cum ex pecunia data hæretico ille proprijs creditoribus ſoluit quibus ſoluere tenetur, tunc enim reſtituendum eſt emptori, vtputa quia creditores fuerũt facti ante delictum commiſſum, quia merito ſtare cenſetur, ut in l. idem ſeruandũ. ff. de lega. 2. omnia hęc explanat dominus doctor Simãcas vir doctiſſimus & expertus in tractatu de hęreticis. in c. 9. tractans de bonis hæreticorum, nu. 21. vbi deter
5 minat quis teneatur probare prætium † verſum eſſe in vtilitatem hæretici, & per conſequens fiſci, & in nu. 26. determinat, quòd emptor, & ſic reus tenetur probare prætium conuerſum in vtilitatem bonorum, argumen-

to eius qui cum ecclesia vel ciuitate contraxit. authentica, hoc ius porrectum, in fine. C. de sacrosan. ecclesi. ad ibi dicta me remitto. Vnum tamen nõ omitto quod est satis singulare ad propositum & quotidianum & ne
6 cessarium. Si hæreticus † ex causa necessaria aliquid alienauerit pro victu, & vestitu, & medicinis, talis alienatio sit licita, ut non possit fiscus retractare eam, quod videtur tenere Couarruuias lib. 4. decreta. parte. 2. c. 6. §. 8. nu. 9. allegat Paulum de Monte Pico, & Ioãnem Anibal. in l. post contractum. num. 4. ff. de dona. & Syluest. verbo hæresis. 1. q. 8. licet ex Bart. in d. l. post cõtractum in secundo tempore possit contrarium colligi, tamen dicit quòd est æquior prima opinio. idem tenet dictus Simancas loco allegato. 25. nu. salua eorum pace ego
7 † non credo esse veram dictam opinionem, quia certũ est quòd a die commissi criminis ipso iure confiscantur bona, & hæreticus amisit administrationem bonorum: & transfertur dominium in fiscum, ut in d. c. cum secundum leges. & alia iura concordantia. ergo cum nõ sint bona ipsius hæretici, sed fisci, ex bonis alienis non põt hæreticus se alimentare, & consumere bona in suam necessitatem, & licet hæc opinio sit verior, prima opinio est æquior, quia fundatur super æquitate. Vnum tamen dixit Couarruuias loco allegato, quòd hæc alienatio maneret firma, quod est contra tex. in d. c. cum secundum leges, & alia iura cum eo concordantia, quia post delictum commissum non potest hæreticus transferre dominium in tertium, & sic, etiam si sit vera opinio, quòd hæreticus possit alimentari ex bonis confiscatis, nihilominus tamen poterit fiscus vendicare rem restituendo prætium, & hoc est verissimum, & indubitatum, & tenet dictus Simancas loco allegato.

THEMA.

Si aliquis hæreticus deficit in compurgatione, taliter quòd puniatur tanquam conuictus: si probetur delictum tempore quo testes deposuerunt, uel tempore quo deficit in compurgatione.

QVAESTIO VIII.

OCtauo quæritur & est quæstio valde dubia, & nõ reperio aliquẽ tetigisse eã, si aliquis hęreticus deficit in cõpurgatione, & ꝑ ꝑ hoc punit̃ tanquã cõuictus, & alienauit bona quæ vendicat fiscus, & cũ bona confiscentur a die commissi criminis, si censeatur probatũ delictum tempore quo testes deposuerunt de hæresi: vel tempore quo deficit in compurgatione, & mihi videtur quòd tempore quo deficit in compurgatione, ad quod pondero tex. in c. cum contumacia. de hære. li. 6. iuncta gl. ibi, quæ est singularis ad propositum. ubi dicit, quòd post annum habetur pro conuicto ille qui responsurus est de fide, & sic attenditur tempus
1 præsens ut habeatur pro conuicto, & non tempus quo deposuerunt testes, ad idem facit tex. in c. excommunicamus, el grande, in principio. §. qui autem. ibi, loquendo in defectu compurgationis, dicit, quòd tunc venit condemnandus, dum deficit in compurgatione, pondero dictionem, † tunc, quæ denotat extremitatẽ
2 temporis, vt in l. 4. ff. de conditio. & demonstratio. nam

in eo quod dicit tex. tanquam hæreticus tunc est condemnandus, videtur quod tunc temporis sit probatū delictum, & non tempore quo deposuerunt testes, & hanc ponderationem audiui a quodam literato antiquo fecisse doctorem de Segura in uoce ad hoc propositum, se audiente. Præterea quando quis ficto
3 modo † condemnantur, non debent in præiudiciū tertij probationes interpretatiue extendi, nec ficta probatio p̄iudicat tertio, ita ī terminis tenet Anch. in d. c. cū contumacia, per notata per Bar. in l. eius qui delatoré. ff. de iure fisci, vbi dicit Anchar. quòd licet effectus
4 † ueræ confessionis transeat in hæredem: non tamen effectus fictæ confessionis, & multo magis contra tertium, sed confessio est probatio, ut in toto titulo de confessis. ff. & C. & per Ioannem And. & Abb. & Feli. in rubrica extra de probatio. Ergo sequitur quod debet attēdi tp̄s cōdēnationis, & nō tp̄s quo testes deposuerunt, ad quod facit consilium Cald. in consil. 5. de hæret. quod ad hoc allegat Philippus Francus in d. ca. cum contumacia. ubi dicit, quòd non censetur hære-
5 ticus † interim, quia nondum est probatum delictum, facit tex. cum gl. & ibi docto. in c. inter solicitudines, de purga. cano. & sic nunquam Inquisitores petendo ab eis tempus delicti voluerunt præbere nisi sententiam defficientium in compurgatione post multas altercationes inter eos & studio, & audiui Archiepiscopum
6 Granatensem Franciscum † de Herrera, qui fuit pręses Cancellariæ Granatensis, dum esset inquisitor huius ciuitatis inquisitionis, noluisse dare fiscali nisi sententiam deficientis in compurgatione: & prædictus Archiepiscopus fuit maximus literatus in vtroque iure, & collegialis collegij Maioris diui Bartholomæi Salmanticen.

ciuitatis & cathedraticus illius vniuersitatis, & cõsiliarius Inquisitionis.

THEMA.

Contra habentem rem ab hæretico immediate post delictum commissum, an via executiua procedi possit.

QVAESTIO IX.

NOno quæro, vtrum contra ementem rem ab hæretico, post delictum ab eo commissum, si immediate habuit ab ipso, sit procedendum via executiua, vel ordinaria? & est dicendum, quòd via ordinaria, quia
1 de iure communi nũquam † proceditur via executiua, etiam si actor habeat reum obligatũ ꝑ scripturam publicam. text. singul. secundum doctores ibi in l. minor. 25. annis, cui fideicommissum. ff. de mino. quem commendat Ias. in l. fin. de ædicto diui Adria. & Suarez in l. post rem. de re iudica. ff. fol. 120. & sic requiritur libellus & processus iudiciarius de iure communi, & ad id est tex. in l. 3. C. de exceptio. rei iudi. & in l. 4. §. condem natum. ff. de re iudi. & si hodie proceditur via executi-
2 ua, est rõne clausulæ † guarentigiæ, quæ ponitur in contractib. videlicet, dedit potestatem iudicibus &c. tenet Suar. in d. l. post rem. fol. 120. 2. col. ubi tractat ad longũ materiam super dictam clausulam guarentigię, & ad ibi dicta me remitto. Aliqui tamen sunt casus de iure com
3 muni in quibus proceditur via executiua, † quos numerat Ias. in d. l. fi. inter quos non reperitur hic casus, & sic relinquitur dispositioni iuris communis, vt in l. com modissime. ff. de libe. & posthu. & in l. si cum dotem. §. j.

ff. solu.

matrimonio.cum vulgaribus,& ponit Iaſ. in d.l.fin.vnũ caſum quotidianum & ſingularem, quod legatarius,
4 † vel fideicommiſſarius, poteſt agere pro legato vel fideicommiſſo,via executiua.per tex.in §. illud.verbo decreto,& ibi Ang.in auth.de hæredi.& Falci.col.1.& dicit vnicum,quia alibi non reperitur.Sed cõtrarium tenet Suar.in d.l.poſt rem.fol.116.col.2. ſatis ad lõgum, qui reſpondet d.§.cum quo ego tenerem, quia ſingulariter loquitur, & intelligit bene tex. & fuit maximus literatus & practicus,ad quem me remitto,quia nõ eſt præſentis ſpeculationis. Et non ſolum non inuenitur de iure communi,quòd contra ementem rem ab hære
5 tico,procedatur via executiua,immo in terminis reperio contrarium tenere Ancha.ſingulariter in cap. fi.de præſcriptio.lib.6.2.col.qua determinatione,poſui ſilentium cuidam maximo aduocato conſiſtoriali,qui tenebat contrarium in caſu arduo, qui pendebat in crimine.læſæ maieſ. coram me:& multũ inſtabat per tex.in l. miſſi opinatores.C.de exactio.tribu.lib.10.qui commẽdatur per Bal.& Sal.in l.1.C.de condictio. ex l.qui tex. allegatur, quòd contra fiſcales debitores quodcunque inſtrumentum habet executioné paratam, ſed ille tex.
6 † intelligitur duobus modis,primo,ſi debitum ſit liquidum per confeſſionem, vel in eo in quo non cadit probabilis negatio,ut in tributis, ut in §. coges, in authen. de mandatis principum,tenet Bald.& Salic. in d.l.1.de condictio. ex l. ita intelligit & limitauit Suarez in d. l. poſt rem.fol.16.4.colum.ibi dum dicit,addas alium caſum,ad cuius confirmationem, quòd non procedatur via executiua contra ementem rem a fiſco, facit, quia contra tertium poſſeſſorem, † non proceditur via exe-
7 cutiua. Ita tenet Bal.in l.1.in principio. C.communia

de lega.idem Bal.in l.2.C.aduersus credito.Alex. in l.j. §.si hæres.ff.ad trebellia.per tex.ibi qui dicit, quòd fatui essent creditores qui peterent executionem cõtra tertios possessores. Tenet Benedictus de Barzis in tracta.de instrumento guarentigiato.9.q.col.fi.

THEMA.

Iura conditionalia an transeant in fiscum.

QVAESTIO X.

DEcimo quæro. An iura conditionalia transeant in fiscum per confiscationem bonorum. glos. & doctores mouent hãc quæstionem in l. nam ad ea.ff.de conditio.& demonstratio. Alex.de Imol. in l.si marito. ff.solu.matrim.& dicta gl.dixit quod non,quam sequũtur ibi doctores,& Bal.in l.etiam.§. fi. C. ad legem Fal. ubi illam gl.facit singularem & vnicam. Idem dicit Bal. in l.1.in penul.col.C.de hæredibus institu.quod est verum in actionibus competentibus pro legato conditionali. Ita loquitur dicta glo.secundum Alex.in d.l.si
1 marito. Nec mirum, quia legatum † conditionale similiter ad legatarium non transit,ut in l.si ita legatum.§. ibi,si volet.de lega.1.& in l.1.C. de caducis tollen.§.fin
2 autem. Sed si actio competeret ex contractu conditionali:tunc transiret in fiscum, sicut transiret in hæredes.§.ex conditionali,Instit.de verbo.Pro ista quæstione allegat Alex.ibi tex. notabilem & expressum in l.inter socerum. §. fin.ff.de pact.dota.quem adhoc allegat Bal.in l.1.C. de operis libertorum, & in d.l.fin.idem tenet Imol.in d.l.nam ad ea.licet Bald.in l.quotiens.tenet

contra.

contra.ff.de nouatio.& non bene secundum Alex. loco allegato. ex quo infertur, quòd si alicui hæretico
3 † est relictum legatum conditionale, & pendente conditione decessit iste hæreticus legatarius:non transmittitur legatum in fiscum.& tenet Dec. cons. 235. quod
4 omnino est videndum. Sed si hæreticus † fecit contractum conditionalem,& pẽdente conditione decessit, transmittitur contractus conditionalis ad fiscum. Et est ratio, quia ea quæ sunt sub contractu, firmiora & validiora esse censentur, quia nituntur auctoritate duorum.vt notatur in l. 1.C.de pa. ideo facilius transmittitur ad hæredem.vt in d.§.ex conditionali. Ita declarant Fab.& Ang.in d.§.ex conditionali. & ita hæredi suo,& sibi videtur velle cauere,vt in l.si pactum.cum ibi not.ff.de probatio.facit quod habetur, & ibi Bar.in l.filius.ff.eodem. Secus autem esset, si moreretur hæ-
5 res à quo esset legatum factum sub conditione, † quia tale legatum conditionale transmittitur contra eius hæredem. Vt est tex. in l. legato sub conditione.ff.de conditio. & demonstra.

THEMA.

Fiscus sucedens priuato in emphyteosi, an vtetur iure priuati.

QVAESTIO XI.

VNdecimo quæro. Si fiscus successit alicui emphiteotæ priuati, si erit fiscus emphiteota priuati, taliter quod in omnibus,& per omnia teneatur serua-

re conditiones contractus emphiteosis. Ita quòd teneatur soluere laudemium domino directo, & quod præferatur dominus directus si vult emere dominium vtile, & est dicendum quòd fiscus erit emphiteota priuati, vt teneatur seruare conditiones contractus. ad qđ
1 qui succedit in alterius † locum, eodem iure vti debet. Vt in regula, is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. & quòd fiscus succedit loco priuati, loquendo in fisco, tenet Bald. in rub. C. de priuilegio fisci. Pla. in l. fundi, la pimera. de fundis patrimo. li. 11. & ibi gl. cum qua transit ibidem Bar. & ita pronuntiaui, & mea sententia post multas altercationes fuit confirmata omnibus gradibus, in consilio inquisitionis. Et audiui hanc quæstionem non contigisse in prædicto consilio, nec in alijs tribunalibus inferioribus iudicum bonorum confiscatorum. Et licet antea quàm pronunciarem, consului prædictũ consiliũ, eius consiliarij non præbuerunt mihi responsum: nisi quod facerem iustitiam, sicut feci. Et lis fuit inter fiscum huius inquisitionis Toletanæ, & Commendatorem Alfonsum de Escobar, & condemnaui fiscum prædicto Commendatori soluere decimam prætij, quo hæreditas fuit vendita. Et est. l. expressa videri meo in l. fi. C. de locatione fundorum fiscali. lib. 11. Vnum tamen non omitto quod est singulare ad propositum, & contra supradicta. quòd fiscus est potens, & in potentem
2 non potest res † emphiteotica alienari, ut est commu-
* nis opinio secundum quod notat glo. & doctores in c. potuit. de locato. Spec. titul. de loca. §. nunc aliqua vers. 26. doctores, maximè Ias. in l. fin. C. de iure emphiteo. post gl. ibi nu. 120. & tradit singulariter Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. nu. 36. de damno infecto. qui respondet post alias responsiones, quas ipse ibi assignat,
quod

quòd ad instantiam domini directi debet fiscus cedere ius suum vni priuato, a quo facilius possit dominus habere pensionem, per notata per Guil. de Cuneo in l. si quis præsbyter, de episco. & cleri. & ista vltima respō sio fuit ex mente Imolæ in c. ex parte, de feudis, & facit quod notat Specul. in d. §. nunc aliqua. vers. 7. cum ver. sequenti.

THEMA.

Emphyteosis ecclesiæ, monasterij, uel pij loci à priuato possessa, an eo in hæresim lapso, consolidabitur dominium vtile cum directo.

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro. Si aliquis hæreticus, cuius bona confiscantur, est emphiteota ecclesiæ, monasterij, vel alicuius pij loci: consolidetur dominium vtile cum directo, taliter quòd nihil remaneat penes fiscū.
1 Et est dicendum quòd emphiteosis † ecclesiæ non trāsit in fiscum. tex. est in auth. de non alienan. emphiteo. colla. 9. §. 1. vers. aut nostrum ęrarium, per quem text. ita tenet expresse Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. 12. col. ff. de damno infecto. Et ibi Alex. tenent Bald. & Salic. in l. si quis præsbyter. la 2. C. de epis. & cleri. Ancha. & doctores per tex. ibi in cap. fælicis. de pœnis. lib. 6. in §. si qua pœna. & est ratio, quia emphiteosis
2 ecclesiæ non transit perpetuo in hæredes † extraneos, sed in descendentes emphiteotæ. ita sentit Bart. in d. l. si finita. §. si de vectigalibus. quia dicit ipse, quòd ideo
3 emphiteosis † priuati potest confiscari, quia perpetuo

potest

poteſt tranſire in hæredes extraneos: hanc concluſionem tenet ibi Ludoui. Roma.& præter ius commune eſt quædam prouiſio regalis conceſſa eccleſiæ Toletanæ,per reges catholicos glorioſæ memoriæ, quæ vult, vt non confiſcetur res emphiteoſis eccleſiaſtica, & ita practicatur,tamen eſt notandum,quòd ſi eccleſia infra
4 biennium, † non petit prædicta bona, poſt biennium non poterit petere,& remanebit penes ſiſcum res emphiteoticaria, text. in d. §.j. de non alienan. emphiteo. ſupra.allegato,quem ad hoc allegat Bar.in d.§.ſi de vectigalibus, & ſic practicatur. Vnum tamen non ommitto de quo ſemper clamaui, & nunc clamo,quòd ex notatis in dictis locis,ſignanter per Bar.in d.§. ſi de vectigalibus,colligitur expreſſe, quòd quando de natura
5 contractus † res emphiteo. poteſt tranſire in extraneos hæredes,quod tunc poteſt tranſire in fiſcum. Sed ſic eſt, quòd communiter res emphiteo. eccleſiæ poteſt tranſire in hæredes extraneos.Ergo in fiſcum:quia
6 in † contractibus communiter non ſit reſtrictio ad deſcendentes, ſed in quoſcumq; ſucceſſores. Et ita in terminis reperio tenere mirabiliter Soc. in conſ. 266. 2. vol. nu. 32. vbi altercat ad longum dictam quæſtionem,& concludit, quòd tunc poteſt tranſire in fiſcum, cum tranſit in ſucceſſores extraneos: & ibi dicit, quòd iſta opinio eſt vera,& magis communis,& etiam tenet Alexan.in conſ.23.primo vol. & ideo videri meo:dicta prouiſio regalis debet interpretari ſecundum ius commune,ut in c.cauſam quæ.de reſcrip. cum ſimilibus,qđ intelligatur in contractu emphiteotico conceſſo alicui & ſuis deſcendentibus, & ſecũdum hanc opinionẽ, quæ mihi videtur veriſſima de iure, deceptus eſt fiſcus in magna quantitate, & quotidie decipitur. Sed cum

ſit

fit consuetudo antiquissima, & in fauorem locorum piorum fundata super priuilegio, ab ea non est recedẽ
7 dum, & priuilegium † est ampliandum, maximè in fauorem pium, vt in c. dilecti. de donatio. & in l. beneficium. ff. de constitu. prin. cum alijs, & minime sunt mu-
8 tanda, quæ certam † habuerunt interpretationem, vt
9 in l. minime. ff. de legibus, & cõsuetudo est optima † interpres legum, ut in ca. cum dilectus, de consuetudine.

Postquam hanc quæstionem examinaueram, in instructionib. impressis, quas non habebam, vidi aliquas prouisiones, uel instructiones emanantes a Cõsilio Inquisitionis circa bona confiscata. Inter quas uidi quãdam epistolam missam a prædicto Consilio cuidam susceptori Inquisitionis Abulẽsis, & Segouiẽsis: qui nominabatur Alfonso Hernandez de Mojados: qui dubius de hac quæstione, consuluit prædictũ Consiliũ, & præbuerunt sibi responsum, quo determinatur prædicta quæstio, cuius tenor talis est.

Yo Alonso Hernandez de Mojados Secretario del consejo de la Reyna nuestra senora, y su Receptor de los bienes confiscados per la sancta Inquisicion en el obispadn de Cartagena doy fe. Que siendo Receptor de los bienes confiscados en los obispados de Auila, y Segouia. consulte ciertas cosas tocantes a mi officio de Receptor con los senores del consejo de la sancta Inquisition, que a la sazon eran. Entre las quales consulte: como la yglesia de Auila pedia ciertas casas cõfiscadas (con sus mejoramientos:) diziendo. Que tenian sobre ellas cierto censo emphiteosin: a lo qual me respondieron un capitulo de tenor siguiente.

Quanto a las casas que dezis que ay en essa ciudad de Auila, que son censales, (aun que en poca summa

a la yglesia: y han hecho grãdes mejoraciones los quæ las tenian. Bien sabeys la pratica que se ha guardado, que es lo que el derecho dispone. Que si son los contratos de emphiteosin, aora sean por vida, o uidas de dos o tres personas, o perpetuos: si tienen aquellas condiciones que tiene el contrato emphiteosin, que son: Que no las pueden uender, o enajenar: sin requir primero a la yglesia, y quando dieren su consentimiento, que lleuen cierta parte del precio que dan por ellas, o el dizmo: o la veyntena: y que si cessaren de pagar por dos annos o tres: que caygan en commisso. &c. Estas tales condiciones aun q̃ se sean puestas en contrato que diga: que es de censo perpetuo: on se entiẽde sino emphiteosin. E si la yglesia, o yglesias, las quieren o demandan dentro de dos annos del tiempo que se cõfiscaron, al tiempo de la declaracion del herege, han se de dar con todas sus mejoras a la yglesia. Porq; aquellas condiciones puestas assi, paresce que el dominio directo esta cerca de la yglesia, y el vtile tiene el q̃ las possee, y aq̃l utile buelue se al directo, q̃n el señor q̃ es la yglesia lo q̃ere demãdar: pero si el cõtrato dixesse q̃ se lo da acẽso ꝑpetuo, para siempre jamas: y que pueda vender y enajenar. &c. con tanto que pague de censo cauda anno tanta quantia, so pena del doblo, y no pone otra condicion alguna. enton ces es del fisco: y no tiene que hahazer la yglesia, porque traspasso assi el vtile como el directo dominio: y no quedo nada en su poder, saluo aquella pena que ha de lleuar: y esto assi se ha practicado y guardado en los semejantes casos que han ocurrido enla Inquisicion. Nuestro señor prospere vida hõrra y persona: de Barcelona treze de Hebrero. Alo que mandardes, El Dean de Toledo

Alonso

Alonso Hernandez de mojados.

Sed licet non sit recedendum à prædicta prouisione & instructione & practica cõsuetudinaria, nihilominus tamen, pro me teneo esse veram conclusionem quam tenent Soci. & Alex. dictis consilijs, maxime per fundamenta Soc. ad quæ si a principio aduerteretur, dicta distinctio seruaretur & practicaretur.

THEMA.

Ecclesia, lapso biennio intra quod debet petere vtile dominium, an posit petere restitutionem aduersus lapsum temporis.

QVAESTIO XIII.

DEcimotertio quæro, si sit translatum biennium infra quod ecclesia debeat petere vtile dominiũ consolidatum cum directo, si potest petere restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis, & uidetur dicendum quòd sic, per tex. l. ait prætor. §. hodie. ff. de mino. Cuius uerba sunt, hodie certo iure utimur, ut in lucro minoribus succurratur. & est. §. fin. & ecclesia
1 † utitur iure minoris. c. 1. de restitutio. in integrum. Cõcordat tex. in l. 5. tit. 19. 6. parti. & sic minor & ecclesia restituuntur ad consequendum lucrum: & uidetur ꝙ decidat hanc quæstionem Bald. in l. pupillorum. C. de repudiãda hæredita. Vbi dicit, quòd si aliquis instituit
2 † monasterium hæredem, sub conditione, si intra annum ædificauerit hospitale, & si non ædificauerit substituit alterum monasterium, & prędictum monasteriũ

non-

nõ edificauerit infra annum, determinat, quòd potest petere restitutionem in integrum ad faciendum dictũ hospitale. idẽ tenet Roma. in singulari. 93. allegat tex. in l. 3. §. si hæres. ff. de minori. sed hoc non obstante, audiui fuisse determinatum contrarium, in consilio inquisitionis, cõtra hospitale que vulgarmente se dize la puene te del Arcobispo. Et licet pro nunc ignorẽ fundamentum quo se fundarunt domini consiliarij, fundamentum potest esse, quia quando agitur de lucro
3 captando, † priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudet priuilegio. l. uerum. §. fin. ff. de mino. & l. 1. C. de priuilegio fisci. & ideo cum ambo, fiscus & hospitale sunt priuilegiati, non gaudet ecclesia uel hospitale contra fiscum suo priuilegio, sed hoc uidetur contra dictum Bald. superius allegatum, cum ambo monasteria de quibus loquitur Bal. sint loca pia. & ideo relinquo cogitandum, & non credo uerum esse dictum Bald. quia contra iura prædicta: & hæc quæstio potest multotiens contingere.

THEMA.

Emens rem a fisco si est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, an possit rescindere contractum contra fiscum. 1

QVAESTIO XIIII.

Decimoquarto quæro, si aliquis emit aliquam rẽ a fisco & est deceptus ultra dimidiam iusti pretij, si potest rescindere contractum, iuxta formam tex. 2

in l.2.C.de rescindenda vendi.& in l.56.tit.5.parti.5.
& in l.4. titu.7. lib.5. ordinamenti.& cap.cum dilecti.
de emptio. & vendi. quæ iura dicunt, deceptum vltra
1 dimidiam † iusti pretij posse rescindere contractum:&
Ioannes de Pla.mouet hanc quæstionem.in l. tertia, in
2. colum. C. de iure fisci.lib. 10. & ibi determinat,
2 quòd contra fiscum, † non est locus l. 2. C. de rescin-
denda vendi.mouetur, quia venditio fit subhastatio-
ne,pro quo facit.l.stilli.220.quæ idem disponit. sed cō
trarium est verum per glo.in l. 1.C.si aduersus fiscum,
quam ibi tenent Bar.& Bal.& Salice.& Angel. & Bar.
& glo.in l. 1.ff.de iure fisci. & doctor Loarte in d. l.3.
tenet contra Pla.quia dicit,quòd ad hoc est tex.de iu-
re regni in dicta.l.4.tit.7.lib.5.ordina.quæ disponit in
3 finalibus verbis,quòd potest † rescindi contractus pro
pter deceptionem vltra dimidiam iusti pretij, etiam si
contractus fiat in publica subhastatione. En quanto
dize estas palabras la ley, y esto mismo deue ser guar-
dado en las rentas y en los cambios y eu los otros cō-
tractos semejables,que aya lugar esta ley en todos los
contractos sobredichos, aunque se haga por almone-
da.Et sic non habet locum fundamentum subhastatio
nis,quo fundatur Pla.in d.l.3.C.de iure fisci.lib.10.hęc
est veritas,nec obstat si dicatur quod est speciale, vel
debet esse in fisco, quòd etiam si uendat rem fiscalem
in publica subhastatione,quod non sit locus.l.2.de re-
4 scinden.venditio.quia fiscus † dum non reperitur in iu
re priuilegatus,vtitur iure communi,& tenet Bal.in d.
l.j.C.de priuilegio fisci,& est gl.in l.2.de petitio.hære-
di.C.& in l.item veniunt ff. eod.titul.§.in priuatorum
cum quibus transeunt ibi docto.& Tiraquellus in tra
ctatu,de vtroque retractu.fol.327.nu.100.

THEMA.

Fiscus si petat ciuiliter aliquam rem mobilem confiscatam, & non habet nisi indicia ex processu, an iudex poterit subijcere reum torturæ.

QVAESTIO XV.

DEcimoquinto quæro, si fiscus petit ciuiliter aliquam rem mobilem confiscatam, & non potest probare suam intentionem, sed resultant indicia ex processu contra reum, si iudex potest subijcere tormentis pro inuestiganda veritate? & uidebatur dicendum quòd non, quia iudicium non est criminale sed ciuile, & ubi non intentatur accusatio criminalis, † non
1 habet locum pœna corporalis, nec alia pœna criminalis, ut est vulgare in iure: quia pars non petit nisi suum interesse. nihilominus tamen est dicendum, quòd potest iudex subijcere eum torturæ pro eruenda ueritate, tex. singularis. l. 1. C. de natura. liber. quem adhoc allegat Bald. in l. 1. C. de hæredita. uel actio. uendi. ubi accumulat aliqua fisci priuilegia, & hoc est speciale in fisco. tenet Ang. in l. vacãtia. C. de bonis vacan. lib. 10. Bar. ibi. & Bal. in c. 2. §. si Titius. de controuersia inter dominum, & vasallum, refert & sequitur Franciscus Lucanus in tractatu de fisco, in prin. ibi. 4. casus.

THEMA.

Hæreticorum bona per quod tempus præscribantur.

QVAESTIO XVI.

DEcimosexto quæro, per quod tempus præscribantur bona hæreticorum?& in hoc sunt plura iura disponentia, qualiter bona fiscalia præscribantur. quia text.in §.res fisci Institu.de vsucapio. dicit quòd res fisci non præscribuntur. & text.in l. intra quatuor. ff.de diuersis & temporalibus præscriptionibus. dicit quòd quadriennio,& tex.in l.in omnibus.eod.titu.dicit,quòd præscribuntur uiginti annis.& tex.in l.quamuis.ff.de vsucapio.dicit ꝙ per decē annos. & tex.in l.2. de apostatis.C.per quinquenniū.idē.l.7.tit.25.part.7. &tex.in c.fi.§.1 .de præscr.li.6. dicit ꝙ per quadraginta annos.& sic hæc iura non solum uidentur diuersa sed aduersa, & propter tantam varietatem iurium hæc quæstio redditur difficillima,propterea licet instructio inquisitionis.21.determinat, quòd præscribantur bona hæretici per quinquenium computandum a morte hæretici,anteaquam accusetur, dum tamen præscribētes sint catholici,& cum bona fide,sentientes conditores postea hanc difficultatem in congregatione. 2. in alia instructione,quę est.1.in ordine,dicitur,quòd omnes instructiones seruentur, segun quæ hasta aqui seam guardado,saluo lo que toca alos bienes confiscados,lo qual queda ala dispusicion del derecho. Paul. de Castro loquitur singula. in hac materia in l.fi. C.de sacrosl.eccles. Bar. magistraliter resumit materiā paucis uerbis in d.l.in omnibus. Franciscus Balbus singularissime.in tracta.præscriptio. in 2. par. quintæ partis principalis.in 1.quęstione.fol. 110.Abb.in c.cū nobis, de præscriptio. in 3.& 4. colum. sequendo Bart. in d.

l.in omnibus.& addendo ad eum, facit ſingularem diſtinctionem inter fiſcum eccleſiaſticum & ſecularem,
1 & dicit † quòd ad præſcribenda bona hæreticis contra fiſcum eccleſiæ, requiritur ſpacium quadraginta annorum a tempore mortis hæretici, & quòd præſcribentes ſint catholici,& habeant bonam fidem per tex.in dicto cap.fin. §. primo,de præſcrip. in 6. qui di-
2 ſponit quòd præſcribuntur bona confiſcata † per quadraginta annos, non ſolum contra inferiores eccleſias,ſed etiam contra eccleſiam Romanam, & hoc dicit eſſe ſpeciale contra eccleſiam Romanam in hoc caſu propter fauorem poſſidentium catholicorum. uerum eſt quòd dicit,quòd ſi ſunt incorporata in fiſcum
3 † eccleſiæ Romanæ requiritur ſpatium centum annorum,quòd non eſt in alijs eccleſijs, quia ſiue bona ſint incorporata, ſiue non,præſcribuntur quadraginta annis.Reperto.Inquiſitionis.in parte defunctus.&in parte præſciptio.nulla facta diſtinctione inter fiſcũ eccleſiaſticum & ſecularem, determinat, quòd requiritur ſpacium quadraginta annorum a morte hæretici, & quòd poſſeſſores ſint fideles,& quòd reputetur catholicus hæreticus tempore mortis. & quòd præſcribẽtes habeant titulum &bonam fidem. quæ omnia diſponit dictus tex.in d.c.fi.in 6.pręterquam de titulo.quia nullum uerbũ dicit de titulo, nec requiritur titulus de iu-
4 re † canonico,ſed ſufficit bona fides. vt in c. de quarta de præſcri.& in c. 1.eo.tit.lib.6.nec doctores loquũtur ibi de titulo,imo quod magis eſt,quòd dicta Inſtructio 21.contentatur ſola bona fide, & non loquitur de titulo. ſed Abb. in dicto capit. cum nobis. ſeruat diſtinctionem, inter fiſcum eccleſiaſticum & ſecularem, & declarat omnia iura ſupra allegata, & dicit, quòd ſi

res

res fiſci ſunt incorporata in fiſcum requiritur præſcri-
ptio quadraginta annorũ. vt in l. omnes. C. de præſcri-
ptio. triginta, vel quadraginta annorũ. & ſic intelligi-
tur tex. per gl. & Doctores ibi in d. §. res fiſci. quia licet
5 dicat dictus. §. res fiſci. quod res † fiſci non præſcribun
tur: intelligitur, quando bona ſunt incorporata de pręſcriptione decem, vel viginti, & triginta annorum, ſed nõ de præſcriptione quadraginta annorum, ſi vero nõ ſunt incorporata, ſed duntaxat delata, tanquam uacantia, vel ex cauſa publicata, in bonis delatis, ſufficit tempus quinque annorum in noſtro caſu. nam ad præſcribenda bona hæreticorum ſufficit quinquennium, ſequendo Bar. in l. ſecunda. C. de apoſtatis. idem tenet Philippus Francus in dicto ca. fin. de præſcriptio. in 6. & Balbus loco allegato. & ſic uidetur quòd prædicta inſtructio fuit facta ſecundum ius, quæ conformat cũ tex. & Bar. in d. l. 2. de apoſtatis: & cũ gl. in l. manicheos.
* C. de hæreticis. & eſt communis opinio cum doctrina Abb. ut dicit Balbus loco allegato, neſcio quo ſpiritu ducti fuerunt condentes inſtructiones ad reddẽdã dubiã prædictam inſtructionem, quia omnes cõcludunt
6 quòd in fiſco ſeculari præſcribuntur bona † hæreticorum per quinquennium, computandum a tempore mortis hæretici. & quòd omnes leges loquentes de præſcriptione bonorum delatorum in fiſcum, ſiue ſint bona uacantia, ſiue publicata ex cauſa ex delicto, ſiue denuntiata, ſiue incorporata. ſeruentur in fiſco ſeculari. Nec obſtat ſi dicatur, quòd non debet currere præſcriptio regi vel imperatori ignoranti quem eſſe
7 hæreticum, quia impedito agere non currit † præſcriptio. ut in l. 1. §. fi. de annali. exceptio. C. quia reſpõdet Ancharn. in dict. cap. fin. loquendo in his terminis, hæ-

reticorum in 9. notabi. quòd in præscriptionum cur-
8 su, non attenditur scientia; † uel ignorantia illius, contra quem præscribitur. vt est tex. in l. fi. de præscriptio. longi temporis. C. restat nunc, intelligere prædicta iura, quæ diuersimode loquũtur. & Bar. in d. l. in omnib. & Abb. melius in d. c. cum nobis. dicunt prout dictum
9 est, quod tex. † in d. §. res fisci. dicens, res fisci non usu capi uel præscribi, loquitur in præscriptio. longi tẽporis, quando bona sunt incorporata in fiscum, sed requiritur præscriptio quadraginta annorum. per text. in l. non comperit. de præscrip. triginta uel quadraginta annorum, & sic declarant glo. & doctores in dicto. §.
10 res fisci. & tex. in d. l. intra quatuor. de diuersis & tem pora. præscriptio. qui loquitur quadriennio, loquitur quando bona uacantia siue delata sunt nuntiata fisco, nam lapsq quadriennio post denuntiationem præscribuntur, sed si bona uacantia siue delata non sunt denũtiata, tunc si præscribens habet titulum & bonam fidem, præscribit per decẽnium, & in hoc casu loquitur dicta lex, quamuis. ff. de vsucapio. aut possidentur sine tit. sed cum bona fide, & præscribuntur per uigesimum
11 annum, hoc casu loquitur † dict. l. in omnibus. & quando confiscantur bona hæreticorum, præscribuntur ꝑ quinquẽnium, & sic loquitur tex. & ibi Bar. l. 2. C. de
12 apostatis. † quæ loquitur de præscriptione quinque
13 annorum. Restat nunc intelligere, quandò bona † dicãtur incorporata in fiscum, & de hoc sunt iura clara in l. si quando. & in l. si uacãtia. de bonis uacantib. lib. 10. C. & declarat Pla. in d. l. si uacãtia, dicẽs quòd tũc sunt incorporata in fiscũ, quãdo eius nomine est apprehensa possessio, post declarationẽ iudicis declarantis dicta bona pertinere ad fiscum, & in tãtũ est uerũ, ꝙ non di-

cuntur incorporata in fiſcum, niſi præcedat declaratio, & poſſeſſionis apprehenſio: quòd etiam ſi bona confiſcentur ipſo iure, iux. tex. in d.c. cum ſecundum leges. de hære. in 6. ita declarat Pla. in d.l. ſi vacantia. 1. col. & va-
14 cantia bona † dicuntur, quando aliquis deceſſit ab inteſtato ſine conſanguineis vſque ad decimum gradum, vel maritus ſine vxore, & vxor ſine marito. ut in d.l. ſi vacantia. & l parti. tit. 14. l. 6. par. 6. & bona delata ſunt,
15 quando confiſcantur † bona ſiue ipſo iure, ſiue per ſententiam. ut per totum. tit. ff. & C. de iure fiſci. & ff. & C. de his quibus vt indignis. & bona vacantia & delata in ſubſtantia, quaſi idem ſunt, vt colligitur ex omnibus ſupra allegatis. & tenet Paul. in l. fin. de ſacroſanct. eccleſ. C. ex quibus omnibus traditis in hac quæſtione inferũtur ſequentes concluſiones.

16 Prima concluſio, quòd ad præſcribenda † bona fiſcalia, eſt diſcrimen inter fiſcum eccleſiaſticum & ſecularẽ.

17 Secunda concluſio, † quòd bona confiſcata propter hæreſim, pertinentia ad fiſcum eccleſiaſticum, præſcribuntur quadraginta annis a tempore mortis hæretici, ſi eodem tempore reputabatur catholicus, & præſcribentes ſint catholici & poſſideant cum bona fide.

18 Tertia concluſio, † quòd bona confiſcata propter hæreſim, pertinentia fiſco ſeculari, præſcribuntur per quinquennium, a tempore mortis hæretici anteaquã accuſetur, dum tamen præſcribentes ſint catholici, & habeant bonam fidem.

19 Quarta concluſio, † quòd in alijs bonis delatis fiſco ſeculari, præter hæreſim, vel quia ſunt vacantia, poſt denuntiationem præſcribuntur quadriennio.

20 Quinta concluſio, † ſi prædicta bona non ſunt denũtiata, præſcribuntur decennio cum titulo & bona fide,

& ſine titulo per viginti annos cum bona fide.

21 Sexta cõcluſio, † quòd bona incorporata in fiſcum præſcribuntur quadraginta annis.

Vnum tamen non omitto, quod eſt ſingulare, quod non reperio tactum per doctores in ſpecie, quæ eſt ra-
22 tio, quòd bona hæreticorum † præſcribantur per quinquenium: & in alijs confiſcationibus requiritur maius tempus? ego credo quòd eſt ſpeciale in pietatem catholicorum deſcendentium ex hæreticis, prout dicit Abb. in d.c.cum nobis, & doctores in d.c.fi.de præſcrip.in 6. quòd contra eccleſiam Romanam currit præſcriptio hoc caſu quadraginta annorum, cum ſit regula generalis, quòd ad præſcribendum contra eccleſiam Romanam eſt neceſſaria præſcriptio centenaria, fit propter poſſidentes catholicos, & in fauorem eorum. Ego do aliam rationem: quia in vita hæretici, licet eius bona poſſideantur per multum tempus, non currit præſcriptio, nimirum ſi poſt mortẽ hæretici, a morte eius currat præſcriptio per quinquennium, & ſic, ſi mihi caſus occurreret, practicarem prædictã inſtructionem, quia conſonat iuri communi: & ſi condentes eam voluiſſent quòd requireretur præſcriptio quadraginta annorum, declaraſſent, ſed cum ſint tota iura diuerſa in præſcriptione bonorum fiſcalium ſupra relata, noluerunt diſponere, recuſando laborem, ſed quòd eſſet caſus omiſſus, & relictus diſpoſitioni iuris communis, & ita audiui tenere licentiatum Malpartida, qui fuit conſiliarius regalis, dum eſſet in hac ciuitate, quia fuit capellanus maior Capellę regalis Regum nouorum, qui conſultus ab Inquiſitoribus prædictæ ciuitatis, tenuit prædictam inſtructionem eſſe veram, & ſecundum ius commune, qui quidem Licentiatus fuit maximus literatus, & hæc

non

non sunt contemnenda: sed multum notanda, quia est materia intricata, & forte non inuenietur alibi sic enucleata.

THEMA.

Hæreticus si non habet nisi bona vinculata, an ea ad substitutum statim venient, uel fiscus habeat vsumfructum durante vita delinquentis.

QVAESTIO XVII.

DEcimoseptimo quæro, & est quæstio satis dubia, si aliquis possidet bona vinculata, & committit crimen hæresis, & secundum naturam vinculi, quia est tertium, & quintum vinculatum cũ onere restituendi substitutis ad vinculum, & non potest perdere prędicta bona, an durante eius vita gaudeat fiscus vsufructu, an statim veniat ad substitutum, taliter quod ille substitutus habeat proprietatem & vsumfructum. quæstio est ardua quam disputauit Alex. cons. 23. in 1. vol. ubi concludit quòd statim admittitur substitutus non expectata morte naturali. Idem Alex. in cons. 97. 3. vol. Idẽ Segura in repetitione l. cohæredi. §. cum filiæ nu. 246. ff. de vulg. & pupilla. Sed contrarium tenet Ang. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. col. 2. singulariter Albericus in l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. Paul. de Cast. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellia. Speculator de feudis. versi. 40. §. de homagis. per tex. in l. Statius florus. §. Cornelio fælici. de iure fisci. ff. qui videtur

detur

detur casus expressus de hoc. Plate. in l. 1. de pœnis fi-
scalibus. lib. 10. & ita per illum tex. practicatur, quòd du
1 rante vita† condemnati, fiscus vtitur vsufructu, & ad eũ
non respondent Alex. & Segura. Potest tamen respon
deri, quòd ibi loquitur, in fideicommisso conditionali.
ex eo, quia illa mulier fuit grauata restituere post mor
tem, & sic erat incertum, an fideicommissum esset exti-
2 turum, nam † fideicommissario ante mortem grauati
decedente deficit fideicommissum, quia conditionale,
ut in l. hæres meus. ff. de condi. & demonstra. & l. vna. §.
sinautem. C. de caducis tollen. ideo pendente condi-
tione, retinet fiscus, sed in bonis subiectis restitutioni,
in quibus sunt vocati omnes de agnatione, cessat prædi
cta ratio. Et hæc responsio colligitur clare ex d. §. Cor
nelio. ibi, quia interim mori possit, & in finalib. verbis,
ibi, ideo a petitione repellitur, & gl. in parte cõstitutum
est, sentit hoc clare, reprobando allegationem fælicis.
3 ex eo, quia non dicitur creditor, † cui debetur sub con-
ditione, ut in l. is cui. ff. de act. & obliga.

THEMA.

Hæreticus occultus an fisco acquirat.

QVAESTIO XVIII.

DEcimo octauo quæro, & est etiam dubia, & dubi-
tatissima quæstio, & quotidiana: vtrũ hæreticus
occultus acquirit fisco, videlicet: si aliquis instituit hæ-
redẽ hæreticum: uel ei donauit aut legauit aliquid: an-
teaquam sit declaratus hæreticus, ignorans illum esse
hæreticum: si hæreditas, donatio, uel legatum, ueniet

ad

ad fiscum,uel ad substitutum,uel cõiunctum,aut ad ue-
nientes ab intestato.ut in l.una.§.in primo,& secundo.
C.de cadu.tollen.& licet plura posset acumulari:addu-
cam principalia fundamenta pro vtraque parte, & pro
parte affirmatiua,quòd ueniat ad fiscum facit. l. 4.titul.
3.6.partita,quæ uidetur uelle,quòd ad hoc,ut dicatur
1 † hæreticus incapax acquisitionis, requiritur sententia
declaratoria,cuius uerba sunt. O trosi de zimos, que
el que juzgado por hereje, no puede ser heredero de
otro. ponderandus est text. en quanto dize,iuzgado,
2 quia denotat declarationem ut non possit † esse hæres,
ad idem est tex.& clarior,in l 4.tit.26.par. 7. cuius uer-
ba sunt.in finalibus uerbis. Otro si dezimos,que no le
pueda ser dexada manda en testamento de otro:ni ser
establecido por heredero de otro hombre, y aun dezi-
mos,que no deue ualer su testamento,ni donacion, ni
uendida que le fuesse hecha, ni la que el hiziesse a otro
de lo suyo: del di a q̃ fuesse juzgado por hereje en ade-
lante.ergo bene sequitur,& clare,quòd ante illam diẽ,
qua fuit declaratus hæreticus, potest acquirere fisco.
hæ duæ leges uidentur decidere clare hanc quæstio-
3 nem, † quòd ante declarationem legatum factum hæ-
retico,uel hæreditas ualet. & per consequens acquirit
fisco.& pro hac parte facit doctri. Abb.in cap.nihil.de
4 elect.ibi,quartus casus,ubi tenet,quòd si prælatus†fuit
priuatus prẹlatura, tenent oĩa gesta per ipsum,& esse
ualida:si fuit occultum,incidisse in hæresim, anteaquã
declaretur:ex quo infertur,quod ante sententiam de-
claratoriam non dicitur incapax ad acquirendum.Sed
pro contraria parte negatiua, immo quod hæreticus
5 occultus, † est ipso iure incapax bonorum: & per conse
quens,non acquirat fisco.facit text.in l. si in metallum.

ff.de

ff.de his quæ pro non scrip.& in l.secunda. C. de hęred. instituen.ubi probatur,quòd id quod relinquitur damnato in metallum habetur pro non scripto,& venit ad substitutum, vel aduenientes ab intestato. Secundo pro hac parte facit determinatio Ioannis Fab.in §.lega
6 ri.Instit.de lega.vbi dicit,† quòd non valet legatum factum hæretico, & loquitur indistincte, sit occultus vel non. Ad idem est tex.in l. 10.titulo de las mandas, foro legum.lib.3.cuius verba sunt, defendemos quæ ninguno pueda mandar de sus cosas a ningun herege. & sic loquitur indistincte. Tertio facit tex.in c. excommunicamus,el grande,de hæreti.in §.credentes,vbi hæreticus est incapax acquisitionis bonorum actiue & passiue, nulla facta distinctione,an sit ante declarationem vel post declarationem.& Io.de Anania ibi in 2.col.nu. 7.dicit hæc verba,quid faciẽdum de illa hæreditate quę defertur istis,qui capere non possunt, quia sunt intesta biles etiam passiue,vtrum vadat ad successorem, uel fiscum.vbi determinat, quòd vadit ad alium successorẽ, quia ista hæreditas videtur pro non scripta, quæ non vadit ad fiscum.allegat tex.in d. l. si in metallum. ff.de his quæ pro non scrip. quia ad hoc quod veniat fiscus
7 † est necesse quòd ille cui aufertur hæreditas, habeat nomen hæredis.l.Papinianus.§.meminisse. ff. de inoffi. testa. aliàs, cum nihil fundetur in persona non capacis, ergo nihil est quod fiscus possit acquirere.hæc sunt ver ba Ananiæ loco allegato, qui nulla facta distinctione, an sit declaratus hæreticus,uel non,determinat nostrã quæstionem in terminis.ad idem est. l.parti.tit.7.l.fi.6. part. quæ idem ad literam disponit, nulla facta distinctione,immo loquitur videri meo in hæretico occulto, & sic, in nostro casu in terminis. En quanto dize, y aun

aun dezimos que si el testador, establesciere por su heredero a alguno, cuydando sin duda ninguna que era su hijo, que si despues de la muerte fuesse sabido en verdad, que no era, perderia porende el heredero, tal heredad, porque no la merece auer, pues que sabido es verdaderamente que no es su hijo del fiuado, pero tal herencia como esta, no seria del Rey, mas de los parientes mas propinquos, del testador si los viuere. concordat tex. in l. fi. ff. de hæred. instituen. dize luego la ley, esso mismo seria, si algun Christiano establesciesse por su heredero, algun herege, moro, o judio, que la heredad en que fuesse establescido do por heredero alguno destos sobredichos, auerlayan los mas propinquos pariẽtes del testador, y no el Rey, maguer, estos no la mere-
8 sciessen auer, & ideo, cum ista dictio, esso mismo † inducat repetitionem præcedentis qualitatis. vt in l. in repetendis. ff. de lega. 3. & ibi Bar. & Alberi. & idem dimittere, hæredem hæreticum, existimans illum esse catholicum, sicut ille qui instituit hęredem aliquem, tanquam filium qui non erat filius suus. Quartò videtur mihi de hoc casus expresus in l. si in metallum. de iure fisci. ff. qui expresse videtur decidere hanc quæstionem, nam dicit quòd relictum damnato in metallum ante sententiam ad fiscum non venit, iuncta gl. ibi quæ dicit, quòd in relicto post sententiam erat minus dubium, & sic probatur, quòd ante sententiam non acquirebat fisco, & per illam. l. cum gl. probatur clare, ꝙ uidetur tenen-
9 dum quòd hæreticus † occultus nõ acquirit fisco, quia si hoc procedit in damnato in metallum, a fortiori in hæretico, cum grauius sit æternam quàm temporalem lædere maiestatem. c. vergentis. de hæret. pro hac parte allego. l. parti. quæ caret responsione. quæ est. l. 5. tit. 25. par. 7.

25.par.7.cuius verba sunt. y aun de mas desto, manda que le vuierem hecho o hiziere el a otro, de aquel dia en adelante que le entro en el cora con de hazer lo: no queremos que vala.& tex.loquitur in apostata. & secũ-
10 dum Host.in c.1.de apostatis, apostata † punitur ut hæreticus, quia hæreticus est: ex quo recessit a fide,& habent locum in apostatis iura loquentia de hæreticis, sequitur Abb.& Anania.in d.c.1.de apostatis.in 6.& finaliter allego consilium Soc.22.volum.1. qui determinat hanc quæstionem pro hac parte per pulchra fundamẽta, quæ non curo recitare: sed ero contentus remissione,& inter alia allegat vnum singulare fundamentum, scilicet, quòd eo ipso quòd quis committit crimen læsæ maiestatis, amittit dominium ipso iure, ut tenet Dinus in l.Imperator.ff.de iure fisci. & ibi Bart.per l.pen. & fi.C.ad l.Iul.maiestatis.& est l.5.tit.2.par.7. & idem in hæretico,& a fortiori per tex.in d.c.uergentis. de hęreti.& est casus expressus & vulgaris in c.cum secundũ leges.de hæret.lib.6.si ergo ipso iure amittit omnia bona a die commissi criminis, a fortiori efficitur inhabilis ad acquirendum alia bona. Argumento text.in c.quẽ-
11 admodum.de iureiur.quia facilius † aliquid retinetur, quam de nouo acquiratur. l. patre furioso, de his qui sunt sui, uel alieni.ff.& in l. pluribus. §. & si placeat.ff.de verbo. oblig.nec obstant leges par.in contrarium allegatæ, quia probant a contrario sensu, quod non habet locum, quando reperitur contrarium in iure, ut in c. à nobis, el grande, de sent.excommu. & quòd reperiatur dispositum contrarium, est tex.in d.l.in metallum.ff.de iure fisci.& in d.l.5.tit.25.part.7.& in d. l. fin.titu. 17.6. part.Item, quia illę leges partitæ non negant, quòd hęreticus occultus nõ acquirat fisco. maximè quòd d. l.4.

corri-

corrigitur per tex.in d. c. cum ſecundum leges. de hæret.lib.6.cui in hoc ſtandum eſt,ut dicit Gregorius Lupus in d.l.4. & tradit Ioannes Faber in principio,Inſtit. Quibus aliena.liceat vel non,& dicit ipſe & bene,quòd ſi hoc ſanxit.l.par.in crimine lęſæ maieſtatis,ut habetur in l.4.tit.2.ſupra ea.parti. idem & multo fortius in cri-
12 mine hæreſis, cum longe grauius ſit æternam, † quàm temporalem lædere maieſtatem.c.vergentis. de hære. & in auth.gazaros.eod. tit. C. nam ſtandum eſt,in hoc
13 iuri canonico, quia † delictum hæreſis eſt mere eccleſiaſticum.in c. Inquiſitionis. §. prohibemus.de hæreti. lib.6.Idem tenet Palatius Ruui.in ſua repe.fol. 82.in §. prohibemus.de hæreti.li.6. Idem tenet Palatius Ruui. in ſua repet.fol.82.in §.ſed pulchrum eſt.4.col.Abb.in c.1.de offi.ordi.ſed poterit quis dicere,quòd prædicta. l.partitæ.dicit duo, quòd poſt declarationem nihil valet donatio facta ab hæretico,nec ſibi facta, nec venditio, & licet corrigatur in alienatione a die commiſſi criminis.per tex.in d.c.cum ſecundum leges. non tamen
14 corrigitur in acquiſitione.quia † tex.in d.c.cum ſecundum leges,non loquitur in acquiſitione , ſolummodo loquitur in alienatione,& non in acquiſitione,quia reſpondeo ſecundum Bal.in l.2. C.de indicta vidui.tollē. 2.col.& in authentica,quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle.&Paul.ibi.2.col.& ait,quòd in correlatiuis corre
15 ctio facta† in correlatiuo,cenſetur facta in alio.& cum alienare,& acquirere,ſint correlatiua,vt probatum eſt in d.conſ.Soc.& eſt notum in iure,correcta prædicta.l. in alienatione , cenſetur correcta in acquiſitione. nec obſtat doctrina Abbatis allegata in d.c.nihil. de elect. quia ſuſtinetur ex ratione text.in l. Barbarius. ff.de officio præto. quia eſſet maximum inconueniens, quòd
retracta-

retractarentur omnia acta, per prælatum occultum hæreticum in officijs, & beneficijs, & iurisdictionalib: quia irritarentur processus & sententiæ & similia, quod nō est dicendum, quia esset contra vtilitatem publicam. secus est quando vertitur præiudicium contra vtilitatem priuatam, ita tenent doct. in d.l. Barbarius. & Io. Faber in §. si cum aliquid. Institu. de testa. fin. col. ut refert & sequitur Ias. in d.l. Barbarius. nu. 67. Bal. in l. non omnis §. 1. ff. si certum petatur. Abb. & doct. in c. ad probandū. de re iudi. gl. expressa in c. 2. §. fin. de hæreti. in 6. quam tenent ibi Domi. & Philip. licet alij doctores non allegent eam in prædictis locis, & secundum hanc decisionem quæstionis, bis pronuntiaui, & meæ sententiæ fuerunt confirmatæ in consilio Inquisitionis, post multas altercationes, quia dominis consiliarijs ut audiui fuit sibi hæc quæstio valde dubia.

THEMA.

Peculium aduentitium, profectitium, & castrense, an & qualiter confiscetur, vel non.

QVAESTIO XIX.

Decimonono quæro, si pater commisit crimen hæresis, qui dederat aliqua bona in peculium profecticium filio, si confiscabitur prædictum peculium? & videtur dicendum quòd non, per text. quem Bartol. & docto. ibi dicunt singularem, in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minori. Bart. & communiter docto. commendant eum l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. & ibi

dicit

dicit Ioan. de Imola. credere non esse alibi illum casum, & hanc conclusionem tenet Bald. in l. prima. Qui bo. ce
1 dere pos. dicens esse mirabile, quòd si pater † est ciuiliter mortuus, non succedit fiscus in peculio profectitio, sed remanet apud filium. ut in dict. §. sed vtrum. Ias. §. actiones, Institut. de actio. num. 42. Salice. in l. si quis post hac. de bonis damna. & est communis conclusio. Sed hoc non obstante, dico, quòd in nostro casu debet confiscari prædictum peculium profectitium, quia secundum Ioan. de Imola, & Alexan. in dicto. §. si de vectigalibus. colum. 20. & 21. limitatur, nisi pater esset
2 damnatus † de crimine læsæ maiestatis, tunc etiam confiscatur. Probatur in l. quisquis. C. ad lege Iuliam maiesta. iunctis his quæ ibi notantur, & si hoc est verum in crimine læsæ maiestatis, multo magis in crimine hæresis, ut in capitulo, vergentis, de hæret. maxime, quòd si pater commisit tale delictum, ex quo condemnato patre, filius efficitur sui iuris, & tunc desinit esse peculium, ut in l. fi. C. de inofficio. testam. & confiscantur tanquam bona paterna: casus est singul. in l. 1. §. sed si alio, vers. sed si morte. quando actio de peculio est annalis. ff. omnia hæc tenet Suarez in l. post rem. de re iud. ff. colum. 3. & 4. fol. 118. ne sim fur laboris alieni, licet oblitus fuit text. in cap. 2. §. filij. de hæreti. lib. sexto, ubi
3 est tex. q; per delictum hæresis commissum† a patre liberatur a patria ptãte filius, quem tex. commendant ibi Io. And. & Domi. & Ancha. & Phil. & dicunt vnicum, & singularẽ, & sic ex vtroq; capite in crimine hæresis cõ
4 fiscatur peculium profectitium: sed in aduentitio †non est dubium: nisi quòd non confiscatur circa proprietatem, cum sit filii: sed est dubium si uiuente patre, confiscabitur vsusfructus, Bart. in d. §. sed vtrum, dicit, quòd

dubitari poteſt:tamen quòd vidit ſeruari quod confiſcetur, argumento tex.in l. ſi poſtulauerit.ff. de adulſte.& in l.Statius.§.Cornelio fœlici.ff. de iure fiſci. Sal. in l.ſi quis poſt hac. de bonis damna. videtur reſidere
5 in opinione,quòd † vſus fructus non confiſcetur, ſed quòd remaneat filio. Bart.ſupra allegatus tenet cõtra, per prædicta iura.Imo,quòd viuente patre,publicetur, quòd dicit Suarez bene notandum loco ſupra allegato,ſed in noſtro caſu,in crimine hæreſis,tenerem contrarium.Imo quòd non publicetur vſus fructus. Sed ꝙ redeat ad filium. Quia ratione patriæ poteſtatis acquiritur vſus fructus,vt in l.cum oportet. C. de boniſ-
6 quæ libe.cum vulgaribus.& per crimen † hæreſis filius liberatur a patria poteſtate,vt in d. c. 2. de hæret. in 6. ergo filius,ceſſante patria poteſtate, ſicut ceſſat in noſtro caſu,habebit vſumfructum, & hoc eſt quottidianum. Sed vt nihil remaneat indeciſum circa omnia pe
7 culia,eſt videndum, an propter † delictum filij: confiſcentur bona caſtrenſia ipſius filij:& ad hoc eſt text. in l.ſi filius. C. de bonis damna. qui determinat quòd confiſcatis bonis filij,non confiſcantur bona caſtrẽſia. & hoc tenet Cinus, Bald. & Salic. in d.l.ſi filius.vbi dicunt,non obſtare quòd confiſcatis bonis alicuius,omnia bona eius confiſcantur, ſed peculium caſtrenſe eſt filij,ergo debet confiſcari: quia reſpondent, quòd verum eſt quòd bona pertinentia ad delinquentem debent confiſcari:quãdo expectant ad eum iure communi:ſecus in ijs quæ per tinent ad ipſum de iure ſpeciali, vt eſt caſtrenſe peculium,quod habet miles de iure ſpeciali.& idem tenet Ang. in d.l.ſi filius. Bart.Imol.Paul. Caſtren.in d.l.ſi finita. §. ſi de vectigalibus. de damno infecto.Ioan.Lopez in repetitio.rubricæ.§.68.nu. 24.

Suarez

Suarez loco Supra allegato. sed in nr̃o casu ego tenerem contrarium, imo, quòd confiscentur bona castrēsia, † in crimine hæresis, per ea quæ dicta sunt supra in
8 peculio profectitio, maxime quòd in quæstione hac sunt qui tenent contrariam opinionem, imo quòd confiscetur peculium castrense, ut tenet Ange. & Romanus in l. si filius. ff. de damno infecto. idem Roma. in d. §. si de vectigalibus. num. 15. & idem practicarem si in meo tribunali casus eueniret, quia hucusque nō uenit.

THEMA.

Hæreticus reconciliatus an sit exemptus ab obligatione creditorum quos habebat tempore reconciliationis.

QVAESTIO XX.

Vigesimo quæro, de quæstione quotidiana, & necessaria, si hæreticus reconciliatus, erit exēptus ab obligatione creditorum, taliter, quòd si fiscus, qui successit in eius bonis, potest soluere omnia debita, possint creditores habere recursum contra personam delinquentem, & eius bona acquisita post reconciliationem? hæc quæstio mouetur per Pau. Castrensem in l. si marito. ff. solut. matri. numero quarto, & ibi concludit,
1 quod, quando bona † alicuius transferuntur in tertium ex contractu, non est in voluntate debitoris liberare creditores a sua obligatione. per tex. in l. 2. de hæredita. uel actione uendita. & in l. pacto successorum.

2 C.de pactis.quia si aliquis habet † creditores: & uendidit hæreditatem suam,uel omnia bona,remanet obligatus ad soluenda debita sua:secus quando sua bona transeunt ex dispositione legali, quia l. bene potest liberare aliquem & transferre suam obligationem in
3 alium.& hoc contingit † quando transeunt per confiscationem,allegat tex.ad hoc in l.si debitori.ff. de fide iusso.quæ nihil facit ad propositum.poterat uel uoluit allegare text. qui adhoc est expressus, in l. si debitori. C.de senten.pasśis.& ibi Angel.& Salice.qui sic intelligunt,& probat expresse tex.ibi dum dicit, æris tamen alieni ex præcedenti tempore liberatur,sed operæ pre-
4 tium est uidere, si post † reconciliationem reconciliatus venit ad pinguiorem fortunam:si creditores quos ante reconciliationem habebat eum poterunt conuenire.& Angel.singulariter & expresse tenet,quòd non in dict.l.si debitori.C.de senten.pasśis.& est text.& ibi glo.in l. tutor. C.eodem.in quantum dicit text. quanquam locupletiorsi t.quod ego intelligo quando bona confiscata sufficiunt ad soluenda debita delinquentis, quia imputent sibi creditores si non petierunt & intentarunt suas actiones contra fiscum,sed si non fuerunt sufficientia, in eo quod defuerunt soluet prædictus delinquens reconciliatus de bonis quæsitis post reconciliationem. Argumento tex.in l. 1.C.de fideiuss.
5 & quia creditores † propter eius delictum non debent amittere sua debita sine culpa sua, & delinquens non debet reportare commodum ex suo dolo, quia dolus alicui patrocinari non debet, vt sunt iura vulgaria.

THEMA

THEMA.

Susceptor fisci si emit aliquam rem ex pecunia fiscali suo proprio nomine, an dominium sibi vel fisco quæratur.

QVAESTIO XXI.

VIgesimoprimo quæro,& hæc quæstio potest multotiens contingere in susceptoribus fisci, quia ex pecunia fiscali susceptor emit aliquem rem suo proprio nomine, vtrum quæratur dominium fisco, uel dicto susceptori?& videtur quòd sibi quæratur, per tex. in l.si ex ea.C.de rei uendica. & in l. 1.cap.si quis alteri uel sibi, & in l.patruus. C. commu. vtriusque iudi. & est l. parti. quinta. lex. 49. titulo. 5. quæ iura dicunt,
1 quòd si aliquis ex pecunia aliena † emit aliquam rem suo proprio nomine, & est sibi tradita, quæritur sibi dominium. Sed prædictis iuribus non obstantibus, determinat contrarium Franciscus Lucanus in suo tractatu de fisco,ibi,vndecimus casus in 2.columna. dicens,quòd in fisco res succedit loco prætij, sicut in ecclesia, & in minore & milite, & quòd potest uendicare prædictam rem in subsidium,& non aliàs, allegat notata in l. si proponis. C. de rei uendica. & nullum aliud uerbum dicit.Sed loquendo resolutiue & uere in hoc casu, est distinguendum, & hanc distinctionem facit Bald.in dict. l. si proponis. quem refert & sequitur Gregorius Lupus in dicta.l. parti. supra

allegata, quòd aut aliquis emit proprio nomine ex pecunia illius cuius administrabat bona sua, vt est tutor
2 vel curator, † vel prælatus ecclesiæ, uel qui tenebat administrationem bonorum militis, & in hoc casu competit his rei vendicatio, quia dominium fuit eis quæsitum, & non ementi, & loquendo in tutore uel curatore, est tex. in l. curator. C. arbitrium tute. & in milite. est tex. in d. l. si proponis, & idẽ dicit ibi gl. in ecclesia, quæ approbatur communiter, & omnes hos casus ponit prædicta. l. partitæ, & est speciale in milite, & minore, in ecclesia, quæ vtitur iure minoris, & sic habent electionem: aut uendicare rem, aut petere pecuniam, & idem
3 erit in fisco: qui ita est priuilegiatus † sicut minor & ecclesia. ut est. l. fin. tit. fi. 6. parti. licet de iure communi sit dubium. Ex quo infertur: quòd non bene dicit Franciscus Lucanus, in quantum dicit, fiscum vendicare rem in subsidium, & non aliàs: aut ex ista pecunia minoris, ecclesiæ, militis & fisci, emit extraneus suo nomine, qui non erat administrator, & loquendo in milite est idem quòd si emeret eius administrator, & est speciale in milite, & licet in hoc fuerunt opiniones contrariæ, quas citat dictus Gregorius Lupus in d. l. parti. vbi refert doctores qui fuerunt contrarij, quos non curo recitare, quia esset superfluum. d. l. parti indistincte determinat, quòd a quocunque ematur, quæritur dominium militi, & in hoc residet ibi Lupus. aut loquimur in minore,
4 † & ecclesia, & fisco, & tunc tenuit Bart. in d. l. si proponis, quòd nõ efficitur minoris, & ita de singulis: ex quo infertur, quòd in hoc casu non competit sibi vẽdicatio, nisi in subsidium: quando emptor non esset soluendo. idem tenet in l. filiæ. ff. de solutio. quia res empta succedit loco pretij, & quæritur dominium ipso iure, minori, fisco

ri, fisco

ri,fiſco & eccleſiæ.Sed Bal.& Salic.& in d.l.ſi proponis. de rei vendica.tenent contra,immo quòd non competit ſibi vendicatio in ſubſidium, ſed hypothecaria, per l.3.ff. de rebus eorum. ex quo infertur,quòd fiſcus,& ſic,de ſingulis ſupradictis, non eſt dominus. ut in l. nec pignus.ff.de reg. iur. & ſic eſt concludendum ſecũdum
4 Lupum ibi: quòd extraneo † emente ex pecunia priuilegiati nec in ſubſidium,res empta erit minoris,uel fiſci uel eccleſię, ſed aget hippothecaria ad habẽdam ſuam pecuniam.

THEMA.

Suſceptor fiſci ſi nomine fiſci vendidit rem alienam, an talis venditio valeat.

QVAESTIO XXII.

Vigeſimoſecundo quæro, ponamus caſum, quòd ſuſceptor fiſci,nomine eius vendidit rem alienam utrum ualeat talis venditio. & eſt caſus notabilis, licet vulgatus in l.bene a Zenone.C.de quadri præſcriptio. in l.omnes.eodem titu.quæ dicunt, & diſponunt quòd ualet talis uẽditio,ſed fiſcus † tenetur reddere prætium
1 domino rei,dum tamen ab ipſo domino petatur infra quadriennium,concordat.l.partitæ.53.titu. 5.parti.5. ſed poſt quadriennium non poteſt petere prętium, ſed iura habent plures limitationes,quas ponunt doctores in l.omnes.eo.tit.Corſetus ponit nouem limitationes, in Repertorio Abb.in uerbo.l.quas non curo recitare, quia ibi poſſunt uideri. ſolummodo pono tres princi-

2 pales limitationes,& eſt prima, quòd prædicta. † l.non habet locum in principe non poſſidente prędictam rē. ita Bar.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vtilita.& ibi doct. moderni. Secunda limitatio eſt:quando princeps poſſideret cum mala fide,quia ſciret rem eſſe alienam, nā hoc caſu non haberet locum prædicta alienatio.gl.in l.vna. de venditio.rerum fiſca.lib. 10.C.& in l. 2. de communi rerum.alie.& ibi Bart. Abb.in c. 2. de rebus eccleſiæ non alienan. Tertia limitatio,quòd non habet locum
3 prædicta.l.in minore, quia minor † poteſt petere reſtitutionem in integrum contra fiſcum.l.1.C. ſi aduerſus fiſcum,ſecundum Ang.in l. 1.de fide inſtru.& iure haſt. fiſca.lib. 10.in ſua repetitione.

THEMA.

Pronuntiandum in dubio, an ſit contra fiſcum. ad declarationem. l.non puto.ff.de iure fiſci.

QVAESTIO XXIII.

VIgeſimotertio quæro,quia hic tractatur de mate ria fiſcali, & dicit tex.in l.non puto.de iure fiſci. ff.quòd in dubio eſt iudicandum contra fiſcum,neceſſa rium eſt intelligere hanc. l. & repertorium Inquiſitionis in parte,fiſcus,in fine,dicit, quòd in dubio iudicandum eſt potius contra fiſcum, quod intelligit, ſiue ſit dubiū in probationibus, quia ſunt pares probationes: ſiue ſit dubium in iure.ſed dicit,quòd Io.And.& Anto. videntur tenere contrarium.videlicet, quòd cauſa fiſci

1 † est fauorabilis, sicut causa matrimonialis, allegãt Ant. in c. in nostra, de testi. & Io. And. in additio. Spec. tit. de teste. §. qualiter. Matthæus mathesila. in notabili. 72. extendit generaliter procedere dictam. l. siue sit dubium in iure, siue in sententijs: quia duo iudices protulerunt diuersas sententias: siue sit dubiũ in probationibus vt
2 dictum est. Cõfirmatur, quia si duo † instrumenta reperiantur eadem die confecta, vnum pro dote, & aliud pro fisco: præfertur instrumẽtum dotale. Ita tenet Bal. in l. dotis. C. de iure doti. & in l. ad exactionem. C. de dotis promis. Ias. melius quàm alibi in l. 1. solu. matri. ff. 37. nu. mirabiliter intelligit prędictam. l. dicit, quòd veritas est in legendo & consulendo, quòd quotiescunq; fiscus venit ex causa lucratiua, vtputa, quia aliquis est ĩdignus vel ratione alicuius delicti, sunt confiscata bona, quòd in his casibus, & similibus, iudicandum est contra fiscũ,
3 & in hoc casu loquitur d. l. non puto. aut fiscus contendit iure proprio ratione contractus, & hoc casu potius fauetur fisco, quàm priuato. allegat tex. in l. 1. §. fi. & ibi Iacob. de Bellaper. C. de cadu. tollen. & in hoc casu habet fiscus plura priuilegia: quæ enumerantur per Bal. in l. 1. C. de hære. vel act. vendi. & dos, & fiscus, æquiparantur, & ita loquitur Bar. in d. l. 1. & si diceretur, prout dicit Alex. ꝙ hæc solutio est diuinatoria. respondet Ias. ꝙ non est diuinare: sed propria est natura illius. l. si considератur titulus sub quo est situata, quia quotiens. l. lo
4 quitur generaliter, debet intelligi secundum titulum sub quo sita est, tex. est in l. Imperator, de in diem adiectio. Iste intellectus ad dictam legem, non puto, fuit Rapha. Cuma. in d. l. 1. solu. matri. quem refert & sequitur Ang. in l. sciendum, in principio. ff. de appella. recipien. & hæc est veritas secundum Ias. in d. l. prima, & quòd a

nemine

nemine ita est declaratum, postea vidi Couarruuias in c. 16. lib. 1. Resolu. qui loquitur singulariter, & in effectu concordat cum Iason.

THEMA.

Fiscus an teneatur dotare filias hæreticorum, & eorum filios alere.

QVAESTIO XXIIII.

Vigesimoquarto quæro, & non est minus necessarium determinare hanc quæstionem, quàm alias, an fiscus teneatur dotare filias hæreticorum. hāc quæstionē solus Bal. originaliter determinat in l. fi. C. de do
1 tis promissio, & ibi determinat, † quòd fiscus tenetur dotare filias: idem Repertorium Inquisitionis, in parte dotes. 5. col. & in parte fiscus. 4. col. per prædictam determinationem Bald. hanc quæstionem mouet Io. Lupus in repetitio. d. c. per uestras. fol. 82. §. 23. fi. colum. incipiens, sed pulchrum est uidere, & eam examinat lato sermone, & dicit, quòd si pater tanquam hæreticus
2 condemnatur, & eius † filij sunt catholici, non priuantur sua legitima. ut l. manichæos, & l. quicunque. C. de hære. & l. regni, parti. 7. tit. 26. l. 3. quæ iura hodie sunt correcta, per. c. cum secundum leges, de hæret. in 6. cui standum est, cum sit delictum mere ecclesiasticum, ut in c. Inquisitionis. de hæreti. lib. 6. §. prohibemus. notat Abb. c. 1. de officio ordi. sed, quamuis publicentur bona, & applicentur domino temporali, dicunt aliqui, ut narrat Pala. Ruui. quòd is qui succedit in bonis hæreticorum, saltim de æquitate, & humanitate deberet eo-

rum

rum filios alere, uel aliquid pro alimentis relinquere. cum uita sibi relinquatur, qua sine uirtute conseruari non potest, iustum esse dicunt, ut alimentari debeant, uel aliquid pro alimentis concedi. Ex quo infertur, quod
3 cum dos † succedat loco alimentorum, quòd fiscus teneatur filias dotare, ut tenet Bal. loco allegato, quẽ refert Pala. Ruui. prædicto loco allegato, sed nihilominus contrarium practicatur. per tex. in d. c. cum secundũ leges. dictus Pala. Ruui. facit distinctionem, quæ videtur
4 mihi iuridica, quòd si filij † sint nati post delictum commissum, habet locum dispositio dicti. c. cum secundum leges, & quòd hoc casu non debent alimentari, nec dotari, sed si fuerint nati, vel concepti ante delictum commissum, ex quo nati sunt anteaquam delictum committeret pater, quòd hoc casu filij debent alimentari, & filiæ dotari, quia pater tenebatur ad dotandum, & alimẽtandum filios, ut in d. l. fin. C. de dotis promissio. & in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & in l. obligamur. de actio. & obliga. ff. quæ loquuntur in dote, & in alimentis. l. si quis a liberis. ff. de libe. agnoscen. in cuius confirmationem facit cons. Calde. sub tit. de hæreticis, & est consilium tertium, qui ad utranque partẽ disputat quæstionem, cuius fundamenta non curo recitare, propter euitandam prolixitatem, ubi concludit, filios † natos ante
5 delictum commissum non incurrere in pœnas inhabilitatis: & inter alia fundamenta quæ allegat, est tex. cum sua materia in l. emancipatum. ff. de sena. & text. in l. senator. C. de dignita. lib. 12. et l. filij senatores. ff. ad mu-
6 nici. ubi filius † ante natus, ex superueniente dignitate in personam patris non consequitur priuilegium, uel honorem: et per consequens, si nõ honorem, ergo nec pœnam, uel onus, ut in l. ex qua pœna. ff. de reg. iur. pro

ista parte est tex.expressus de iure regni.l.6. titu.27.2. parti.circa finem.finaliter facit text. singularis pro ista parte.l.2.C.de libertis,& eorum filijs, ex qua.l.Bal.di-
7 cit delictum † nunquam nocere filio, qui ante illius delictum natus est,sed illi soli,qui postea nascitur,quia hic solus contrahit maculam ex radice patris iam infecta, & hanc partem tenet dictus doctor Simancas in suo tractatu de hæreti.c. 29. sed contrarium tenet doctor de Villadiego in suo tractatu,de hæreti. in q.23.ubi di
8 cit,quòd nulla facta distinctione, filius † hæreticorum, siue genitus ante delictum , siue post delictum ligatur pœnis statutis in c.statutum.de hæreti.lib.6.qui tex.loquitur generaliter:idem tenet frater Alfonsus Castrensis.in tracta. de iusta hæreticorum puni. lib. 2.fol. 179. qui satis ad longum examinat quæstionem pro vtraq; parte.Io.Lupus de Pala.in sua repetitio.fol.82. citat cõsilium Cald.& fundamenta pro vtraq; parte , & non se determinauit. Couarruuias tetigit hanc quæstionem in lib.Varia.Reso.lib.2.fol.117.nu.5.ibi,quarto quæritur.ubi pro vtraque parte allegat multa , & concludit idem quòd doctor Villadiego, et Alfonsus Castrensis, et respondet ad omnia quæ in contrarium adducũtur, & possunt adduci:nihilominus tamen,quo ad propositum in casu dotis,& alimentorum , videtur mihi consona iuri distinctio , an filij sint nati ante delictũ uel post delictum,quam fecit dictus Ioan.Lupus loco allegato, per ea quæ ibi dixit , maxime allegando consilium. 13. Paul. de Castro. ubi eleganter decidit patrem teneri
9 † ad dotãdum filiam,quæ obligatio inhæret bonis eius, & transit cum eis ad quemcunque uadant, & cum hæc obligatio sit nata ante delictum commissum, transit cũ bonis ad fiscum , in cuius confirmationem allego tale

funda-

fundamentum, quòd † alimenta sunt de iure naturali. Bar.in l.1.§.huius studij.2.col.vers. quæro vtrum,ff.de iusti.& iure,& in l.si quis a liberis.§.paren.ff.de lib.agn. Bal.in l.non solum.§.possunt.de bonis quæ lib.& ex hoc infertur,quòd cum alimenta sint de iure naturali,non
11 potest princeps † tollere filio aliméta, propterea dum concedit licentiam ad faciendum maioricatum, in eadem licentia ponit exceptionem, quòd relinquantur alimenta filijs,ut tradit latè Suarez in repetitio.l.quoniam.de inoffi.testa.Ego seruarem libenter distinctionem, sed non audeo propter quandam Instructionem quæ est.nu.23.in 1.congregatione.quæ videtur determinare contrarium in fine eius,ex quanto dize, que si quedaren algunos hijos, o hijas de menor edad, que no sean casados,los Inquisidores prouean, y den ordẽ que los dichos huerfanos sean encomendados a personas honestas,y Christianos viejos catholicos,o a personas religiosas que los crien y sostengan, y los informen cerca de nuestra sancta fee, y que hagan vn memorial delos tales huerfanos, y de la cõdicion de cada vno dellos, sequitur & facit, porque la merced de sus altezas,es de hazer merced,y limosna aquellos que menester lo vuieren, y fueren buenos Christianos e specialmente alas moças huerfanas con que se cassen,o entren en religion.Ex finalibus verbis huius Instructiõis
12 colligitur, non deberi alimenta filijs † hæreticorum, nec dotes,propterea quia conceditur ibi ex pietate, & in casu speciali,quando filij sint minores: & sic quòd fit ex gratia,præsupponit non deberi de iure,quia frustra
13 precibus impetratur, † quod à iure communi conceditur,ut in l.1.de thesauris.lib.10.C.& casus excepti firmant regulam in contrarium,ut in c.dominus noster.
33.q.2.

33.q.2.& in l. nam quod liquidę. de penu lega. ff. & in cap. quoniam frequenter, ut lite non contesta. uerum est quòd prædicta Instructio potuisset intelligi de filijs natis post delictum commissum, & non de filijs antea natis uel conceptis, & quòd dicta Instructio interpretaretur secundum ius, ut in ca. causam quæ. de rescrip. nihilominus tamē indistincte practicatur quòd fiscus,
14 † nec dotat, nec alimentat filios hæreticorum: & certe hæc quæstio indigeret declaratione principis, vt seruaretur dicta distinctio, quia est consona iuri communi.

THEMA.


In causis fiscalibus an procedatur summarie uel ordinarie.

QVAESTIO XXV.

Vigesimoquinto quæro, quia prædictæ quæstiones loquuntur in decisione causarum fiscalium, est videndum qualiter procedatur in causis fiscalibus, vtrum procedatur ordinarie uel summarie? & est dicendum,
1 quòd vbicunque debitum † fisci est liquidum, procedēdum est summarie. l. sacrilegij. §. fin. ff. ad l. Iulia. pecu. & l. quoniam nonnulli, de appellatio. C. & ibi Alberi. & l. Paulo. §. fi. ff. de lega. 3. melior tex. in l. missi opinatores, de exactoribus, lib. 10. secus si debitum non est liquidum, tunc requiritur ordo iudicialis. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. li. 10. hāc distinctionē per supradicta iura facit. Pla. in d. l. missi opinatores. de exactoribus lib. 10. C. idem Pla. in d. l. defensionis facultas, &

Bal.in l,2.quando fiſcus uel priuatus.vbi dicit,quòd ius
2 fiſci eſt ſpeciale, quòd ſi debitum † eſt liquidum proce-
ditur ſummarie : & per prædicta iura, quòd nõ requi-
ritur ordo, & ſententia, ſed in cauſis priuatorum licet
ſit liquidum,tamen deſideratur ſententia, ut in l.fin.C.
de compenſa. idem tenet ibi Salic.& alij doctores,ean-
dem diſtinctionẽ faciunt Bar.& Pla.in l. ſi qui.C.de cõ-
ueniendis debito. fiſci. lib.10.

FINIS.



005267135 CB